

Keyifli Okumalar Dileriz

Binlerce kategoride milyonlarca PDF e-kitap, ders kitapları, dergiler ve romanlara platformumuz üzerinden ücretsiz ulaşabilirsiniz.

RESMİ WEB SİTEMİZ

<https://rantey.org>

Yedek ve Duyuru Kanallarımız

Sitemize erişim engeli gelmesi veya adres değişikliği durumunda aşağıdaki kanallardan güncel giriş adresine erişebilirsiniz:

- Telegram: <https://t.me/birkitapbir>
- WhatsApp Kanalımız : <https://whatsapp.com/channel/0029VbDHv8uE50Us4lvMoc0Y>

TÖREBİLİM

ETHICA

SPİNOZA

Çeviren:
Aziz Yardımlı

SPINOZA
TÖREBİLİM
ETHICA

BENEDICTUS DE SPINOZA

Törebilim

Çeviren

Aziz Yardımlı

idea • istanbul

İDEA YAYINEVİ
Şarap İskelesi Sk. 4/101 Karaköy — İstanbul
www.ideayayinevi.com
Bu çeviri için © AZİZ YARDIMLI 1996-2009

BENEDICTUS SPINOZA
Geometrik Düzende Tanıtlı
Törebilim
Ethica
ordine geometrico demonstrata
(1677)

I. BASKI 1996

III. BASKI 2009

Tüm hakları saklıdır.

*Bu kitabın hiçbir bölümü yayınevının
izni olmaksızın yeniden üretilemez*

Baskı: Bayrak Matbaası

Davutpaşa Cad. No 14, Kat 2 MB İş Merkezi

Topkapı — İstanbul

Printed in Türkiye

ISBN 978 975 397 026 6

İÇİNDEKİLER

- I. Tanrı Üzerine — 9
- II. Anlığın Doğası ve Kökeni Üzerine — 51
- III. Duyguların Köken ve Doğaları — 106
- IV. İnsan Köleliği, Ya Da Duyguların Gücü — 173
- V. Anlığın Gücü, Ya Da İnsan Özgürlüğü — 241
- Arkasöz — Aziz Yardımlı — 273
- Çözümleme — 283
- Sözlük — 297
- Dizin — 302

ETHICA ORDINE
GEOMETRICO
DEMONSTRATA

GEOMETRİK DÜZENDE
TANITLI
TÖREBİLİM

ETHICES PARS PRIMA

De Deo

Definitiones

I. Per *causam sui* intelligo id, cuius essentia involvit existentiam, sive id, cuius natura non potest concipi, nisi existens.

II. Ea res dicitur in suo genere *finita*, quae alia ejusdem naturae terminari potest. Ex. gr. corpus dicitur finitum, quia aliud semper majus concipimus. Sic cogitatio alia cogitatione terminatur. At corpus non terminatur cogitatione, nec cogitatio corpore.

III. Per *substantiam* intelligo id, quod in se est, & per se concipitur: hoc est id, cujus conceptus non indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat.

IV. Per *attributum* intelligo id, quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejusdem essentiam constituens.

V. Per *modum* intelligo substantiae affectiones, sive id, quod in alio est, per quod etiam concipitur.

VI. Per *Deum* intelligo ens absolute infinitum, hoc est, substantiam constantem infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam essentiam exprimit.

Explicatio. Dico *absolute* infinitum, non autem *in suo genere*, quicquid enim in suo genere tantum infinitum est, infinita de eo attributa negare possumus; quod autem absolute infinitum est, ad ejus essentiam pertinet, quicquid essentiam exprimit, & negationem nullam involvit.

VII. Ea res *libera* dicitur, quae ex sola suae naturae necessitate existit, & a se sola ad agendum determina-

BÖLÜM BİR Tanrı Üzerine

TANIMLAR

1. *Kendinin nedeni* ile özü varoluş içereni, ya da, varolmadıkça doğası kavranamayanı anlıyorum.

2. Aynı doğada başka bir şey tarafından sınırlanabilenin kendi türünde *sonlu* olduğu söylenir. Örneğin bir cisim her zaman daha büyük olan bir başkasını kavradığımız için sonlu denir. Böylece düşünce bir başka düşünce tarafından sınırlanır. Ama bir cisim düşünce tarafından sınırlanmaz, ne de bir düşünce cisim tarafından sınırlanır.

3. *Töz* ile kendinde olan ve kendisi yoluyla kavranabileni, başka bir deyişle, kavramı bir başka şeyin onu oluşturması gereken kavramına gereksinmeyen anlıyorum.

4. *Yüklem* ile anlağın tözde onun özünü oluşturuyor olarak algıladığı şeyi anlıyorum.

5. *Kıp* ile tözün değışkilerini, ya da kendisinin de onun yoluyla kavranacağı başka bir şeyde olanı anlıyorum.

6. *Tanrı* ile saltık olarak sonsuz Varlığı, eş deyişle, her biri bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemde oluşan tözü anlıyorum.

Açıklama. Saltık olarak sonsuz diyorum, *kendi türünde* değil; çünkü salt kendi türünde sonsuz olana sonsuz yüklemi yadsıyabiliriz; ama özü anlatan ve hiçbir olumsuzlama içermeyen her şey saltık olarak sonsuz olanın özüne aittir.

7. Yalnızca kendi doğasının zorunluğundan varolan ve eyleme yalnızca kendisi tarafından belirlenen şeye *özgür* denir; öte yandan, bir baş-

kası tarafından değişmez ve belirli bir yolda varolmaya ve etkin olmaya belirlenen şeye *zorunlu* ya da daha doğrusu *zorlanmış* denir.

8. Bengilik ile zorunlu olarak salt bengi bir şeyin tanımından geliyor olarak kavrandığı süreçte varoluşun kendisini anlıyorum.

Açıklama. Çünkü böyle bir varoluş, tıpkı şeyin özü gibi, bengi bir gerçeklik olarak kavranır, ve dolayısıyla süre ya da zaman tarafından açıklanamaz, üstelik süre bir başlangıç ya da son olmaksızın kavransa bile.

BELİTLER

1. Olan herşey ya kendinde ya da başkasındadır.

2. Başkası yoluyla kavranamayan kendisi yoluyla kavranmalıdır.

3. Verili bir belirli nedenden etki zorunlu olarak doğar; ve, buna karşı, eğer hiçbir belirli nedenden yoksa, bir etkinin doğması olanaksızdır.

4. Etkinin bilgisi nedenin bilgisine bağımlıdır, ve onu içerir.

5. Karşılıklı olarak ortaklaşa hiçbirşeyleri olmayan şeyler karşılıklı olarak birbiri yoluyla anlaşılabilir, ya da, birinin kavramı ötekinin kavramını içermez.

6. Gerçek idea ideası olduğu şey ile bağdaşmalıdır.

7. Varolmayan olarak kavranabilenin özü varoluş içermez.

ÖNERMELER

ÖNERME 1

Töz doğal olarak değişikliklerine önseldir.

Tanıt. Bu Tanım 3 ve 5'ten açıktır.

ÖNERME 2

Değişik yüklemeleri olan iki töz arasında ortak hiçbir şey yoktur.

Tanıt. Bu da Tanım 3'ten açıktır. Çünkü her töz kendinde olmalı ve kendisi yoluyla kavran-

tur: *Necessaria autem, vel potius co-acta, quae ab alio determinatur ad existendum, & operandum certa, ac determinata ratione.*

VIII. *Per aeternitatem intelligo ipsam existentiam, quatenus ex sola rei aeternae definitione necessario sequi concipitur.*

Explicatio. Talis enim existentia, ut aeterna veritas, sicut rei essentia, concipitur, propterea quae per durationem, aut tempus explicari non potest, tametsi duratio principio, & fine carere concipitur.

Axiomata

I. *Omnia, quae sunt, vel in se, vel in alio sunt.*

II. *Id, quod per aliud non potest concipi, per se concipi debet.*

III. *Ex data causa determinata necessario sequitur effectus, & contra, si nulla detur determinata causa, impossibile est, ut effectus sequatur.*

IV. *Effectus cognitio a cognitione causae dependet, & eandem involvit.*

V. *Quae nihil commune cum se invicem habent, etiam per se invicem intelligi non possunt, sive conceptus unius alterius conceptum non involvit.*

VI. *Idea vera debet cum suo ideato convenire.*

VII. *Quicquid ut non existens potest concipi, ejus essentia non involvit existentiam.*

Propositio I

Substantia prior est natura suis affectionibus.

Demonstratio. Patet ex Definitione 3 & 5.

Propositio II

Duae substantiae, diversa attributa habentes, nihil inter se commune habent.

Demonstratio. Patet etiam ex Defin. 3. Unaquaeque enim in se debet esse, & per se debet concipi-

pi, sive conceptus unius conceptum alterius non involvit.

Propositio III

Quae res nihil commune inter se habent, earum una alterius causa esse non potest.

Demonstratio. Si nihil commune cum se invicem habent, ergo (per Axiom. 5) nec per se invicem possunt intelligi; adeoque (per Axiom. 4) una alterius causa esse non potest. Q.E.D.

Propositio IV

Duae, aut plures res distinctae, vel inter se distinguuntur ex diversitate attributorum substantiarum, vel ex diversitate earundem affectionum.

Demonstratio. Omnia, quae sunt, vel in se, vel in alio sunt (per Axiom. 1), hoc est (per Defin. 3 & 5) extra intellectum nihil datur praeter substantias, earumque affectiones. Nihil ergo extra intellectum datur, per quod plures res distinguuntur inter se possunt praeter substantias, sive quod idem est (per Defin. 4) earum attributa, earumque affectiones. Q.E.D.

Propositio V

In rerum natura non possunt dari duae, aut plures substantiae ejusdem naturae, sive attributi.

Demonstratio. Si darentur plures distinctae, deberent inter se distinguui, vel ex diversitate attributorum, vel ex diversitate affectionum (per Prop. praeced.). Si tantum ex diversitate attributorum, concedetur ergo, non dari, nisi unum ejusdem attributi. At si ex diversitate affectionum, cum substantia sit prior naturae suis affectionibus (per Prop. 1), depositis ergo affectionibus, & in se considerata, hoc est (per Defin. 3 & Axiom. 6) vere considerata, non poterit concipi ab alia distinguui, hoc est (per Prop. praeced.) non poterunt dari plures, sed tantum una. Q.E.D.

malıdır, ya da, birinin kavramı ötekinin kavramını içermez.

ÖNERME 3

Eğer iki şey arasında ortak hiçbirşey yoksa, biri ötekinin nedeni olamaz.

Tanıt. Eğer birbirleri ile ortak hiçbirşeyleri yoksa (Belit 5'e göre) birbirleri yoluyla anlaşılabilirler; dolayısıyla (Belit 4'e göre) biri ötekinin nedeni olamaz.—Q.E.D.

ÖNERME 4

İki ya da daha çok değişik şey birbirlerinden ya tözlerin yüklemelerinin ayrımı yoluyla ya da değişikliklerinin ayrımı yoluyla ayırılmaz.

Tanıt. Olan herşey ya kendinde ya da başkasındadır (Belit 1'e göre), eş deyişle (Tan. 3 ve 5'e göre), anlağın dışında tözler ve değişikliklerinden başka hiçbirşey yoktur. Öyleyse anlağın dışında birçok şeyin birbirinden ayırılmazlığı için tözlerden, ya da, yine aynı şey (Tan. 4), onların yüklem ve değişikliklerinden başka hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

ÖNERME 5

Şeylerin Doğasında [= evrende] aynı doğayı ya da aynı yüklemi taşıyan iki ya da daha çok töz olamaz.

Tanıt. Eğer değişik birçok töz varsa, bunlar birbirlerinden ya yüklemelerinin ayrılığı yoluyla ya da değişikliklerinin ayrılığı yoluyla ayırılmazdır (Ön. 4). Eğer yalnızca yüklemelerinin ayrılığı yoluyla ayırılmazlarsa, aynı yüklemi taşıyan birden çok tözün olamayacağı kabul edilecektir. Eğer değişikliklerinin ayrılığı yoluyla ayırılmazlarsa, o zaman bir töz doğal olarak değişikliklerine önsel olduğu için (Ön. 1), değişiklikler bir yana bırakılıp töz kendinde, eş deyişle (Tan. 3 ve Bel. 6) doğru olarak irdelenirse, o zaman başka bir tözden ayrı olarak kavranamaz, e.d. (önceki Ön.), aynı doğayı ya da yüklemi taşıyan iki ya da daha çok değil ama yalnızca bir töz olabilir.—Q.E.D.

ÖNERME 6

Bir töz bir başka töz tarafından üretilemez.

Tanıt. Şeylerin Doğasında aynı yüklemi olan (önceki Ön.), eş deyişle, birşeyi kendi aralarında ortaklaşa taşıyan (Ön. 2) iki töz olamaz. Dolaşısıyla (Ön. 3) biri ötekinin nedeni olamaz, ya da öteki tarafından üretilemez. —Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki bir töz başka birşey tarafından üretilemez. Çünkü, Belit 1 ve Tanım 3 ve 5'ten açıktır ki, Şeylerin Doğasında tözlerden ve değışkilerinden başka hiçbirşey yoktur. Ama bir töz bir başka töz tarafından üretilemez (önceki Ön.). Öyleyse bir töz saltık olarak başka birşey tarafından üretilemez. —Q.E.D.

Bir Başka Tanıt. Bu aykırının saçmalığı yoluyla daha kolay tanıtlanabilir. Çünkü eğer bir töz başka birşey tarafından üretilenir, bilgisi nedeninin bilgisine bağımlı olmalıdır (Bel. 4); ama buna göre (Tan. 3) kendisi bir töz olmayacaktır.

ÖNERME 7

Varolmak tözün doğasına özgüdür.

Tanıt. Bir töz başka birşey tarafından üretilemez (önceki Önermeye Sonurgu); öyleyse kendinin nedenidir, e.d. (Tan. 1), özü zorunlu olarak varoluş içerir, ya da, varoluş doğasına özgüdür. —Q.E.D.

ÖNERME 8

Her töz zorunlu olarak sonsuzdur.

Tanıt. Tek yüklemlili töz tek bir töz olmaksızın varolmaz (Ön. 5), ve varolmak tözün doğasına özgüdür (Ön. 7). Öyleyse doğasından ötürü ya sonlu ya da sonsuz olarak varolacaktır. Ama sonlu olarak varolamaz. Çünkü (Tan. 2) o zaman zorunlu olarak varolması gereken (Ön. 7) ve aynı doğada olan başka bir töz tarafından sınırlandırılması gerekecektir; ve böylece aynı yüklemi taşıyan iki töz varolacaktır, ki saçmadır (Ön. 5). Öyleyse sonsuz olarak varolur —Q.E.D.

Propositio VI

Una substantia non potest produci ab alia substantia.

Demonstratio. In rerum natura non possunt dari duae substantiae ejusdem attributi (per Prop. praeced.), hoc est (per Prop. 2), quae aliquid inter se commune habent. Adeoque (per Prop. 3) una alterius causa esse nequit, sive ab alia non potest produci. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur substantiam ab alio produci non posse. Nam in rerum natura nihil datur praeter substantias, earumque affectiones, ut patet ex Axiom. 1 & Defin. 3 & 5. Atqui a substantia produci non potest (per Prop. praeced.). Ergo substantia absolute ab alio produci non potest. Q.E.D.

Aliter. Demonstratur hoc etiam facilius ex absurdo contradictorio. Nam si substantia ab alio posset produci, ejus cognitio a cognitione suae causae deberet pendere (per Axiom. 4); adeoque (per Defin. 3) non esset substantia.

Propositio VII

Ad naturam substantiae pertinet existere.

Demonstratio. Substantia non potest produci ab alio (per Coroll. Prop. praeced.); erit itaque causa sui, id est (per Defin. 1), ipsius essentia involvit necessario existentiam, sive ad ejus naturam pertinet existere. Q.E.D.

Propositio VIII

Omnis substantia est necessario infinita.

Demonstratio. Substantia unius attributi non, nisi unica, existit (per Prop. 5), & ad ipsius naturam pertinet existere (per Prop. 7). Erit ergo de ipsius natura, vel finita, vel infinita existere. At non finita. Nam (per Defin. 2) deberet terminari ab alia ejusdem naturae, quae etiam necessario deberet existere (per Prop. 7); adeoque darentur duae substantiae ejusdem attributi, quod est absurdum (per Prop. 5). Existit ergo infinita. Q.E.D.

Scholium I. Cum finitum esse revera sit ex parte negatio, & infinitum absoluta affirmatio existentiae alicujus naturae, sequitur ergo ex sola Prop. 7 omnem substantiam debere esse infinitam.

Scholium II. Non dubito, quin omnibus, qui de rebus confuse judicant, nec res per primas suas causas noscere consueverunt, difficile sit, demonstrationem Prop. 7 concipere; nimirum quia non distinguunt inter modificationes substantiarum, & ipsas substantias, neque sciunt, quomodo res producuntur. Unde fit, ut principium, quod res naturales habere vident, substantiis affingant; qui enim veras rerum causas ignorant, omnia confundunt, & sine ulla mentis repugnantia tam arbores, quam homines, loquentes fingunt, & homines tam ex lapidibus, quam ex semine, formari, & quascunque formas in alias quascunque mutari, imaginantur. Sic etiam, qui naturam divinam cum humana confundunt, facile Deo affectus humanos tribuunt, praesertim quamdiu etiam ignorant, quomodo affectus in mente producuntur. Si autem homines ad naturam substantiae attenderent, minime de veritate Prop. 7 dubitarent; imo haec Prop. omnibus axioma esset, & inter notiones communes numeraretur. Nam per substantiam intelligerent id, quod in se est, & per se concipitur, hoc est, id, cujus cognitio non indiget cognitione alterius rei. Per modificationes autem id, quod in alio est, & quarum conceptus a conceptu rei, in qua sunt, formatur: quocirca modificationum non existentium veras ideas possumus habere; quandoquidem, quamvis non exstant actu extra intellectum, earum tamen essentia ita in alio comprehenditur, ut per idem concipi possint. Verum substantiarum veritas extra intellectum non est, nisi in se ipsis, quia per se concipiuntur. Si quis ergo diceret, se claram, & distinctam, hoc est, veram ideam substantiae habere, & nihilominus dubitare, num talis substantia existat, idem hercle esset, ac si diceret, se veram habere ideam, &

Not 1. Sonlu olmak gerçekte herhangi bir doğanın varoluşunun bölümsel olumsuzlaması, ve sonsuz olmak saltık olumlama olduğu için, buna göre, yalnızca Ön. 7'den, tüm töz sonsuz olmalıdır.

Not 2. Hiç kuşku yok ki şeyleri karışık bir yolda yargılayan ve onları ilk nedenleri yoluyla anlamaya alışık olmayan herkes 7. Önermenin tanımını kavramayı güç bulacaktır, çünkü bunlar tözlerin değışkileri ile tözlerin kendileri arasında hiçbir ayırım yapmazlar, ve şeylerin hangi yolda üretildiğini bilmezler. Bu yüzden yanlışlıkla doğal şeylerde gördükleri başlangıcı tözlere yükledikleri olur; çünkü şeylerin gerçek nedenlerini bilmeyenler herşeyi karıştırır, ve en küçük bir ansal tiksime olmaksızın ağaçların insanlar gibi konuştuklarını tasarlar, ya da insanların tohumdan doğdukları gibi taşlardan da yapıldıklarını ve tüm biçimlerin birbirlerine değışebileceklerini imgelerler. Böylece tanrısal doğayı insansal ile karıştıranlar da, özellikle duyguların anlıkta nasıl üretildiğini bilmiyorlarsa, kolayca Tanrıya insan duygularını yüklerler. Ama eğer insanlar tözün doğasına dikkat ederlerse, Önerme 7 konusunda en küçük bir kuşku olmayacaktır; aslında bu önerme herkes için bir belit değeriinde olacak, ve ortak Kavramlar [*notiones communes*] arasında sayılacaktır. Çünkü o zaman töz ile kendinde olanı ve kendisi yoluyla kavrananı, e.d. bilgisi başka birşeyin bilgisini gerektirmeyeni anlayacaklardır. Ama değışkiler ile başka birşeyde olanı, ve kavramı kendisinde olduğu şeyin kavramına göre oluşanı anlayacaklardır; bu yüzden varolmayan değışkilerin gerçek idealarını edinebiliriz, çünkü bunlar anlağın dışında edimsel olarak varolmasalar da, gene de özlery başka birşeyde öyle bir yolda kapsanı ki, onun yoluyla kavranabilirler. Ama tözlerin gerçeklikleri, anlağın dışında, onların kendilerinden başka bir yerde değildir, çünkü kendileri yoluyla kavranırlar. Öyleyse eğer biri bir tözün açık ve seçik, e.d. gerçek bir ideasını taşıdığını, ve gene de bu tözün varolup olmadığı konusunda kuşku olduğunu söylerse, aslında

gerçek bir ideası olduğunu ve gene de bunun yanlış olup olmadığını merak ettiğini söyleyen biri gibi olacaktır (soruna biraz dikkat eden birine açık olduğu gibi); benzer olarak, eğer biri tözün yaratılmış olduğunu söylerse, aynı zamanda yanlış bir ideanın gerçek olduğunu bildirmiş olacaktır ki, bundan daha saçma birşey tasarlamak güçtür; ve öyleyse zorunlu olarak kabul edilmelidir ki tözün varoluşu, özû gibi, bengi bir gerçekliktir. Ve bu yüzden aynı doğada yalnızca tek bir tözün olabileceği vargısına bir başka yoldan da ulaşabiliriz, ve sanırım bunun nasıl olduğu göstermeye değerdir. Ama düzenli olarak ilerleyebilmek için belirtmek gerek ki, (1) her bir şeyin gerçek tanımı tanımlanan şeyin doğasından başka birşeyi içermez ve anlatmaz. Bundan şu çıkar ki, (2) hiçbir tanım kendi içinde belli bir sayıda birey kapsamaz ya da anlatmaz, çünkü tanım tanımlanan şeyin doğasından başka birşeyi anlatmaz. Örneğin, bir üçgenin tanımı yalnızca ve yalnızca bir üçgenin yalın doğasını anlatır, belli bir sayıda üçgeni değil. (3) Belirtmek gerek ki varolan her şey için zorunlu olarak varolmasını sağlayan bir neden olmalıdır. (4) Son olarak belirteceğiz ki, bir şeyin varolmasını sağlayan bu neden ya varolan şeyin doğasının kendisinde ve tanımında kapsanmalı (çünkü varolmak şeyin doğasına özgüdür), ya da onun dışında bir yerde olmalıdır. Bu kabul edildiğinde, açıktır ki eğer Doğada belli bir sayıda birey varsa, zorunlu olarak herhangi bir belirli sayıda bireyin varolması ve daha çok ya da daha az sayıda olmamalarına yol açan bir neden olmalıdır. Eğer örneğin Doğada yirmi insan varolacaksa (ki, daha büyük bir açıklık uğruna, aynı zamanda varolduklarını ve onlardan önce hiç kimsenin varolmadığını söyleyeceğim), (yirmi insanın varolmasının bir nedenini verirken) genelde insan doğasını neden olarak göstermek yetmeyecek, ama niçin zorunlu olarak yirmiden daha çoğunun ya da daha azının varolmadığı konusunda da bir neden göstermek zorunlu olacaktır, çünkü (3. Noktaya göre) her birinin varolması için zorunlu olarak bir neden olmalıdır. Ama bu neden (2. ve 3. nokta-

nihilominus dubitare, num falsa sit (ut satis attendenti fit manifestum); vel, si quis statuatur, substantiam creari, simul statuit, ideam falsam factam esse veram, quo sane nihil absurdius concipi potest; adeoque fatendum necessarium est, substantiae existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem. Atque hinc alio modo concludere possumus, non dari, nisi unicam, ejusdem naturae, quod hic ostendere, operae pretium esse duxi. Ut autem hoc ordine faciam, notandum est, I. veram uniuscujusque rei definitionem nihil involvere, neque exprimere praeter rei definitae naturam. Ex quo sequitur hoc II., nempe nullam definitionem certum aliquem numerum individuorum involvere, neque exprimere, quandoquidem nihil aliud exprimit, quam naturam rei definitae. Ex. gr. definitio trianguli nihil aliud exprimit, quam simplicem naturam trianguli; at non certum aliquem triangulorum numerum. III. Notandum, dari necessario uniuscujusque rei existentis certam aliquam causam, propter quam existit. IV. Denique notandum, hanc causam, propter quam aliqua res existit, vel debere contineri in ipsa natura, & definitione rei existentis (nimirum quod ad ipsius naturam pertinet existere), vel debere extra ipsam dari. His positis sequitur, quod, si in natura certus aliquis numerus individuorum existat, debeat necessario dari causa, cur illa individua, & cur non plura, nec pauciora existunt. Si ex. gr. in rerum natura 20 homines existant (quos, majoris perspicuitatis causa, suppono simul existere, nec alios antea in natura exstitisse), non satis erit (ut scilicet rationem reddamus, cur 20 homines existant) causam naturae humanae in genere ostendere; sed insuper necesse erit, causam ostendere, cur non plures, nec pauciores, quam 20 existant; quandoquidem (per Notam III) uniuscujusque debet necessario dari causa, cur existat. At haec causa (per Notam II & III) non potest in ipsa natura humana

contineri, quandoquidem vera hominis definitio numerum vicinarum non involvit; adeoque (per Notam IV) causa, cur hi viginti homines existunt, & consequenter cur unusquisque existit, debet necessario extra unumquemque dari, & propterea absolute concludendum, omne id, cujus naturae plura individua existere possunt, debere necessario, ut existant, causam externam habere. Jam quoniam ad naturam substantiae (per jam ostensa in hoc Schol.) pertinet existere, debet ejus definitio necessariam existentiam involvere, & consequenter ex sola ejus definitione debet ipsius existentia concludi. At ex ipsius definitione (ut jam ex Nota II & III ostendimus) non potest sequi plurium substantiarum existentia; sequitur ergo ex ea necessario, unicam tantum ejusdem naturae existere, ut proponebatur.

Propositio IX

Quo plus realitatis, aut esse unaquaeque res habet, eo plura attributa ipsi competunt.

Demonstratio. Patet ex Defin. 4.

Propositio X

Unumquodque unius substantiae attributum per se concipi debet.

Demonstratio. Attributum enim est id, quod intellectus de substantia percipit, tanquam ejus essentiam constituens (per Defin. 4), adeoque (per Defin. 3) per se concipi debet. Q.E.D.

Scholium. Ex his apparet, quod, quamvis duo attributa realiter distincta concipiantur, hoc est, unum sine ope alterius, non possumus tamen inde concludere, ipsa duo entia, sive duas diversas substantias constituere; id enim est de naturae substantiae, ut unumquodque ejus attributorum per se concipiat; quandoquidem omnia, quae habet, attributa simul in ipsa semper fuerunt, nec unum ab alio produci potuit; sed unumquodque realitatem, sive esse substantiae exprimit. Longe ergo abest, ut absurdum sit, uni substantiae plura attributa tribuere;

lara göre) insan doğasının kendisinde kapsanmaz, çünkü insanın gerçek tanımı yirmi sayısını içermez; bu yüzden (4. noktaya göre) bu yirmi insanın varolmasının ve buna göre her birinin varolmasının nedeni zorunlu olarak her birinin dışında olmalıdır; böylece saltık olarak şu vargı çıkarılmalıdır ki, aynı doğada olan birçok bireyden oluşabilen herşey için zorunlu olarak dışsal bir neden olmalıdır. Şimdi (bu notta gösterdiğimiz gibi) varolmak tözün doğasına özgü olduğu için, tanımı zorunlu varoluşu içermeli, ve dolayısıyla varoluşu yalnızca tanımından çıkarılmalıdır. Ama (2. ve 3. noktalardan gösterdiğimiz gibi) tanımından birden çok tözün varoluşu çıkarsanamayacağı için, bundan zorunlu olarak aynı doğada birden çok tözün olamayacağı sonucu çıkar.

ÖNERME 9

Bir şey ne denli olgusalılık ya da varlık taşırsa, o denli çok yüklemi vardır.

Tanıt. Tanım 4'ten açıktır.

ÖNERME 10

Bir tözün her yüklemi kendisi yoluyla kavranmalıdır.

Tanıt. Çünkü bir yüklem anlağın bir tözde onun özünü oluşturuyor olarak algıladığı şeydir (Tan. 4), ve buna göre (Tan. 3) kendisi yoluyla kavranmalıdır.—Q.E.D.

Not. Bu yüzden açıktır ki, iki yüklem olgusal olarak ayrı ayrı kavranmasına, e.d. birinin ötekinin yardımı olmaksızın kavranmasına karşın, bundan iki kendilik ya da iki ayrı töz oluşturdıkları vargısını çıkaramayız; çünkü yüklemlerinden her birinin kendisi yoluyla kavranması tözün doğasına özgüdür, çünkü taşıdığı tüm yüklemeler onda her zaman birlikte olmuşlardır, ve birinin öteki tarafından üretilmiş olması olanaksızdır; ama her biri tözün olgusallığını ya da varlığını anlatır. Öyleyse tek bir töze birçok yüklem yüklemek saçma olmaktan çok uzaktır; tersine, Doğada hiçbirşey şundan daha açık değil-

dir ki, her varlık belli bir yüklem altında kavranmalıdır, ve ne denli olgusalık ya da varlık taşırsa, hem zorunluk ya da bengilik hem de sonsuzluk anlatan yüklemeleri o denli çok olacaktır; ve buna göre hiçbirşey saltık olarak sonsuz Varlığın zorunlu olarak (Tan. 6'da gösterdiğimiz gibi) her biri belli bir bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemelerden oluşan Varlık olarak tanımlanmasından daha açık olmaz. Ama gene de tözlerin türölülüğünü hangi belirti ile ayırdedebileceğimiz sorulacak olursa, aşağıda Şeylerin Doğasında yalnızca tek bir tözün varolduğunu ve bunun saltık olarak sonsuz olduğunu gösterecek olan Önergeler okunabilir ve bunun üzerine o belirti boşuna istenmiş olur.

ÖNERME 11

Her biri bengi ve sonsuz özü anlatan sonsuz yüklemelerden oluşan Tanrı ya da töz zorunlu olarak vardır.

Tanıt. Eğer bu yadsınırsa, eğer olanaklıysa Tanrının varolmadığını düşünün. O zaman (Belit 7) özü varoluş içermez. Ama bu (Ön. 7) saçmadır: Öyleyse Tanrı zorunlu olarak vardır. —Q.E.D.

Bir başka Tanıt. Herşeyin varolması ya da varolmaması için bir neden ya da zemin olmalıdır. Örneğin bir üçgen varsa, varolmasının bir zemini ya da nedeni olmalıdır; ama yoksa, yine varolmasını engelleyen ya da onu ortadan kaldıran bir zemin ya da neden olmalıdır. Şimdi bu zemin ya da neden ya şeyin doğasında kapsanmalı ya da onun dışında olmalıdır. Örneğin bir daire-karenin varolmamasının zeminini dairenin doğasının kendisi gösterir, çünkü bir çelişki içerir. Buna karşı, tözün varoluşu yalnızca onun kendi doğasından gelir, çünkü doğası varoluş içerir (bkz. Ön. 7). Ama bir dairenin ya da üçgenin varolmasının ya da varolmamasının zemini onların kendi doğalarından değil, ama evrensel cisimsel doğanın düzeninden gelir; çünkü bundan ya bir üçgenin zorunlu ola-

quin nihil in natura clarius, quam quod unumquodque ens sub aliquo attributo debeat concipi, & quo plus realitatis, aut esse habeat, eo plura attributa, quae & necessitatem, sive aeternitatem, & infinitatem exprimunt, habeat; & consequenter nihil etiam clarius, quam quod ens absolute infinitum necessario sit definiendum (ut Defin. 6 tradidimus) ens, quod constat infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam certam essentiam exprimit. Si quis autem jam quaerit, ex quo ergo signo diversitatem substantiarum poterimus dignoscere, legat sequentes Propositiones, quae ostendunt in rerum natura non, nisi unicam substantiam, existere, eamque absolute infinitam esse, quapropter id signum frustra quaeretur.

Propositio XI

Deus, sive substantia constans infinitis attributis, quorum unumquodque aeternam, & infinitam essentiam exprimit, necessario existit.

Demonstratio. Si negas, concipe, si fieri potest, Deum non existere. Ergo (per Axiom. 7) ejus essentia non involvit existentiam. Atqui hoc (per Prop. 7) est absurdum: Ergo Deus necessario existit. Q.E.D.

Aliter. Cujuscunque rei assignari debet causa, seu ratio, tam cur existit, quam cur non existit. Ex. gr. si triangulus existit, ratio, seu causa dari debet, cur existit; si autem non existit, ratio etiam, seu causa dari debet, quae impedit, quominus existat, sive quae ejus existentiam tollat. Haec vero ratio, seu causa, vel in natura rei contineri debet, vel extra ipsam. Ex. gr. rationem, cur circulus quadratus non existat, ipsa ejus natura indicat; nimirum, quia contradictionem involvit. Cur autem contra substantia existat, ex sola etiam ejus natura sequitur, quia scilicet existentiam involvit (vide Prop. 7). At ratio, cur circulus, vel triangulus existit, vel cur non existit, ex eorum natura non sequitur, sed ex ordine universae naturae corporeae; ex eo enim sequi debet, vel jam triangulum necessario existere, vel impossibile esse, ut jam existat.

Atque haec per se manifesta sunt. Ex quibus sequitur, id necessario existere, cujus nulla ratio, nec causa datur, quae impedit, quominus existat. Si itaque nulla ratio, nec causa dari possit, quae impedit, quominus Deus existat, vel quae ejus existentiam tollat, omnino concludendum est, eundem necessario existere. At si talis ratio, seu causa daretur, ea, vel in ipsa Dei natura, vel extra ipsam dari deberet, hoc est, in alia substantia alterius naturae. Nam si ejusdem naturae esset, eo ipso concederetur dari Deum. At substantia, quae alterius esset naturae, nihil cum Deo commune habere (per Prop. 2), adeoque neque ejus existentiam ponere, neque tollere posset. Cum igitur ratio, seu causa, quae divinam existentiam tollat, extra divinam naturam dari non possit, debet necessario dari, siquidem non existit, in ipsa ejus natura, quae propterea contradictionem involveret. Atqui hoc de Ente absolute infinito, & summe perfecto affirmare, absurdum est; ergo nec in Deo, nec extra Deum ulla causa, seu ratio datur, quae ejus existentiam tollat, ac proinde Deus necessario existit. Q.E.D.

Aliter. Posse non existere impotentia est, & contra posse existere potentia est (ut per se notum). Si itaque id, quod jam necessario existit, non nisi entia finita 2sunt, sunt ergo entia finita potentiora Ente absolute infinito: atque hoc (ut per se notum) absurdum est; ergo vel nihil existit, vel Ens absolute infinitum necessario etiam existit. Atqui nos, vel in nobis, vel in alio, quod necessario existit, existimus (vide Axiom. 1 & Prop. 7). Ergo Ens absolute infinitum, hoc est (per Defin. 6), Deus necessario existit. Q.E.D.

Scholium. In hac ultima demonstratione Dei existentiam a posteriori ostendere volui, ut demonstratio facilius perciperetur; non autem propterea, quod ex hoc eodem funda-

rak şimdiden varolduğu ya da şimdiden varolmasının olanaksız olduğu sonucu çıkmalıdır. Ama bu kendiliğinden açıktır. Ve bundan şu çıkar ki eğer bir şeyin varolmasını engelleyen hiçbir zemin ya da neden yoksa o şey zorunlu olarak vardır. Öyleyse eğer Tanrının varolmasını engelleyen ya da varoluşunu ortadan kaldıran hiçbir zemin ve hiçbir neden yoksa, bütünüyle açıktır ki zorunlu olarak varolduğu vargısını çıkarmamız gerekir. Ama eğer böyle bir zemin ya da neden varsa, bu ya Tanrının doğasının kendisinde, ya da onun dışında, e.d. bir başka doğadaki başka bir tözde olmalıdır. Çünkü eğer aynı doğadaki bir tözde olsaydı, böylelikle şimdiden Tanrının varolduğu kabul edilmiş olurdu. Ama bir başka doğada olan bir tözün Tanrı ile ortak hiçbirşeyi olamaz (Ön. 2), ve dolayısıyla ona ne varoluş verebilir ne de onu ortadan kaldıracabilir. Ve Tanrının varoluşunu ortadan kaldıran zemin ya da neden tanrısal doğanın dışında varolamayacağı için, eğer tanrısal doğa varolmasaydı, zorunlu olarak onun doğasının kendisinde var olur, ve bu doğa böylece bir çelişki içerirdi. Ama saltık olarak sonsuz ve en yüksek düzeyde eksiksiz Varlık için bunu ileri sürmek saçmadır; buna göre ne Tanrıda ne de Tanrının dışında onun varoluşunu ortadan kaldırabilecek herhangi bir zemin vardır, ve dolayısıyla Tanrı zorunlu olarak vardır. —Q.E.D.

Bir başka Tanıt. Varolmayabilmek güçsüzlük, varolabilmek ise güçtür (kendiliğinden açık olduğu gibi). O zaman eğer sonlu şeyler dışında zorunlu olarak varolan hiçbirşey yoksa, bundan şu çıkar ki sonlu şeyler saltık olarak sonsuz Varlıktan daha güçlüdürler; ki bu (kendiliğinden açık olduğu gibi) saçmadır; öyleyse, ya hiçbirşey yoktur, ya da saltık olarak sonsuz Varlık zorunlu olarak vardır. Ama bizim kendimiz ya kendimizde ya da zorunlu olarak varolan başka birşeyde var oluruz (bkz. Belit 1 ve Ön. 7). Öyleyse saltık olarak sonsuz Varlık, eş deyişle (Tan. 6), Tanrı zorunlu olarak vardır. —Q.E.D.

Not. Bu son tanıtılamada Tanrının varlığını *a posteriori* göstermeyi istedim; Tanrının varoluşu aynı temelde *a priori* doğmayacağı için değil, ama tanıt-

lama daha kolay kavranabilsin diye. Çünkü varolabilme bir güç olduğu için, bundan şu çıkar ki, bir şeyin doğasına ne denli olgusalılık düşerse, kendisinden türettiği varolma gücü o denli büyük olur; ve buna göre saltık olarak sonsuz Varlığın ya da Tanrının kendinden saltık olarak sonsuz bir varoluş gücü vardır, ve dolayısıyla zorunlu olarak vardır. Gene de belki de pekçokları bu tanıtlamanın açıklığını kolayca göremeyecektir, çünkü yalnızca dışsal nedenlerden kaynaklanan şeyleri düşünmeye alışmışlardır; ve bunlardan çabucak doğan, başka bir deyişle, kolayca varolan şeylerin kolayca yokolduğunu görürler; buna karşı, kendilerine daha çok şeyin ait olduğunu düşündükleri şeyleri üretmenin ise zor olduğu, e.d. bunların kolayca varolmadıkları yargısında bulunurlar. Ama bu önyargıları giderebilmek için, burada bu “Çabuk yapılan çabuk yiter” deyiminin hangi anlamda doğru olduğunu göstermem gerekmez; ne de, Doğanın bütününe bakarak, tüm şeylerin eşit ölçüde kolay olduklarını ya da olmadıklarını göstermem gerekir. Ama belirtmek yeterlidir ki, burada dışsal nedenler tarafından üretilen şeylerden değil, yalnızca hiçbir dışsal neden tarafından üretililemeyecek (Ön. 6) tözlerden söz ediyorum. Çünkü dışsal nedenler tarafından üretilen şeyler, ister çok isterse az sayıda parçadan oluşsunlar, hangi eksiksizliği ya da olgusalılığı taşırlarsa taşınsınlar, tümünü de dışsal bir nedenin gücüne borçludurlar, ve dolayısıyla varoluşları yalnızca belli bir dışsal nedenin eksiksizliğinden doğar, kendilerinin değil. Buna karşı, bir töz hangi eksiksizliği taşırsa taşınsın, bunu hiçbir dışsal nedene borçlu değildir; dolayısıyla varoluşu da yalnızca kendi doğasından gelmelidir ve öyleyse kendi özünden başka birşey değildir. Eksiksizlik o zaman bir şeyin varoluşunu ortadan kaldırmaz, tersine onu ortaya koyar; ama eksiklik varoluşu ortadan kaldırır, ve buna göre herhangi birşeyin varoluşu üzerine saltık olarak sonsuz ya da eksiksiz Varlığın, eş deyişle Tanrının varoluşu üzerine duyduğumuz pekinlikten daha çoğunu duyamayız. Çünkü özü tüm eksikliği dışladığı ve saltık eksiksizliği içerdiği için, tam bu

mento Dei existentia a priori non sequatur. Nam, cum posse existere potentia sit, sequitur, quo plus realitatis alicujus rei naturae competit, eo plus virium a se habere, ut existat; adeoque Ens absolute infinitum, sive Deum infinitam absolute potentiam existendi a se habere, qui propterea absolute existit. Multi tamen forsan non facile hujus demonstrationis evidentiam videre poterunt, quia assueti sunt, eas solummodo res contemplari, quae a causis externis fiunt; & ex his, quae cito fiunt, hoc est, quae facile existunt, eas etiam facile perire vident, & contra eas res factu difficiliore judicant, hoc est, ad existendum non adeo faciles, ad quas plura pertinere concipiunt. Verum, ut ab his praedictis liberentur, non opus habeo hic ostendere, quia ratione hoc enunciatum, *quod cito fit, cito perit*, verum sit, nec etiam, an respectu totius naturae omnia aequae facilia sint, an secus. Sed hoc tantum notare sufficit, me hic non loqui de rebus, quae a causis externis fiunt, sed de solis substantiis, quae (per Prop. 6) a nulla causa externa produci possunt. Res enim, quae a causis externis fiunt, sive eae multis partibus constent, sive paucis, quicquid perfectionis, sive realitatis habent, id omne virtuti causae externae debetur, adeoque earum existentia ex sola perfectione causae externae, non autem suae oritur. Contra, quicquid substantia perfectionis habet, nulli causae externae debetur; quare ejus etiam existentia ex sola ejus natura sequi debet, quae proinde nihil aliud est, quam ejus essentia. Perfectio igitur rei existentiam non tollit, sed contra ponit; imperfectio autem contra eandem tollit, adeoque de nullius rei existentia certiores esse possumus, quam de existentia Entis absolute infiniti, seu perfecti, hoc est, Dei. Nam quandoquidem ejus essentia omnem imperfectionem secludit, absolut-

amque perfectionem involvit, eo ipso omnem causam dubitandi de ipsius existentia tollit, summamque de eadem certitudinem dat, quod medicocriter attendenti perspicuum fore credo.

Propositio XII

Nullum substantiae attributum potest vere concipi, ex quo sequatur, substantiam posse dividi.

Demonstratio. Partes enim, in quas substantia, sic concepta, divideretur, vel naturam substantiae retinebunt, vel non. Si primum, tum (per Prop. 8) unaquaeque pars debeat esse infinita, & (per Prop. 6) causa sui, & (per Prop. 5) constare debeat ex diverso attributo, adeoque ex una substantia plures constitui poterunt, quod (per Prop. 6) est absurdum. Adde, quod partes (per Prop. 2) nihil commune cum suo toto habent, & totum (per Defin. 4 & Prop. 10) absque suis partibus, & esse, & concipi posset, quod absurdum esse, nemo dubitare poterit. Si autem secundum ponatur, quod scilicet partes naturam substantiae non retinebunt; ergo, cum tota substantia in aequales partes esset divisa, naturam substantiae amitteret, & esse desineret, quod (per Prop. 7) est absurdum.

Propositio XIII

Substantia absolute infinita est indivisibilis.

Demonstratio. Si enim divisibilis esset, partes, in quas divideretur, vel naturam substantiae absolute infinitae retinebunt, vel non. Si primum, dabuntur ergo plures substantiae ejusdem naturae, quod (per Prop. 5) est absurdum. Si secundum ponatur, ergo (ut supra) poterit substantia absolute infinita desinere esse, quod (per Prop. 11) est etiam absurdum.

Corollarium. Ex his sequitur, nullam substantiam, & consequenter nullam substantiam corpoream, quatenus substantia est, esse divisibilem.

Scholium. Quod substantia sit indivisibilis, simplicius ex hoc solo intelligitur, quod natura substantiae non potest concipi, nisi infinita, & quod per partem substantiae nihil aliud intelligi potest, quam substantia finita, quod (per Prop. 8) manifestam contradictionem implicat.

yolla varoluşu üzerine kuşkunun tüm nedeni ortadan kalkar, ve en yüksek pekinlik doğar; ki sanırım en az dikkatli biri tarafından bile açıkça görülecektir.

ÖNERME 12

Bir tözün bölünebileceğini imleyen hiçbir yüklemi doğru olarak kavranamaz.

Tanıt. Çünkü böyle kavranan tözün bölünebileceği parçalar ya tözün doğasını korurlar, ya da korumazlar. Eğer korurlarsa, o zaman (Ön. 8) her parça sonsuz, ve (Ön. 6) kendinin nedeni olur, ve (Ön. 5) değişik bir yüklemden oluşur; öyle ki, tek bir tözden birçok töz yapılabilir, ki (Ön. 6) saçmadır. Dahası, parçaların (Ön. 2) bütünleri ile ortak hiçbirşeyleri olmaz, ve bütün (Tan. 4 ve Ön. 10) onu oluşturan parçaları olmaksızın olabilir ve kavranabilir, ki bir saçmalık olduğundan hiç kimse kuşku duymaz. Ama ikinci durum alınırsa, e.d. parçaların tözün doğasını korumadıkları varsayılırsa, o zaman bütün bir töz eşit parçalara bölündüğünde töz doğasını yitirir ve varolmaya son verir, ki (Ön. 7) saçmadır.

ÖNERME 13

Saltık olarak sonsuz töz bölünemezdir.

Tanıt. Eğer bölünebilirse, bölüneceği parçalar saltık olarak sonsuz tözün doğasını koruyacak ya da korumayacaklardır. Eğer korurlarsa, aynı doğayı taşıyan bir tözler çokluğu olacaktır, ki (Ön. 5) saçmadır. Eğer ikinci durum kabul edilirse, o zaman (yukarıda olduğu gibi [Ön. 12]) saltık olarak sonsuz töz varolmaya son verebilir, ki (Ön. 11) saçmadır.

Sonurğu. Bundan şu çıkar ki, hiçbir töz, ve dolayısıyla hiçbir cisimsel töz, bir töz olduğu sürece, bölünebilir değildir.

Not. Tözün bölünemez olduğu şu yolda daha kolay anlaşılabilir: Tözün doğası sonsuz olarak olmaktan başka türlü kavranamaz, ve tözün bir parçası ile sonlu tözden başka birşey anlaşılamaz, ki (Ön. 8) açık bir çelişki içerir.

ÖNERME 14

Tanrıdan başka bir töz ne olabilir ne de kavranabilir.

Tanıt. Tanrı kendisine tözün özünü anlatan hiçbir yüklem yadsınamayacağı saltuk olarak sonsuz Varlık olduğu için (Tan. 6), ve zorunlu olarak varolduğu için (Ön. 11), bundan şu çıkar ki eğer Tanrının dışında herhangi bir töz olmuş olsaydı, bunun Tanrının belli bir yüklemi yoluyla anlatılması gerekir ve böylece aynı yüklemi taşıyan iki töz bulunurdu, ki (Ön. 5) saçmadır; ve öyleyse Tanrıdan başka hiçbir töz olamaz, ve dolayısıyla başka hiç biri kavranamaz. Çünkü eğer böyle birşey kavranabilseydi, zorunlu olarak var olarak kavranırdı, ve bu (bu tanıtın ilk bölümüne göre) saçmadır. Öyleyse, Tanrının dışında hiçbir töz olamaz ve kavranamaz.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan ilk olarak açıkça şu çıkar ki, Tanrı birdir, başka bir deyişle, (Tan. 6), Doğada yalnızca bir töz vardır, ve bu saltuk olarak sonsuzdur—daha önce Ön. 10'a Notta anıştırdığımız gibi.

Sonurgu 2. Dolayısıyla, ikinci olarak, uzamlı şey ve düşünen şey ya Tanrının yüklemeleri ya da (Belit 1) Tanrının yüklemelerinin değişikleridirler.

ÖNERME 15

Varolan herşey Tanrıdadır, ve Tanrı olmaksızın hiçbirşey olamaz. ne de kavranabilir.

Tanıt. Tanrıdan başka hiçbir töz olamaz ya da kavranamaz (Ön. 14), e.d. (Tan. 3), Tanrıdan başka hiçbirşey kendinde değildir ve kendisi yoluyla kavranamaz. Ama kipler (Tan. 5) töz olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilirler; öyleyse ancak tanrısal özde olabilirler ve yalnızca onun yoluyla kavranabilirler. Ama tözlerin ve kiplerin dışında hiçbirşey yoktur (Belit 1). Öyleyse Tanrı olmaksızın hiçbirşey olamaz ve kavranamaz.—Q.E.D.

Not. Tanrının bir insan gibi beden ve anlık-tan oluştuğunu ve tutkulara açık olduğunu dü-

Propositio XIV

Praeter Deum nulla dari, neque concipi potest substantia.

Demonstratio. Cum Deus sit ens absolute infinitum, de quo nullum attributum, quod essentiam substantiae exprimit, negari potest (per Defin. 6), isque necessario existat (per Prop. 11), si aliqua substantia praeter Deum daretur, ea explicari deberet per aliquod attributum Dei, sicque duae substantiae ejusdem attributi existerent, quod (per Prop. 5) est absurdum; adeoque nulla substantia extra Deum dari potest, & consequenter non etiam concipi. Nam si posset concipi, deberet necessario concipi, ut existens; atqui hoc (per primam partem hujus Demonstrat.) est absurdum. Ergo extra Deum nulla dari, neque concipi potest substantia. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc clarissime sequitur I^o. Deum esse unicum, hoc est (per Defin. 6) in rerum natura non, nisi unam substantiam, dari, eamque absolute infinitam esse, ut in Scholio Prop. 10 jam innuimus.

Corollarium II. equitur II^o. rem extensam, & rem cogitantem, vel Dei attributa esse, vel (per Axiom. 1) affectiones attributorum Dei.

Propositio XV

Quicquid est, in Deo est, & nihil sine Deo esse, neque concipi potest.


Demonstratio. Praeter Deum nulla datur, neque concipi potest substantia (per Prop. 14), hoc est (per Defin. 3) res, quae in se est, & per se concipitur. Modi autem (per Defin. 5) sine substantia nec esse, nec concipi possunt; quare hi in sola divina natura esse, & per ipsam solam concipi possunt. Atqui praeter substantias, & modos nil datur (per Axiom. 1). Ergo nihil sine Deo esse, neque concipi potest. Q.E.D.

Scholium. Sunt, qui Deum instar hominis corpore, & mente constantem, atque passionibus obnoxium fingunt; sed, quam longe hi a


vera Dei cognitione aberrant, satis ex jam demonstratis constat. Sed hos mitto: nam omnes, qui naturam divinam aliquo modo contemplati sunt, Deum esse corporeum, negant. Quod etiam optime probant ex eo, quod per corpus intelligimus quamcunque quantitatem, longam, latam, & profundam, certa aliqua figura terminatam, quo nihil absurdius de Deo, ente scilicet absolute infinito, dici potest. Attamen interim aliis rationibus, quibus hoc idem demonstrare conantur, clare ostendunt, se substantiam ipsam corpoream, sive extensam a natura divina omnino remove, atque ipsam a Deo creatam statuunt. Ex qua autem divina potentia creari potuerit, prorsus ignorant; quod clare ostendit, illos id, quod ipsimet dicunt, non intelligere. Ego saltem satis clare, meo quidem iudicio, demonstravi (vide Coroll. Prop. 6 & Schol. 2 Prop. 8) nullam substantiam ab alio posse produci, vel creari. Porro Prop. 14 ostendimus, praeter Deum nullam dari, neque concipi posse substantiam; atque hinc conclusimus, substantiam extensam unum ex infinitis Dei attributis esse. Verum, ad pleniorum explicationem, adversariorum argumenta refutabo, quae omnia huc redeunt. Primo, quod substantia corporea, quatenus substantia, constat, ut putant, partibus; & ideo eandem infinitam posse esse, & consequenter, ad Deum pertinere posse, negant. Atque hoc multis exemplis explicant, ex quibus unum, aut alterum afferam. Si substantia corporea, ajunt, est infinita, concipiatur in duas partes dividi; erit unaquaeque pars, vel finita, vel infinita. Si illud, componitur ergo infinitum ex duabus partibus finitis, quod est absurdum. Si hoc, datur ergo infinitum duplo majus alio infinito, quod etiam est absurdum. Porro, si quantitas infinita mensuratur partibus pedes aequantibus, infinitis talibus partibus constare debet, ut &, si partibus mensuretur digitos aequan-

şünenler vardır; oysa bunların gerçek bir Tanrı bilgisinden ne denli uzak oldukları daha önce tanıtılanlardan yeterince açıktır. Ama bunları bir yana bırakacağım, çünkü tanrısal doğa üzerine herhangi bir yolda düşünenlerin tümü de Tanrının cisimsel olduğunu yadsımışlardır. Onun böyle olamayacağını cisimden belli bir beti tarafından sınırlanan ve uzunluk, genişlik ve derinliği olan belirli bir niceliği anladığımızı gösterecek kesin olarak tanıtlamışlardır; ve Tanrıya, saltık olarak sonsuz bir varlığa bunları yüklemekten daha saçma ne olabilir? Gene de bu arada bu noktayı tanıtlamaya çalışırken başvurdukları başka uslamalardan cisimsel ya da uzamlı tözü tanrısal doğadan bütünüyle ayırdıklarını ve onu Tanrı tarafından yaratılmış olarak gördüklerini açıkça gösterirler. Bununla birlikte, onun hangi tanrısal güçten yaratılmış olabileceğini bilmezler, öyle ki kendi söylediklerinin kendileri tarafından anlaşılmadığı açıktır. Ama, en azından kanımca yeterince açık olarak tanıtladım ki, hiçbir töz bir başkasından üretilemez ya da yaratılamaz (bkz. Ön. 6'ya Sonurgu, ve Ön. 8'e Not). Dahası Ön. 14'te gösterdik ki, Tanrıdan başka hiçbir töz olamaz ve kavranamaz; ve buna göre uzamlı tözün Tanrının sonsuz yüklemelerinden biri olduğu varlığını çıkardık. Ama sorunu bütünüyle açık kılabilmek için karşıtlarımm uslamalarının çürüteceğim ki, tümü de şuna varır. İlk olarak, cisimsel tözün, töz olduğu sürece, parçalardan oluştuğunu kabul eder, ve bu yüzden sonsuz olabileceğini ve dolayısıyla Tanrıya ait olabileceğini yadsırlar. Bunu birçok örneklerle geliştirirler ve bunlardan birkaçını göstereceğim. İlk olarak, eğer cisimsel töz sonsuz ise, derler, o zaman onu iki parçaya bölünmüş olarak düşünelim; her parça öyleyse ya sonlu ya da sonsuz olacaktır. Eğer sonlu iseler, o zaman sonsuz iki sonlu parçadan oluşmuş olacaktır, ki saçmadır. Eğer sonsuz iseler, o zaman bir başka sonsuzdan iki kat büyük bir sonsuz vardır ki, bu da saçmadır. Yine, eğer sonsuz nicelik her biri bir ayak olan eşit parçalar tarafından ölçülürse, böyle sonsuz sayıda parçadan oluşmuş olacaktır, ve eğer her biri bir parmak olan eşit parça-

lar tarafından ölçülecek olursa, yine aynı şey geçerlidir; ve öyleyse bir sonsuz sayı bir başka sonsuz sayıdan oniki kat büyük olacaktır.* Son olarak, eğer sonsuz bir niceliğin bir noktasından ilkin birbirlerinden belli ve belirli bir uzaklıkta olan iki çizginin, *AB* ve *AC*, sonsuza dek uzatıldığını düşünürsek, hiç kuşkusuz *B* ve *C* arasındaki uzaklık sürekli olarak artacak, ve belirli bir uzaklıktan belirlenemez bir uzaklığa geçecektir. Bu yüzden bu saçmalıklar, onlara göre, sonsuz bir nicelik varsayımından doğduğu için, cisimsel tözün sonlu olması gerektiği ve dolayısıyla Tanrının özüne ait olamayacağı vargısını çıkarırlar. Tanrının en yüksek eksiksizliğinden ikinci bir uslamlama daha türetilir. Tanrı, derler, saltık olarak eksiksiz bir varlık olduğu için edilgin olamaz; ama cisimsel töz, bölünebilir olduğu için, edilgin olabilir; öyleyse Tanrının özüne ait olamaz. Bunlar cisimsel tözün tanrısal doğa için değersiz ve ona ait olamayacağını tanıtlamaya çalışan yazarlarda bulduğum uslamlamalardır. Ama yeterince dikkatli biri bu noktayı daha şimdiden yanıtlamış olduğumu görecektir; çünkü bu tanıtlamanın biricik dayanağı cisimsel tözün parçalardan oluştuğu sayılısidir, ki saçma olduğunu göstermişim (Ön. 12, ve Ön. 13'e Sonurgu). Dahası, eğer sorun doğru olarak incelenirse görülecektir ki, bu yazarların uzamlı tözün sonlu olduğu vargısını çıkarmak için başvurdukları tüm bu saçmalıklar (aslında tümünün de saçmalık olup olmadıklarını şimdi tartışmıyorum) hiçbir biçimde sonsuz nicelik sayılısından değil, ama sonsuz niceliğin ölçülebilir olduğu ve sonlu parçalardan yapıldığı sayılısından doğar; öyleyse bunun yol açtığı saçmalıklardan sonsuz niceliğin ölçülemez olduğu ve sonlu parçalardan oluşamayacağı dışında hiçbir vargı çıkarılamaz. Ama bu daha şimdiden tanıtladığımız bir



tibus; ac propterea unus numerus infinitus erit duodecies major alio infinito. Denque, si ex uno puncto infinitae cujusdam quantitatis concipiatur, duas lineas, ut *AB*, *AC*, certa, ac determinata in initio distantia in infinitum protendi; certum est, distantiam inter *B* & *C* continuo augeri, & tandem ex determinata indeterminabilem fore. Cum igitur haec absurda sequantur, ut putant, ex eo, quod quantitas infinita supponitur: inde concludunt, substantiam corpoream debere esse finitam, & consequenter ad Dei essentiam non pertinere. Secundum argumentum petitur etiam a summa Dei perfectione. Deus enim, inquit, cum sit ens summe perfectum, pati non potest: atqui substantia corporea, quandoquidem divisibilis est, pati potest; sequitur ergo, ipsam ad Dei essentiam non pertinere. Haec sunt, quae apud scriptores invenio argumenta, quibus ostendere conantur, substantiam corpoream divina natura indignam esse, nec ad eandem posse pertinere. Verumenimvero, si quis recte attendat, me ad haec jam respondisse comperiet; quandoquidem haec argumenta in eo tantum fundantur, quod substantiam corpoream ex partibus componi supponunt, quod jam (Prop. 12 cum Coroll. Prop. 13) absurdum esse ostendi. Deinde si quis rem recte perpendere velit, videbit, omnia illa absurda (siquidem omnia absurda sunt, de quo jam non dispuro), ex quibus concludere volunt, substantiam extensam finitam esse, minime ex eo sequi, quod quantitas infinita supponatur: sed quod quantitatem infinitam mensurabilem, & ex partibus finitis conflare supponunt; quare ex absurdis, quae inde sequuntur, nihil aliud concludere possunt, quam quod quantitas infinita non sit mensurabilis, & quod ex partibus finitis confla-



*[Burada sözü edilen ölçü 12 'parmağa' bölünen eski Fransız 'ayağı'dır; (= 324 mm.)]

ri non possit. Atque hoc idem est, quod nos supra (Prop. 12 &c.) jam demonstravimus. Quare tolum, quod in nos intendunt, in se ipsos revera conjiciunt. Si igitur ipsi ex suo hoc absurdo concludere tamen volunt, substantiam extensam debere esse finitam, nihil aliud hercle faciunt, quam si quis ex eo, quod finxit circulum quadrati proprietates habere, concludit, circulum non habere centrum, ex quo omnes ad circumferentiam ductae lineae sunt aequales. Nam substantiam corpoream, quae non nisi infinita, non nisi unica, & non nisi indivisibilis potest concipi (vide Prop. 8, 5 & 12), eam ipsi ad concludendum, eandem esse finitam, ex partibus finitis conflari, & multiplicem esse, & divisibilem, concipiunt. Sic etiam alii, postquam fingunt, lineam ex punctis componi, multa sciunt invenire argumenta, quibus ostendant, lineam non posse in infinitum dividi. Et profecto, non minus absurdum est ponere, quod substantia corporea ex corporibus, sive partibus componatur, quam quod corpus ex superficiebus, superficies ex lineis, lineae deque ex punctis componantur. Atque hoc omnes, qui claram rationem infallibilem esse sciunt, fateri debent, & imprimis ii, qui negant, dari vacuum. Nam si substantia corporea ita posset dividi, ut ejus partes realiter distinctae essent, cur ergo una pars non posset annihilari, manentibus reliquis, ut ante, inter se connexis? & cur omnes ita aptari debent, ne detur vacuum? Sane rerum, quae realiter ab invicem distinctae sunt, una sine alia esse, & in suo statu manere potest. Cum igitur vacuum in natura non detur (de quo alias), sed omnes partes ita concurrere debent, ne detur vacuum, sequitur hinc etiam, easdem non posse realiter distingui, hoc est, substantiam corpoream, quatenus substantia est, non posse dividi. Si quis tamen jam quaerat, cur nos

noktadır (Ön. 12, vb.). Ve böylece bize çevirdikleri oku gerçekte kendilerine karşı yöneltmişlerdir. Öyleyse, eğer bu saçmalıklarından uzamalı tözün sonlu olması gerektiği vargısını çıkarmaya çalışırlarsa, gerçekte bir dairenin bir karenin özelliklerini taşıdığını, ve bu yüzden bir dairenin kendisinden çevreye çizilen tüm çizgilerin birbirine eşit olduğu bir özeği olmadığı vargısını çıkardığını sanan biri gibi davranmış olacaktırlar. Çünkü ancak sonsuz, bir ve bölünmez olarak kavranabilen cisimsel tözün (Ön. 8, 5 ve 12) sonlu olduğunu tanımlayabilmek için, onu sonlu parçalardan oluşmuş ve çoklu ve bölünebilir olarak düşünürler. Tam olarak aynı yolda, bir çizginin noktalardan oluşmuş olduğunu var sayan başkaları onun sonsuza dek bölünebilir olmadığını göstermek için çok sayıda uslamalama bulabilirler. Ve gerçekte cisimsel tözün cisimlerden ya da parçalardan oluşmuş olduğunu ileri sürmek bir cismin yüzeylerden, yüzeylerin çizgilerden, ve son olarak çizgilerin noktalardan oluştuğunu ileri sürmekten daha az saçma değildir. Duru usun yanılmaz olduğunu bilen herkesin, özellikle bir boşluğun olabileceğini yadsıyanların bunu kabul etmesi gerekir. Çünkü eğer cisimsel töz parçalarının olgusal olarak ayrı olacakları bir yolda bölünebilirse, niçin başkaları daha önce olduğu gibi birbirlerine bağlı kalırken tek bir parça yokedilemesin? ve niçin tümünün de hiçbir boşluğun kalmayacağı bir yolda biraraya uydurulması gereksin? Çünkü birbirlerinden olgusal olarak ayrı olan şeyler arasında hiç kuşkusuz biri öteki olmaksızın olabilir ve kendi durumunda kalabilir. Öyleyse doğada hiçbir boşluk olmadığı için (bir konu ki başka bir yerde değineceğim),* ve tüm parçaların bir boşluğun oluşumunu önleyecek bir yolda birleşmeleri gerektiği için, bundan şu çıkar ki olgusal olarak ayrı olamazlar, e.d. cisimsel töz, töz olarak, bölünemez. Gene de, eğer şimdi niçin niceliği bölünebilir olarak düşünme

* [Törebilim'de 'boşluk'tan bir daha söz edilmez. Bir başka yerde (Ep. 13, 1663) Spinoza bir boşluğun varoluşunu kabul etmek yokluğun (nihil) hiçbir özelliği olmaması olgusu ile çelişecektir der. (Parkinson'un Notu.)]

yönünde doğal bir eğilim olduğu sorulacak olursa, yanıtım niceliğin bizim tarafımızdan şu iki yolda düşünüldüğü olacaktır: bir kez soyut olarak ya da yüzeysel olarak, eş deyişle, onu imgelediğimiz gibi; ya da töz olarak, ki yalnızca anlak tarafından yapılır. Öyleyse eğer niceliği sık sık ve kolayca yaptığımız gibi imgelemde olduğu gibi görececek olursak, onu sonlu, bölünebilir, ve parçalardan oluşmuş olarak buluruz; ama anlakta olduğu gibi görürsek ve töz olarak kavırsak—ki çok güçtür—o zaman, daha önce yeterli olarak tanıtladığımız gibi, onu sonsuz, bir, ve bölünmez olarak buluruz. Bu imgelemi ve anlağı birbirinden ayırtırmayı bilenlere yeterince açık gelecektir: özellikle özdeğin her yerde aynı olduğuna, ve onu değişik yollarda değişikliğe uğramış olarak düşünmedikçe parçalarının birbirinden ayrı olmadığına, başka bir deyişle, olgusal olarak değil ama kipsel olarak ayırdedildiklerine dikkat edersek. Örneğin suyu, su olduğu sürece, bölünmüş olarak, ve parçalarını birbirlerinden ayrılmış olarak düşünürüz; ama cisimsel töz olduğu sürece değil, çünkü böyle olarak ne ayrılmış ne de bölünmüştür. Dahası, su, su olduğu sürece, yaratılır ve yok edilir; buna karşı töz olduğu sürece ne yaratılır ne de yok edilir. Sanırım bununla ikinci uslamlamaya da yanıt vermiş oldum, çünkü o da özdeğin, töz olarak düşünüldüğünde, bölünebilir ve parçalardan oluşmuş olduğu sayılışı üzerine dayanır. Ve bu böyle olmasa bile, özdeğin niçin tanrısal doğaya yaraşmaz olduğunu bilmiyorum, çünkü (Ön. 14) Tanrının dışında onun etkilenebileceği hiçbir töz varolamaz. Tüm şeyler, diyorum, Tanrıdadır, ve olan her şey yalnızca Tanrının sonsuz doğasının yasalarına göre olur, ve onun özünün zorunluluğundan doğar (birazdan göstereceğim gibi); buna göre Tanrının herhangi birşeyden etkilendiği, ya da uzamlı tözün, üstelik bengi ve sonsuz olma koşuluyla bölünebilir olduğu varsayılsa bile, tanrısal doğaya yaraşmaz olduğu ne olursa olsun ileri sürülemez. Ama bu konu üzerinde şimdilik yeterince durduk.

ex natura ita propensi simus ad dividendam quantitatem? ei respondeo, quod quantitas duobus modis a nobis concipitur, abstracte scilicet, sive superficialiter, prout nempe ipsam imaginamur, vel ut substantia, quod a solo intellectu fit. Si itaque ad quantitatem attendimus, prout in imaginatione est, quod saepe, & facilius a nobis fit, reperietur finita, divisibilis, & ex partibus conflata; si autem ad ipsam, prout in intellectu est, attendimus, & eam, quatenus substantia est, concipimus, quod difficile fit, tum, ut jam satis demonstravimus, infinita, unica, & indivisibilis reperietur. Quod omnibus, qui inter imaginationem, & intellectum distinguere sciverint, satis manifestum erit: Praecipue si ad hoc etiam attendatur, quod materia ubique eadem est, nec partes in eadem distinguuntur, nisi quatenus materiam diversimode affectam esse concipimus, unde ejus partes modaliter tantum distinguuntur, non autem realiter. Ex. gr. aquam, quatenus aqua est, dividi concipimus, ejusque partes ab invicem separari; at non, quatenus substantia est corporea; eatenus enim neque separatur, neque dividitur. Porro aqua, quatenus aqua, generatur, & corrumpitur; at, quatenus substantia, nec generatur, nec corrumpitur. Atque his me ad secundum argumentum etiam respondisse puto: quandoquidem id in eo etiam fundatur, quod materia, quatenus substantia, divisibilis sit, & ex partibus conflatur. Et quamvis hoc non esset, nescio, cur divina natura indigna esset: quandoquidem (per Prop. 14) extra Deum nulla substantia dari potest, a qua ipsa pateretur. Omnia, inquam, in Deo sunt, & omnia, quae fiunt, per solas leges infinitae Dei naturae fiunt, & ex necessitate ejus essentiae (ut mox ostendam) sequuntur; quare nulla ratione dici potest, Deum ab alio pati, aut substantiam extensam divina natura indignam esse; tametsi divisibilis supponatur, dummodo aeterna, & infinita concedatur. Sed de his impraesentiarum satis.

Propositio XVI

Ex necessitate divinae naturae, infinita infinitis modis (hoc est, omnia, quae sub intellectum infinitum cadere possunt) sequi debent.

Demonstratio. Haec Propositio unicuique manifesta esse debet, si modo ad hoc attendat, quod ex data cujuscunque rei definitione plures proprietates intellectus concludit, quae revera ex eadem (hoc est, ipsa rei essentia) necessario sequuntur, & eo plures, quo plus realitatis rei definitio exprimit, hoc est, quo plus realitatis rei definitae essentia involvit. Cum autem natura divina infinita absolute attributa habeat (per Defin. 6), quorum etiam unumquodque infinitam essentiam in suo genere exprimit, ex ejusdem ergo necessitate infinita infinitis modis (hoc est, omnia, quae sub intellectum infinitum cadere possunt) necessario sequi debent. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. Deum omnium rerum, quae sub intellectum infinitum cadere possunt, esse causam efficientem.

Corollarium II. Sequitur II°. Deum causam esse per se, non vero per accidens.

Corollarium III. Sequitur III°. Deum esse absolute causam primam.

Propositio XVII

Deus ex solis suae naturae legibus, & a nemine coactus agit.

Demonstratio. Ex sola divinae naturae necessitate, vel (quod idem est) ex solis ejusdem naturae legibus, infinita absolute sequi, modo Prop. 16 ostendimus; & Prop. 15 demonstravimus, nihil sine Deo esse, nec concipi posse, sed omnia in Deo esse; quare nihil extra ipsum esse potest, a quo ad agendum determinetur, vel cogatur, atque adeo Deus ex solis suae naturae legibus, & a nemine coactus agit. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. nullam dari causam, quae Deum extrinsece, vel intrinsece, praeter

ÖNERME 16

Tanrısal doğanın zorunluluğundan sonsuz yolda sonsuz sayıda şey (e.d., sonsuz anlak altına düşebilen herşey) doğmalıdır.

Tanıt. Bu önerme herhangi birşeyin verili tanımından anlağın gerçekte ondan (e.d. şeyin özünün kendisinden) zorunlu olarak doğan bir dizi özelliği çıkarsadığını, ve bir şeyin tanımını ne denli olgusalılık anlatırsa, eş deyişle, tanımlanan şeyin özü ne denli olgusalılık içerirse, anlağın da o denli özellik çıkarsayacağını düşünen herkese açık gelmelidir. Ama tanrısal doğanın her biri kendi türünde sonsuz özü anlatan saltık olarak sonsuz yüklemi olduğu için (Tan. 6), tanrısal doğanın zorunluluğundan sonsuz sayıda şey sonsuz yolda (eş deyişle, sonsuz anlağın altına düşen herşey) zorunlu olarak doğmalıdır.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan şu çıkar ki, Tanrı sonsuz anlağın altına düşebilen herşeyin etker nedenidir.

Sonurgu 2. İkinci olarak şu çıkar ki, Tanrı kendisi yoluyla bir nedendir, ilineke yoluyla [*per accidens*] değil.

Sonurgu 3. Üçüncü olarak şu çıkar ki, Tanrı saltık olarak ilk nedendir.

ÖNERME 17

Tanrı yalnızca kendi doğasının yasalarına göre davranır, ve hiçbirşey tarafından zorlanmaz.

Tanıt. Az önce gösterdik ki (Ön. 16), yalnızca tanrısal doğanın zorunluluğundan, ya da, (yine aynı şey,) yalnızca tanrısal doğanın yasalarından sonsuz sayıda şey saltık olarak doğar; ve Ön. 15'te tanıtladık ki hiçbirşey Tanrı olmaksızın olamaz ve kavranamaz, ama herşey Tanrıdadır; öyleyse Tanrının dışında onu eylemlerinde belirleyebilecek ya da zorlayabilecek hiçbirşey olamaz; ve öyleyse Tanrı yalnızca kendi doğasının yasalarına göre davranır, ve başka hiçbirşey tarafından zorlanmaz.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, Tanrıyı dışardan ya da içerden eyleme yöneltebil-

mek için kendi doğasının eksiksizliğinden başka hiçbir neden yoktur.

Sonurğu 2. İkinci olarak, yalnızca Tanrı özgür bir nedendir. Çünkü yalnızca Tanrı salt kendi doğasının zorunluluğundan varolur (Ön. 11 ve Sonurğu 1, Ön. 14), ve salt kendi doğasının zorunluluğundan davranır (önceki Ön.). Öyleyse (Tan. 7), yalnızca o özgür bir nedendir. —Q.E.D.

Not. Başkaları Tanrının özgür bir neden olduğunu, çünkü onun doğasından doğduklarını, e.d. onun gücü içinde olduklarını söylediğimiz şeylerin olmamasını ya da onun tarafından üretilmemesini sağlayabileceğini sanırlar. Ama bu tam olarak Tanrının bir üçgenin üç açısının iki dik açıya eşit olmasının bir üçgenin doğasından gelmemesini, ya da verili bir nedenden bir etkinin doğmamasını sağlayabileceğini söylemektir, ki saçmadır. Bundan başka, daha sonra bu önermenin yardımı olmaksızın, ne anlağın ne de istencin Tanrının doğasına ait olmadığını göstereceğim. Çok iyi biliyorum ki birçokları en büyük anlağın ve özgür istencin Tanrının doğasına ait olduğunu tanımlayabileceklerini söylerler; çünkü Tanrıya yükleyebilmek için bizim durumumuzda en yüksek eksiksizlik olandan daha eksiksiz bir şey bilmediklerini söylerler. Dahası, Tanrıyı edimsel olarak en yüksek anlağa iye olarak düşünmelerine karşın, gene de onun edimsel olarak anlağında olan herşeyin varolmasını sağlayabileceğine inanmazlar; çünkü bununla onun gücünü yokedeceklerini sanırlar. Derler ki, eğer anlağında olan herşeyi yaratmış olsaydı, daha çoğunu yaratamazdı, ve inanırlar ki bu Tanrının herşeye gücü-yeterliliğine ters düşer; böylece Tanrının herşeye ilgisiz olduğunu, ve belli bir saltık istenç yoluyla yaratmak için karar verdikleri dışında hiçbirşey yaratmadığını söylemeyi yeğlerler. Ama sanırım yeterince açık olarak gösterdim ki (Ön. 16), Tanrının en yüksek gücünden, ya da sonsuz doğasından sonsuz yolda sonsuz sayıda şey, e.d. tüm şeyler zorunlu olarak doğmuştur, ya da her zaman bir üçgenin iç açılarının iki dik açıya eşit olmasının bengilikten bengiliğe onun doğasından doğması ile aynı zorunlulukla doğarlar.

ipsius naturae perfectionem, incitet ad agendum.

Corollarium II. Sequitur II°. solum Deum esse causam liberam. Deus enim solus ex sola suae naturae necessitate existit (per Prop. 11 & Coroll. 1 Prop. 14), & ex sola suae naturae necessitate agit (per Prop. praeced.). Adeoque (per Defin. 7) solus est causa libera. Q.E.D.

Scholium. Alii putant, Deum esse causam liberam, propterea quod potest, ut putant, efficere, ut ea, quae ex ejus natura sequi diximus, hoc est, quae in ejus potestate sunt, non fiant, sive ut ab ipso non producantur. Sed hoc idem est, ac si dicerent, quod Deus potest efficere, ut ex natura trianguli non sequatur, ejus tres angulos aequales esse duobus rectis; sive ut ex data causa non sequatur effectus, quod est absurdum. Porro infra absque ope hujus Propositionis ostendam, ad Dei naturam neque intellectum, neque voluntatem pertinere. Scio equidem plures esse, qui putant, se posse demonstrare, ad Dei naturam summum intellectum, & liberam voluntatem pertinere; nihil enim perfectius cognoscere sese ajunt, quod Deo tribuere possunt, quam id, quod in nobis summa est perfectio. Porro, tametsi Deum actu summe intelligentem concipiant, non tamen credunt, eum posse omnia, quae actu intelligit, efficere, ut existant; nam se eo modo Dei potentiam destruere putant. Si omnia, inquit, quae in ejus intellectu sunt, creavisset, nihil tum amplius creare potuisset, quod credunt Dei omnipotentiae repugnare; ideoque maluerunt Deum ad omnia indifferentem statuere, nec aliud creantem praeter id; quod absoluta quadam voluntate decrevit creare. Verum ego me satis clare ostendisse puto (vide Prop. 16), a summa Dei potentia, sive infinita natura infinita infinitis modis, hoc est, omnia necessario effluxisse, vel semper eodem necessitate sequi, eodem modo, ac ex natura trianguli ab aeterno, & in aeternum sequi-

tur, ejus tres angulos aequari duobus rectis. Quare Dei omnipotentia actu ab aeterno fuit, & in aeternum in eadem actualitate manebit. Et hoc modo Dei omnipotentia longe, meo quidem iudicio, perfectior statuatur. Imo adversarii Dei omnipotentiam (liceat aperte loqui) negare videntur. Coguntur enim fateri, Deum infinita creabilia intelligere, quae tamen nunquam creare poterit. Nam alias, si scilicet omnia, quae intelligit, crearet, suam, juxta ipsos, exhauriret omnipotentiam, & se imperfectum redderet. Ut igitur Deum perfectum statuatur, eo rediguntur, ut simul statuere debeant, ipsum non posse omnia efficere, ad quae ejus potentia se extendit, quo absurdius, aut Dei omnipotentiae magis repugnans, non video, quid fingi possit. Porro, ut de intellectu, & voluntate, quos Deo communiter tribuimus, hic etiam aliquid dicam; si ad aeternam Dei essentiam, intellectus scilicet, & voluntas pertinent, aliud sane per utrumque hoc attributum intelligendum est, quam quod vulgo solent homines. Nam intellectus, & voluntas, qui Dei essentiam constituerent, a nostro intellectu, & voluntate, toto coelo differre deberent, nec in ulla re, praeterquam in nomine, convenire possent; non aliter scilicet, quam inter se conveniunt canis, signum coeleste, & canis, animal latrans. Quod sic demonstrabo. Si intellectus ad divinam naturam pertinet, non poterit, uti noster intellectus, posterior (ut plerisque placet), vel simul natura esse cum rebus intellectis, quandoquidem Deus omnibus rebus prior est causalitate (per Coroll. 1 Prop. 16); sed contra veritas, & formalis rerum essentia ideo talis est, quia talis in Dei intellectu existit objective. Quare Dei intellectus, quatenus Dei essentiam constituere concipitur, est revera causa rerum, tam earum essentiae, quam earum existentiae; quod ab iis videtur etiam fuisse animadversum, qui Dei intellectum, voluntatem, & potentiam unum &

Öyleyse Tanrının herşeye-gücü-yeterliği bengilikten bu yana edimsel olmuştur, ve bengilik boyunca aynı edimsellikte kalacaktır. Bu yolda onun herşeye-gücü-yeterliği, en azından benim görüşümde, çok daha eksiksiz bir yolda gösterilmiş olur. Karşıtlarım aslında (eğer açık konuşma izin verilirse) Tanrının herşeye-gücü-yeterliğini yadsıyor gibi görünürler. Çünkü onun yaratılabilecek ama gene de hiçbir zaman yaratmadığı sonsuz sayıda şeyi düşündüğünü kabul etmek zorunda kalırlar. Çünkü eğer düşündüğü herşeyi yaratmış olsaydı, onlara göre, herşeye-gücü-yeterliğini tüketir ve kendini eksik kılardı. Böylece, ortaya eksiksiz bir Tanrı koyabilmek için, gücünün eriştiği herşeyi yapma açısından yeteneksiz olduğunu ileri sürmeye zorlanırlar; ve bundan daha saçma, ya da Tanrının herşeye-gücü-yeterliğine bundan daha ters düşen başka birşeyin tasarlanabileceğini düşünemiyorum. Dahası, burada genellikle Tanrıya yüklediğimiz anlak ve istenç konusunda da birşeyler söylemek gerekirse, eğer anlak ve istenç onun bengi özüne ait iseler, bu yüklemeler hiç kuşkusuz insanların genellikle onları kullandıkları anlamda anlaşılamazlar. Çünkü onun özünü oluşturabilecek anlak ve istenç bizim anlak ve istencimizden bütünüyle ayrı olmalıdır, ve bizimkileri addan başka hiçbirşeyde andıramaz; ya da aralarında göksel Köpek takımyıldızı ile havlayan bir hayvan olarak köpek arasında olandan daha öte bir benzerlik olamaz. Bunu şöyle tanıtlayacağım. Eğer anlak tanrısal doğaya aitse, bu, bizim anlayışımız gibi, düşündüğü şeylerden (birçoklarının sandığı gibi) sonra olamaz, ne de doğasında onlarla eşzamanlı olması olanaklıdır, çünkü Tanrı nedensellikte tüm şeylere önseldir (Ön. 16, Sonurğu 1); ama tersine şeylerin gerçeklikleri ve biçimsel özleri Tanrının anlayışında nesnel olarak öyle varoldukları için öyledir. Buna göre Tanrının anlayışı, onun özünü oluşturuyor olarak düşünüldüğü sürece, gerçekte şeylerin özlerinin olduğu gibi varoluşlarının da nedenidir; bir olgu ki Tanrının anlak, istenç ve gücünün bir ve aynı şey olduğunu ileri sürenler tarafından saptanmış

görünür. Öyleyse, Tanrının anlağı şeylerin özle-
rinin olduğu gibi varoluşlarının da biricik nede-
ni olduğu için (daha önce gördüğümüz gibi),
zorunlu olarak özü açısından olduğu gibi va-
roluşu açısından da onlardan ayrı olmalıdır.
Çünkü etki nedeninden tam olarak nedenin-
den aldığı şeyde ayrılır. Örneğin, bir insan bir
başkasının özünün değil ama varoluşunun ne-
denidir; çünkü öz bengi bir gerçekliktir: Öyley-
se iki insan özde birbirlerini tam olarak andıra-
bilseler de, varoluş açısından ayrı olmalıdırlar;
ve buna göre, birinin varoluşu sona ererse, bu
yüzden ötekinin varoluşu sona ermeyecektir;
ama birinin özü yokedilebilseydi ve kendini
yanlış olarak gösterebilseydi, ötekinin özü de
yok olurdu. Bu yüzden bir etkinin özünün oldu-
ğu gibi varoluşunun da nedeni olan bir şey özü
açısından olduğu gibi varoluşu açısından da o
etkiden ayrı olmalıdır. Ama Tanrının anlağı
bizim anlağımızın özünün olduğu gibi varolu-
şunun da nedenidir; öyleyse Tanrının anlağı
tanrısal özü oluşturuyor olarak düşünüldüğü
sürece bizim anlağımızdan özü açısından oldu-
ğu gibi varoluşu açısından da ayrı olacaktır, ve
ne de bizim anlağımızla addan başka birşeyde
anlaşabilir, ki tanıtlamaya çalıştığımız nokta
buydu. Aynı tanıtlama, kolayca görülebileceği
gibi, istenç için de verilebilir.

ÖNERME 18

Tanrı tüm şeylerin geçici değil ama içkin nedenidir.

Tanıt. Olan herşey Tanrıdadır, ve Tanrı yoluy-
la kavranmalıdır (Ön. 15), ve öyleyse (Ön. 16,
Sonurgu 1) Tanrı onda olan şeylerin nedenidir,
ki tanıtlanması gereken ilk noktaydı. Dahası,
Tanrının dışında hiçbir töz (Ön. 14), eş deyişle
(Tan. 3), Tanrının dışında kendinde olan hiç-
bir şey olamaz, ki ikinci noktaydı. Tanrı öyleyse
tüm şeylerin geçici değil ama içkin nedenidir.—
Q.E.D.

ÖNERME 19

Tanrı, ya da Tanrının tüm yüklemeleri bengidir.

idem esse asseruerunt. Cum itaque
Dei intellectus sit unica rerum cau-
sa, videlicet (ut ostendimus) tam
earum essentiae, quam earum
existentiae, debet ipse necessario
ab iisdem differre, tam ratione essen-
tiae, quam ratione existentiae.
Nam causatum differt a sua cau-
sa praecise in eo, quod a causa
habet. Ex. gr. homo est causa exis-
tentiae, non vero essentiae alteri-
us hominis; est enim haec aeterna
veritas: & ideo secundum essenti-
am prorsus convenire possunt; in
existendo autem differre debent;
& propterea, si unius existentia
pereat, non ideo alterius peribit;
sed, si unius essentia destrui pos-
set, & fieri falsa, destrueretur eti-
am alterius essentia. Quapropter
res, quae & essentiae, & existentia-
e, alicujus effectus est causa, a tali
effectu differre debet, tam ratio-
ne essentiae, quam ratione exis-
tentiae. Atqui Dei intellectus est &
essentiae, & existentiae nostri
intellectus causa: ergo Dei intel-
lectus, quatenus divinam essenti-
am constituere concipitur, a nost-
ro intellectu, tam ratione
essentiae, quam ratione existentia-
e differt, nec in ulla re, praeter-
quam in nomine, cum eo conve-
nire potest, ut volebamus. Circa
voluntatem eodem modo procedi-
tur, ut facile unusquisque videre
potest.

Propositio XVIII

Deus est omnium rerum causa immans, non vero transiens.

Demonstratio. Omnia, quae sunt,
in Deo sunt, & per Deum concipi
debent (per Prop. 15), adeoque
(per Coroll. 1 Prop. 16 hujus)
Deus rerum, quae in ipso sunt, est
causa, quod est primum. Deinde
extra Deum nulla potest dari substan-
tia (per Prop. 14), hoc est (per
Defin. 3), res, quae extra Deum in
se sit, quod erat secundum. Deus
ergo est omnium rerum causa immans,
non vero transiens. Q.E.D.

Propositio XIX

Deus, sive omnia Dei attributa sunt aeterna.

Demonstratio. Deus enim (per Defin. 6) est substantia, quae (per Prop. 11) necessario existit, hoc est (per Prop. 7), ad cuius naturam pertinet existere, sive (quod idem est) ex cuius definitione sequitur ipsum existere, adeoque (per Defin. 8) est aeternus. Deinde per Dei attributa intelligendum est id, quod (per Defin. 4) Divinae substantiae essentiam exprimit, hoc est, id, quod ad substantiam pertinet: id ipsum, inquam, ipsa attributa involvere debent. Atqui ad naturam substantiae (ut jam ex Prop. 7 demonstravi) pertinet aeternitas. Ergo unumquodque attributorum aeternitatem involvere debet, adeoque omnia sunt aeterna. Q.E.D.

Scholium. Haec Propositio quam clarissime etiam patet ex modo, quo (Prop. 11) Dei existentiam demonstravi; ex ea, inquam, demonstratione constat, Dei existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem. Deinde (Prop. 19 *Principiorum Cartesii*) alio etiam modo Dei aeternitatem demonstravi, nec opus est eum hic repetere.

Propositio XX

Dei existentia, ejusque essentia unum & idem sunt.

Demonstratio. Deus (per Prop. anteced.) ejusque omnia attributa sunt aeterna, hoc est (per Defin. 8), unumquodque ejus attributorum existentiam exprimit. Eadem ergo Dei attributa, quae (per Defin. 4) Dei aeternam essentiam explicant, ejus simul aeternam existentiam explicant, hoc est, illud ipsum, quod essentiam Dei constituit, constituit simul ipsius existentiam, adeoque haec, & ipsius essentia unum & idem sunt. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur I°. Dei existentiam, sicut ejus essentiam, aeternam esse veritatem.

Corollarium II. Sequitur II°. Deum, sive omnia Dei attributa esse immutabilia. Nam, si ratione existentiae mutarentur, deberent etiam (per Prop. praeced.) ratione essentiae mutari, hoc est (ut per se notum) ex veris falsa fieri, quod est absurdum.

Tanıt. Çünkü Tanrı (Tan. 6) zorunlu olarak varolan tözdür (Ön. 11), başka bir deyişle, (Ön. 7), özüne varolmanın ait olduğu bir töz, ya da (yine aynı şey) varolduğu tanımından çıkan bir tözdür, ve öyleyse (Tan. 8) bengidir. Yine, Tanrının yüklemeleri ile tanrısal tözün özünü anlatan şey (Tan. 4), e.d. töze ait olan şey anlaşılabilecektir; bu ise, diyorum, yüklemelerin içermeleri gereken şeyin kendisidir. Ama bengilik tözün doğasına aittir (Ön. 7'den tanıtladığım gibi). Öyleyse yüklemelerin her biri bengilik içermelidir, ve dolayısıyla tümü de bengidir.—Q.E.D.

Not. Bu önerme ayrıca Tanrının varoluşunu tanıtlama yolumdan da (Ön. 11) olanaklı olduğu ölçüde açıktır; o tanıtlamadan, diyorum, Tanrının varoluşunun da özü gibi bengi bir gerçeklik olduğu çıkar. Yine, Tanrının bengiliğini (*Descartes'in İlkeleri* nin 19. Önermesi) bir başka yolda tanıtlamıştım ve bunu burada yinelemek gereksizdir.

ÖNERME 20

Tanrının varoluş ve özü bir ve aynıdır.

Tanıt. Tanrı (önceki Ön.), ve tüm yüklemeleri bengidir, e.d. (Tan. 8), yüklemelerinin her biri varoluş anlatır. Öyleyse Tanrının bengi özünü (Tan. 4) sergileyen aynı yüklemeleri aynı zamanda onun bengi varoluşunu sergiler; e.d. Tanrının özünü oluşturan şeyin kendisi aynı zamanda onun varoluşunu oluşturur, ve öyleyse varoluşu ve özü bir ve aynıdır.—Q.E.D.

Sonurğu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, Tanrının varoluşu, tıpkı onun özü gibi, bengi bir gerçekliktir.

Sonurğu 2. İkinci olarak, Tanrı ya da Tanrının tüm yüklemeleri değişmezdir. Çünkü eğer bunlar varoluşları açısından değişecek olsalardı, özlery açısından da değişmeleri gerekirdi (önceki Ön.), başka bir deyişle (kendiliğinden açık olduğu gibi), gerçek olmaktan çıkarak yanlış olurlardı, ki saçmadır.

ÖNERME 21

Tanrının herhangi bir yüklemine saltık doğasından doğan herşey her zaman ve sonsuz olarak varolmalıdır, ya da tam bu yüklem yoluyla bengi ve sonsuzdur.

Tanıt. Eğer olanaklıysa (önermenin yadsınması durumunda) kabul edelim ki, Tanrının belli bir yüklemine onun saltık doğasından sınırlı bir varoluş ve süre ile sonlu olan birşey doğsun, örneğin düşüncedeki Tanrı ideası [*ideam Dei in cogitatione*]. Ama düşünce, Tanrının bir yüklemi olarak kabul edildiği için, zorunlu olarak (Ön. 11) kendi doğasında sonsuzdur. Buna karşı, Tanrı ideasını taşıdığı sürece, sonlu olarak kabul edilir. Oysa (Tan. 2) düşüncenin kendisi tarafından sınırlanmadıkça sonlu olarak kavranamaz. Ama bu, Tanrı ideasını oluşturduğu düzeye dek, düşüncenin kendisi yoluyla olamaz, çünkü düşünce o düzeye dek sonlu olarak kabul edilir: Öyleyse düşünce Tanrı ideasını oluşturmadığı sürece düşünce tarafından sınırlanmalıdır; ama bu idea (Ön. 11) zorunlu olarak varolmalıdır: Buna göre Tanrı ideasını oluşturmayan bir düşünce vardır, ve dolayısıyla doğasından, saltık düşünce olduğu sürece, Tanrı ideası zorunlu olarak doğmaz. (Çünkü Tanrı ideasını oluşturuyor ve oluşturmuyor olarak kavranır.) Ama bu önsava aykırıdır. Böylece, eğer düşüncedeki bir Tanrı ideası, ya da Tanrının herhangi bir yüklemine herhangi birşey (çünkü tanıtlama evrensel olmakla her durumda geçerli olacaktır) o yüklemine saltık doğasının zorunluğundan doğuyorsa, o şey zorunlu olarak sonsuz olmalıdır, ki tanıtlanacak ilk noktayı.

Dahası, herhangi bir yüklemine doğasının zorunluğundan doğan şeyin belirli bir varoluşu, e.d. süresi olamaz. Eğer bu yadsınacak olursa, varsayalım ki Tanrının herhangi bir yüklemine yüklemine doğasının zorunluğundan doğan bir şey olsun—örneğin düşüncedeki Tanrı ideası—, ve varsayalım ki bu herhangi bir zamanda varolmamış ya da varolmayacak olsun. Ama düşüncenin Tanrının bir yüklemi olması gerektiği için, bu hem zorunlu olarak hem de değişmez olarak

Propositio XXI

Omnia, quae ex absoluta natura alicujus attributi Dei sequuntur, semper, & infinita existere debuerunt, sive per idem attributum aeterna, & infinita sunt.

Demonstratio. Concipe, si fieri potest (siquidem neges), aliquid in aliquo Dei attributo ex ipsius absoluta natura sequi, quod finitum sit, & determinatum habeat existentiam, sive durationem, ex. gr. ideam Dei in cogitatione. At cogitatio, quandoquidem Dei attributum supponitur, est necessario (per Prop. 11) sua natura infinita. Verum, quatenus ipsa ideam Dei habet, finita supponitur. At (per Defin. 2) finita concipi non potest, nisi per ipsam cogitationem determinetur. Sed non per ipsam cogitationem, quatenus ideam Dei constituit, eatenus enim finita supponitur esse: Ergo per cogitationem, quatenus ideam Dei non constituit, quae tamen (per Prop. 11) necessario existere debet: Datur igitur cogitatio non constituens ideam Dei, ac propterea ex ejus natura, quatenus est absoluta cogitatio, non sequitur necessario idea Dei. (Concipitur enim ideam Dei constituens, & non constituens.) Quod est contra hypothesein. Quare si idea Dei in cogitatione, aut aliquid (perinde est, quicquid sumatur, quandoquidem demonstratio universalis est) in aliquo Dei attributo ex necessitate absolutae naturae ipsius attributi sequatur, id debet necessario esse infinitum; quod erat primum.

Deinde id, quod ex necessitate naturae alicujus attributi ita sequitur, non potest determinatum habere existentiam sive durationem. Nam, si neges, supponatur res, quae ex necessitate naturae alicujus attributi sequitur, dari in aliquo Dei attributo, ex. gr. idea Dei in cogitatione, eaque supponatur aliquando non exstisise, vel non exstitura. Cum autem cogitatio Dei attributum supponatur, debet & necessario, & immutabilis existere (per Prop. 11 &

Coroll. 2 Prop. 20). Quare ultra limites durationis ideae Dei (supponitur enim aliquando non exstisſe, aut non exſtitura) cogitatio ſine idea Dei exiſtere debet; atqui hoc eſt contra hypotheſin; ſupponitur enim, ex data cogitatione neceſſario ſequi ideam Dei. Ergo idea Dei in cogitatione, aut aliquid, quod neceſſario ex absoluta natura alicujus attributi Dei ſequitur, non poteſt determinatam habere durationem; ſed per idem attributum aeternum eſt, quod erat ſecundum. Nota, hoc idem eſſe affirmandum de quacunq; re, quae in aliquo Dei attributo ex Dei absoluta natura neceſſario ſequitur.

Propoſitio XXII

Quicquid ex aliquo Dei attributo, quatenus modificatum eſt tali modificatione, quae eſt neceſſario, eſt infinita per idem exiſtit, ſequitur, debet quoque eſt neceſſario, eſt infinitum exiſtere.

Demonſtratio. Hujus Propoſitionis demonſtratio procedit eodem modo, ac demonſtratio praecedentis.

Propoſitio XXIII

Omnis modus, qui eſt neceſſario, eſt infinitus exiſtit, neceſſario ſequi debet, vel ex absoluta natura alicujus attributi Dei, vel ex aliquo attributo modificato modificatione, quae eſt neceſſario, eſt infinita exiſtit.

Demonſtratio. Modus enim in alio eſt, per quod concipi debet (per Defin. 5), hoc eſt (per Prop. 15) in ſolo Deo eſt, & per ſolum Deum concipi poteſt. Si ergo modus concipitur neceſſario exiſtere, & infinitus eſſe, utrumque hoc debet neceſſario concludi, ſive percipi per aliquod Dei attributum, quatenus idem concipitur infinitatem, & neceſſitatem exiſtentiae, ſive (quod per Defin. 8 idem eſt) aeternitatem expri- mere, hoc eſt (per Defin. 6 & Prop. 19), quatenus absolute

varolmalıdır (Ön. 11, ve Ön 20'ye Sonurgu 2). Öyleyſe, Tanrı ideasının ſüresinin sınırlarının öte- ſinde (çünkü onun herhangi bir zamanda varol- muſ olmadığı ya da varolmayacağı varsayılmıſtır), düşünce Tanrı ideası olmaksızın varolmalıdır; ama bu varsayıma aykırıdır, çünkü düşünce verildiğinde Tanrı ideasının zorunlu olarak doğacağı kabul edilmiſtir. Öyleyſe, ne düşüncedeki bir Tanrı ideası, ne de Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğaſından zorunlu olarak doğan birſey sınırlı bir süre taşıyamaz, ama tam bu yüklem dola- yısıyla bengidir; ki tanıtlanması gereken ikinci noktaydı. Dikkat etmek gerek ki burada ileri sür- düğümüz ſey Tanrının herhangi bir yüklemінде Tanrının saltık doğaſından zorunlu olarak doğan herſey için doğrudur.

ÖNERME 22

Tanrının herhangi bir yükleminden doğan herſey, bu yüklem yoluyla zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir deęiſki tarafından deęiſtirildiği ſürece, aynı yol- da zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolmalıdır.

Tanıt. Bu önermenin tanıtlanması önceki tanıt- lama ile aynı yolda ilerler.

ÖNERME 23

Zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan her kip zorun- lu olarak ya Tanrının belli bir yüklemının saltık doğa- ſından ya da zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir deęiſki tarafından deęiſtirilmiſ belli bir yükleminden doğmalıdır.

Tanıt. Çünkü kip baſka birſeyde olan ve onun yoluyla kavranması gerekendir (Tan. 5), e.d. (Ön. 15), yalnızca Tanrıdadır ve yalnızca Tanrı yoluyla kavranabilir. Öyleyſe eğer bir kipin zorunlu ola- rak varolduğu ve sonsuz olduđu kavranırsa, zorun- lu varoluſu ve sonsuzluđu Tanrının herhangi bir yüklemi yoluyla çıkarsanmalı ya da algılanmalıdır; ama ancak bu yüklemın varoluſun sonsuzluk ve zorunluğunu, ya da (Tan. 8), bengiliđi anlataca- ğı kavrandığı ſürece, e.d. (Tan. 6 ve Ön. 19), saltık olarak görüldüğü ſürece. Öyleyſe zorunlu ola- rak ve sonsuz olarak varolan bir kip Tanrının

herhangi bir yüklemnin saltık doğasından doğmalıdır, ya dolaysız olarak (Ön. 21), ya da onun saltık doğasından gelen belli bir değişki, e.d. (önceki Ön.), zorunlu olarak ve sonsuz olarak varolan bir değişki yoluyla dolaylı olarak.— Q.E.D.

ÖNERME 24

Tanrı tarafından üretilen şeylerin özü varoluş içermez.

Tanıt. Bu birinci Tanımdan açıktır. Çünkü doğası (kendinde düşünüldüğünde) varoluş içeren şey kendinin nedenidir ve yalnızca kendi doğasının zorunluluğundan varolur.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, Tanrı yalnızca şeylerin varolmaya başlamalarının değil, ama varolmayı sürdürmelerinin de nedenidir, ya da (Skolastik bir anlatım kullanırsak), Tanrı şeylerin varlık nedenidir. Çünkü şeyler varolunlar ya da varolmasınlar, özlerini düşünür düşünmez bu özün varoluş gibi süre de içermediğini buluruz; dolayısıyla varoluşlarının ya da sürelerinin nedeni kendi özleri değil ama ancak Tanrı olabilir, ki varoluş yalnızca onun doğasına aittir (Ön. 14, Sonurgu 1).

ÖNERME 25

Tanrı yalnızca şeylerin varoluşlarının değil ama özlerinin de etker nedenidir.

Tanıt. Bunu yadsıyalım, ve Tanrı şeylerin özlerinin nedeni olmasın; buna göre (Bel. 4) şeylerin özü Tanrı olmaksızın kavranabilir; ama bu (Ön. 15) saçmadır. Öyleyse Tanrı şeylerin özünün nedenidir.— Q.E.D.

Not. Bu önerme Ön. 16'dan daha açık olarak çıkar. Çünkü bu önermeye göre, verili tanrısal doğadan şeylerin özleri gibi varoluşları da zorunlu olarak çıkarsanmalıdır; ya da, kısaca, Tanrının kendinin nedeni olduğunun söylenildiği aynı anlamda ona tüm şeylerin nedeni de denmelidir, ki aşağıdaki sonurgudan daha da açık olarak görülecektir.

Sonurgu. Bireysel şeyler Tanrının yüklemli-

consideratur. Modus ergo, qui & necessario, & infinitus existit, ex absoluta natura alicujus Dei attributi sequi debuit; hocque vel immediate (de quo Prop. 21), vel mediante aliqua modificatione, quae ex ejus absoluta natura sequitur, hoc est (per Prop. praeced.), quae & necessario, & infinita existit. Q.E.D.

Propositio XXIV

Rerum a Deo productarum essentia non involvit existentiam.

Demonstratio. Patet ex Definitione I. Id enim, cujus natura (in se scilicet considerata) involvit existentiam, causa est sui, & ex solae suae naturae necessitate existit.

Corollarium. Hinc sequitur, Deum non tantum esse causam, ut res incipiant existere; sed etiam, ut in existendo perseverent, sive (ut termino Scholastico utar) Deum esse causam essendi rerum. Nam, sive res existant, sive non existant, quotiescunque ad earum essentiam attendimus, eandem nec existentiam, nec durationem involvere comperimus; adeoque earum essentia neque suae existentiae, neque suae durationis potest esse causa, sed tantum Deus, ad cujus solam naturam pertinere existere (per Coroll. 1 Prop. 14).

Propositio XXV

Deus non tantum est causa efficiens rerum existentiae, sed etiam essentiae.

Demonstratio. Si negas, ergo rerum essentiae Deus non est causa; adeoque (per Axiom. 4) potest rerum essentia sine Deo concipi: atqui hoc (per Prop. 15) est absurdum. Ergo rerum etiam essentiae Deus est causa. Q.E.D.

Scholium. Haec Propositio clarius sequitur ex Propositione 16. Ex ea enim sequitur, quod ex data natura divina, tam rerum essentia, quam existentia debeat necessario concludi; & ut verbo dicam, eo sensu, quo Deus dicitur causa sui, etiam omnium rerum causa dicens est, quod adhuc clarius ex sequenti Corollario constabit.

Corollarium. Res particulares nihil sunt, nisi Dei attributorum

affectiones, sive modi, quibus Dei attributa certo, & determinato modo exprimuntur. Demonstratio patet ex Propositione 15, & Definitione 5.

Propositio XXVI

Res, quae ad aliquid operandum determinata est, a Deo necessario sic fuit determinata; & quae a Deo non est determinata, non potest se ipsam ad operandum determinare.

Demonstratio. d, per quod res determinatae ad aliquid operandum dicuntur, necessario quid positivum est (ut per se notum). Adeoque, tam ejus essentiae, quam existentiae, Deus ex necessitate suae naturae est causa efficiens (per Prop. 25 & 16); quod erat primum. Ex quo etiam, quod secundo proponitur, clarissimè sequitur. Nam si res, quae a Deo determinata non est, se ipsam determinare posset, prima pars hujus falsa esset, quod est absurdum, ut ostendimus.

Propositio XXVII

Res, quae a Deo ad aliquid operandum determinata est, se ipsam indeterminatam reddere non potest.

Demonstratio. Haec Propositio patet ex Axiomate tertio.

Propositio XXVIII

Quodcunque singulare, sive quaevis res, quae finita est, & determinatam habet existentiam, non potest existere, nec ad operandum determinari, nisi ad existendum, & operandum determinetur ab alia causa, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam: & rursus haec causa non potest etiam existere, neque ad operandum determinari, nisi ab alia, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam, determinetur ad existendum, & operandum, & sic in infinitum.

Demonstratio. Quicquid determinatum est ad existendum, & operandum, a Deo sic determinatum est (per Prop. 26 & Coroll. Prop. 24). At id, quod finitum est, & determinatam habet existentiam, ab absoluta natura alicujus Dei attributi produci non potuit; quicquid enim ex absoluta natura alicujus

nin o yüklemeleri pekin ve belirli bir yolda anlatan değişkilerinden ya da kiplerinden başka bir şey değildir. Bu Ön. 15 ve Tan. 5'ten açıktır.

ÖNERME 26

Herhangi bir eyleme belirlenen bir şey buna zorunlu olarak Tanrı tarafından belirlenir, ve Tanrı tarafından belirlenmeyen şey kendini eyleme belirleyemez.

Tanıt. Şeylerin eyleme belirlendiklerinin söylenmesine yol açan şey zorunlu olarak olumlu birşeydir (kendiliğinden açık olduğu gibi). Öyleyse Tanrı, doğasının zorunluluğundan ötürü, bunun özünün olduğu gibi varoluşunun da etker nedenidir (Ön. 25 ve 16), ki tanıtlanacak ilk noktaydı. Bundan önermenin ikinci bölümünde tanıtlanacak olan da açık olarak çıkar. Çünkü Tanrı tarafından belirlenmemiş bir şey kendini belirleyebilecek olsaydı, önermenin ilk bölümü yanlış olurdu, ve bunu olanaklı saymak, gösterdiğimiz gibi, saçmadır.

ÖNERME 27

Tanrı tarafından herhangi bir eyleme belirlenmiş bir şey kendini belirlenmemiş kılamaz.

Tanıt. Bu önerme üçüncü belitten açıktır.

ÖNERME 28

Her tekil şey, ya da sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan her şey, kendisi de sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir başka neden tarafından varolmaya ve eyleme belirlenmedikçe varolamaz ve eyleme belirlenemez; ve yine, bu neden kendisi de sonlu olan ve varolmaya ve eyleme belirlenen bir başka neden tarafından olmadıkça varolamaz ve eyleme belirlenemez: ve bu sonsuza dek böyle gider.

Tanıt. Varolmaya ve eyleme belirlenen her şey buna Tanrı tarafından belirlenir (Ön. 26, ve Ön. 24'e Sonurgu). Ama sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan birşey Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğasından üretilemez, çünkü Tanrının herhangi bir yüklemının saltık doğasından doğan herşey sonsuz ve bengi-

dir (Ön. 21). Öyleyse Tanrıdan, ya da, belli bir kip tarafından değişkiye uğratılmış olarak düşünüldüğü sürece Tanrının belli bir yükleminden doğmuş olmalıdır; çünkü tözün ve kiplerin dışında hiçbirşey yoktur (Bel. 1, Tan. 3 ve 5), ve kipler (Ön. 25, Sonurgu) Tanrının yüklemelerinin değışkilerinden başka birşey değildirler. Ama Tanrıdan, ya da, bengi ve sonsuz olan bir değışki tarafından değıştirildiğı sürece onun yüklemelerinin herhangi birinden de doğmuş olamaz (Ön. 22). O zaman bundan şu çıkar ki Tanrı tarafından, ya da Tanrının sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir değışki tarafından değıştirilen belli bir yüklemi tarafından varolmaya ve eyleme belirlenmiş olmalıdır. Tanıtlanacak ilk nokta buydu. Yine, bu neden ya da bu kip (daha önce bu önermenin ilk yarısını tanıtılarken kullandığımız aynı uslamlama yoluyla) kendisi de sonlu olan ve belirli bir varoluşu olan bir başka neden tarafından belirlenmiş olmalıdır; ve yine bu son neden de (aynı uslamlama yoluyla) kendi payına bir başka neden tarafından belirlenmiş olmalıdır; ve bu sonsuza dek böyle gider.—Q.E.D.

Not. Belli şeylerin, e.d. Tanrının saltık doğasından zorunlu olarak doğan şeylerin onun tarafından dolaysızca üretilmiş olmaları gerektiğine göre, ve bu birinciler gene de Tanrı olmaksızın ne olabilen ne de kavranabilen başkaları için dolaylı kılıcı neden olduklarına göre, bundan ilk olarak şu çıkar ki Tanrı onun tarafından dolaysızca üretilen şeylerin saltık olarak en yakın nedenidir, kimilerinin dediğı gibi, kendi türünde değil. Çünkü Tanrının etkileri nedenleri olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilirler (Ön. 15, ve Ön. 24'e Sonurgu). Buna göre, ikinci olarak, Tanrıya sözcüğün gerçek anlamında tekil şeylerin uzak nedeni denemez, eğer böylelikle onları dolaysızca ürettiğı, ya da daha doğrusu, onun saltık doğasından doğan şeylerden ayırdetmeyeceksek. Çünkü bir uzak neden ile hiçbir yolda etkisi ile bağılı olmayanı anlarız. Ama olan herşey Tanrıdadır, ve ona öylesine bağımlıdır ki, on-suz ne olabilir ne de kavranabilir.

Dei attributi sequitur, id infinitum, & aeternum est (per Prop. 21). Debit ergo ex Deo, vel aliquo ejus attributo sequi, quatenus aliquo modo affectum consideratur; praeter enim substantiam, & modos nil datur (per Axiom. 1 & Defin. 3 & 5), & modi (per Coroll. Prop. 25) nihil sunt, nisi Dei attributorum affectiones. At ex Deo, vel aliquo ejus attributo, quatenus affectum est modificatione, quae aeterna, & infinita est, sequi etiam non potuit (per Prop. 22). Debit ergo sequi, vel ad existendum, & operandum determinari a Deo, vel aliquo ejus attributo, quatenus modificatum est modificatione, quae finita est, & determinatam habet existentiam. Quod erat primum. Deinde haec rursus causa, sive hic modus (per eandem rationem, qua primam partem hujus jam demonstravimus) debuit etiam determinari ab alia, quae etiam finita est, & determinatam habet existentiam, & rursus haec ultima (per eandem rationem) ab alia, & sic semper (per eandem rationem) in infinitum. Q.E.D.

Scholium. Cum quaedam a Deo immediate produci debuerint, videlicet ea, quae ex absoluta ejus natura necessario sequuntur, et alia mediantibus his primis, quae tamen sine Deo nec esse, nec concipi possunt; hinc sequitur I^o. quod Deus sit rerum immediate ab ipso productarum, causa absolute proxima; non vero in suo genere, ut ajunt. Nam Dei effectus, sine sua causa, nec esse, nec concipi possunt (per Prop. 15 & Coroll. Prop. 24). Sequitur II^o. quod Deus non potest proprie dici causa esse remota rerum singularium, nisi forte ea de causa, ut scilicet has ab iis, quas immediate produxit, vel potius, quae ex absoluta ejus natura sequuntur, distinguamus. Nam per causam remotam talem, intelligimus, quae cum effectu nullo modo conjuncta est. At omnia, quae sunt, in Deo sunt, & a Deo ita dependent, ut sine ipso nec esse, nec concipi possint.

Propositio XXIX

In rerum natura nullum datur contingens, sed omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt ad certo modo existendum, & operandum.

Demonstratio. Quicquid est, in Deo est (per Prop. 15): Deus autem non potest dici res contingens. Nam (per Prop. 11) necessario, non vero contingenter existit. Modi deinde divinae naturae ex eadem etiam necessario, non vero contingenter secuti sunt (per Prop. 16), idque, vel quatenus divina natura absolute (per Prop. 21), vel quatenus certo modo ad agendum determinata consideratur (per Prop. 27). Porro horum modorum Deus non tantum est causa, quatenus simpliciter existunt (per Coroll. Prop. 24), sed etiam (per Prop. 26), quatenus ad aliquid operandum determinati considerantur. Quod si a Deo (per eandem Prop.) determinati non sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos determinant; & contra (per Prop. 27) si a Deo determinati sint, impossibile, non vero contingens est, ut se ipsos indeterminatos reddant. Quare omnia ex necessitate divinae naturae determinata sunt, non tantum ad existendum, sed etiam ad certo modo existendum, & operandum, nullumque datur contingens. Q.E.D.

Scholium. Antequam ulterius pergam, hic, quid nobis per Naturam naturantem, & quid per Naturam naturatam intelligendum sit, explicare volo, vel potius monere. Nam ex antecedentibus jam constare existimo, nempe, quod per Naturam naturantem nobis intelligendum est id, quod in se est, & per se concipitur, sive talia substantiae attributa, quae aeternam, & infinitam essentiam expriment, hoc est (per Coroll. 1 Prop. 14 & Coroll. 2 Prop. 17), Deus, quatenus, ut causa libera, consideratur. Per naturatam autem intelligo id omne, quod ex necessitate Dei naturae, sive uniuscuiusque Dei attributorum sequitur, hoc

ÖNERME 29

Şeylerin Doğasında olumsal hiçbirşey yoktur, ama tüm şeyler tanrısal doğanın zorunluluğundan belli bir yolda varolmaya ve eyleme belirlenir.

Tanıt. Olan herşey Tanrıdadır (Ön. 15); ama Tanrının olumsal bir şey olduğu söylenemez. Çünkü (Ön. 11) olumsal değil ama zorunlu olarak vardır. Dahası, tanrısal doğanın kipleri bu doğadan olumsal değil ama zorunlu olarak doğarlar (Ön. 16), ve tanrısal doğa ister saltık olarak (Ön. 21) isterse belli bir yolda eyleme belirlenmiş olarak (Ön. 27) düşünölsün, bu böyledir. Ama Tanrı bu kiplerin nedenidir, yalnızca yalın olarak varoldukları sürece değil (Ön. 24'e Sonurgu), ama ayrıca (Ön. 26) herhangi bir eyleme belirlenmiş olarak düşünöldükleri sürece de. Ve eğer (önceki Ön.) Tanrı tarafından belirlenmiş değillerse, kendi kendilerini belirlemeleri olumsal değil ama olanaksızdır; ve, tersine (Ön. 27) eğer Tanrı tarafından belirlenmişlerse, kendilerini belirsiz kılmaları olumsal değil ama olanaksızdır. Buna göre tüm şeyler yalnızca varolmaya değil, ama ayrıca belli bir yolda varolmaya ve eylemde bulunmaya da tanrısal doğanın zorunluluğundan belirlenirler; ve olumsal hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

Not. Daha ileri gitmeden önce, burada *natura naturans* ve *natura naturata* ile ne demek istediğimizi açıklamak ya da daha doğrusu anımsatmak istiyorum.* Çünkü, sanırım daha önce söylenenlerden açıktır ki, *natura naturans* ile kendinde olanı ve kendisi yoluyla kavrananana, ya da tözün öyle yüklemelerini anlayacağız ki bunlar bengi ve sonsuz özü, e.d. (Ön. 14'e Sonurgu 1 ve Ön. 17'ye Sonurgu 2), özgür bir neden olarak göröldüğü sürece Tanrıyı anlatırlar. Ama *natura naturata* ile Tanrının doğasının ya da yüklemelerinden herhangi birinin zorunluluğundan doğan herşeyi, e.d. Tanrıda olan ve

*[*Natura naturans* ve *Natura naturata* Hollanda'da Spinoza'nın kendi zamanında da kullanılan Skolastik terimlerdir. Birincisi, *etkin/yaratıcı doğa*, özgür bir neden olarak, herşeyin enson ilkesi olarak, gerçek dolaysız olarak görölen Tanrıdır; ikincisi, *edilgin/yaratılan doğa*, Tanrıda olan ve Tanrı olmaksızın olamayan ve kavranamayan kipler bütönlüğüdür.]

Tanrı olmaksızın ne olabilen ne de kavranabilen şeyler olarak görüldükleri sürece Tanrının yüklemelerinin tüm kiplerini anlıyorum.

ÖNERME 30

Edimdeki anlak, ister sonlu ister sonsuz olsun, Tanrının yüklemelerini ve Tanrının değişkilerini kapsamalıdır, başka birşeyi değil.

insan bedeninin ideasına ilişkin olarak söylediğimiz herşey zorunlu olarak başka herhangi birşeyin ideası için de söylenmelidir. Buna karşın ideaların da nesnelerin kendileri gibi birbirlerinden ayrı olduklarını, ve birinin bir başkasından daha üstün olduğunu ve daha çok olgusalılık kapsadığını yadsıyamayız, tıpkı bir ideanın nesnesinin bir başkasınınkinden daha üstün olması ve daha çok olgusalılık kapsamı gibi; öyleyse insan anlığı ve başka şeyler arasındaki ayrımı ve onun bu ikinciler üzerindeki üstünlüğünü belirleyebilmek için, ilkin, dediğimiz gibi, nesnesinin doğasını, başka bir deyişle, insan bedeninin doğasını bilmemiz gerekir. Ama bu doğanın ne olduğunu burada açıklayamam, ve tanıtlamak istediğim şey için böyle bir açıklama zorunlu da değildir. Ama genel olarak şu kadarını belirteceğim ki, bir beden aynı zamanda birçok şeyi yerine getirmeye ya da birçok şeyden etkilenmeye ne denli yatkınsa, anlığı da aynı zamanda birçok şeyi algılamaya o denli yatkın olacaktır; ve bir beden eylemleri ne ölçüde yalnızca kendi üzerine bağımlı ise, ve onunla eylemde işbirliği yapan başka bedenler ne denli azsa, anlığı da seçik olarak anlamaya o denli yatkın olacaktır. Böylece bir anlığın bir başkasına üstünlüğünü anlayabiliriz; ayrıca bedenimizin niçin yalnızca çok karışık bir bilgisini taşıdığımızı aşağıda çıkarsayacağım birçok başka şeyle birlikte anlayabiliriz. Bu nedenle bu sorunların daha doğru olarak açıklamaya ve tanıtlamaya değer olduklarını düşündüm ve bu amaçla cisimlerin doğaları üzerine önceden birkaç şey söylemem zorunlu olacaktır.

BELİT 1

Tüm cisimler ya devim ya da dinginliktedir.

BELİT 2

Her cisim kimi zaman yavaş, kimi zaman hızlı devinir.

YARDIMCI ÖNERME 1

Cisimler birbirlerinden devim ve dinginlik, hız ve yavaşlık açısından ayırdedilirler, töz açısından değil.

rei datur necessario in Deo idea, cuius Deus est causa, eodem modo, ac humani Corporis idea: atque adeo, quicquid de idea humani Corporis diximus, id de cuiuscunque rei idea necessario dicendum est. Attamen nec etiam negare possumus, ideas inter se, ut ipsa objecta, differre, unamque alia praestantior esse, plusque realitatis continere, prout objectum unius objecto alterius praestantius est, plusque realitatis continet; ac propterea ad determinandum, quid Mens humana reliquis intersit, quidque reliquis praestet, necesse nobis est, ejus objecti, ut diximus, hoc est, Corporis humani naturam cognoscere. Eam autem hic explicare nec possum, nec id ad ea, quae demonstrare volo, necesse est. Hoc tamen in genere dico, quo Corpus aliquod reliquis aptius est ad plura simul agendum, vel patiendum, eo ejus Mens reliquis aptior est ad plura simul percipiendum; & quo unius corporis actiones magis ab ipso solo pendent, & quo minus alia corpora cum eodem in agendo concurrunt, eo ejus mens aptior est ad distincte intelligendum. Atque ex his praestantiam unius mentis prae aliis cognoscere possumus: deinde causam etiam videre, cur nostri Corporis non, nisi admodum confusam, habeamus cognitionem, & alia plura, quae in sequentibus ex his deducam. Quae de causa operae pretium esse duxi, haec ipsa accuratius explicare, & demonstrare, ad quod necesse est, pauca de natura corporum praemittere.

Axioma I

Omnia corpora vel moventur, vel quiescunt.

Axioma II

Unumquodque corpus jam tardius, jam celerius movetur.

Lemma I

Corpora ratione motus, & quietis, celeritatis, & tarditatis, & non ratione substantiae ab invicem distinguuntur.

Demonstratio. Primam partem hujus per se notam suppono. At, quod ratione substantiae non distinguantur corpora, patet, tam ex Prop. 5 quam 8 p. 1. Sed clarius ex iis, quae in Schol. Prop. 15 p. 1 dicta sunt.

Lemma II

Omnia corpora in quibusdam conveniunt.

Demonstratio. In his enim omnia corpora conveniunt, quod unius, ejusdemque attributi conceptum involvunt (per Defin. 1 hujus). Deinde, quod jam tardius, jam celerius, & absolute jam moveri, jam quiescere possunt.

Lemma III

Corpus motum, vel quiescens ad motum, vel quietem determinari debuit ab alio corpore, quod etiam ad motum, vel quietem determinatum fuit ab alio, & illud iterum ab alio, & sic in infinitum.

Demonstratio. Corpora (per Defin. 1 hujus) res singulares sunt, quae (per Lem. 1) ratione motus, & quietis ab invicem distinguuntur; adeoque (per Prop. 28 p. 1) unumquodque ad motum, vel quietem necessario determinari debuit ab alia re singulari, nempe (per Prop. 6 hujus) ab alio corpore, quod (per Axiom. 1) etiam vel movetur, vel quiescit. At hoc etiam (per eandem rationem) moveri, vel quiescere non potuit, nisi ab alio ad motum, vel quietem determinatum fuisset, & hoc iterum (per eandem rationem) ab alio, & sic in infinitum. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur corpus motum tamdiu moveri, donec ab alio corpore ad quiescendum determinetur; & corpus quiescens tamdiu etiam

Tanıt. Bu önermenin ilk bölümünü kendiliğinden açık sayıyorum. Ama cisimlerin töz açısından ayırdedilmedikleri hem Bölüm 1, Ön. 5'ten hem de Bölüm 1, Ön. 8'den, ve özellikle Bölüm 1, Ön. 15'e Nottan açıktır.

YARDIMCI ÖNERME 2

Tüm cisimler belli bakımlardan anlaşılır.

Tanıt. Çünkü tüm cisimler bir ve aynı yüklem kavramını içermelerinde anlaşılır (Bölüm 2, Tan. 1). Dahası, kimi zaman daha hızlı, kimi zaman daha yavaş devinmede, ve saltuk olarak kimi zaman devinebilmede ve kimi zaman dingin kalabilmede.

YARDIMCI ÖNERME 3

Devinen ya da dingin bir cisim devime ya da dinginliğe bir başka cisim tarafından belirlenmiş olmalıdır, ama bu da devime ya da dinginliğe bir başkası tarafından, ve bu da yine bir başkası tarafından belirlenmiş olmalıdır, ve bu sonsuza dek böyle gider.*

Tanıt. Cisimler (Bölüm 2, Tan. 1) bireysel şeylerdir ki (Yard. Ön. 1) birbirlerinden devim ve dinginlik açısından ayırdedilirler; dolayısıyla (Bölüm 1, Ön. 28) her biri devim ya da dinginliğe bir başka tekil şey tarafından belirlenmiş olmalıdır; başka bir deyişle (Bölüm 1, Ön. 6), bir başka cisim tarafından ki, (Bel. 1) bu da ya devim ya da dinginliktedir. Ama bu cisim (aynı nedenle) bir başka cisim tarafından devime ya da dinginliğe belirlenmiş olmadıkça devimde ya da dinginlikte olamazdı, ve bu ikincisi de (aynı nedenle) bir üçüncüsü tarafından belirlenmiş olmadıkça, ve bu sonsuza dek böyle gider.—Q.E.D.

Sonurğu. Bundan şu çıkar ki devinen bir cisim bir başka cisim tarafından dinginliğe belirleninceye dek devimde kalmayı sürdürecektir; ve dingin bir cisim bir başka cisim tarafından devime

*[Newton'un I. Devim Yasası (Beliti) ile karşılaştırılabilir: "Her cisim üzerine uygulanan kuvvetler yoluyla dinginlik ya da doğru bir çizgide biçimdes devim durumunu değiştirmeye zorlanmadıkça o durumu sürdürür." Daha tam bildirim hemen aşağıdaki sonurguda bulunur.]

belirleninceye dek dingin kalmayı sürdürecektir. Bu kendiliğinden açıktır. Çünkü eğer örneğin bir *A* cisminin dingin olduğunu varsayarsam ve devimdeki başka cisimlere dikkat etmezsem, *A* cismi konusunda dingin olduğundan başka hiçbir şey söyleyemem. Eğer daha sonra *A* cismi devinecek olursa, devimi hiç kuşkusuz önceki dinginliğinden sonuçlanmış olamaz; çünkü dinginliğinden *A* cisminin dingin kalmasından başka hiçbir sonuç doğamaz. Eğer, tersine, *A*'nın devimde olduğu varsayılacak olursa, yalnızca *A*'yı göz önünde tuttuğumuz sürece, ona ilişkin olarak devinmekte olduğundan başka hiçbir şey ileri süremeyiz. Eğer *A* daha sonra dinginliğe gelecek olursa, bu hiç kuşkusuz önceki deviminin sonucu olamaz; çünkü bundan *A*'nın devinmesinden başka hiçbir sonuç doğamaz; öyleyse dinginliğe belirlenmesi *A*'da olmayan bir şeyden, eş deyişle dışsal bir nedenden olmuş olmalıdır.

BELİT 1

Bir cismin bir başkasından tüm etkileniş kipleri etkilenen cismin doğasından ve aynı zamanda etkileyen cismin doğasından doğarlar; öyle ki bir ve aynı cisim devinen cisimlerin doğalarının türlü-lüğüne göre değişik kiplerde devindirilebilir, ve, evrik olarak, değişik cisimler bir ve aynı cisim tarafından değişik yollarda devindirilebilir.

BELİT 2

Devinen bir cisim devindiremediği dingin bir başkasına çarptığında devimini sürdürebilmek için geriye yansır, ve yansıma deviminin çizgisi ve üzerine çarptığı dingin cismin düzlemi arasındaki açı geliş deviminin çizgisi ve aynı düzlem arasındaki açıya eşit olacaktır.



Bu noktaya dek birbirlerinden yalnızca devim ve dinginlik, hız ve yavaşlık ile ayırdedilen en yalın cisimlerden söz ettik; şimdi bileşik cisimlere geçelim.

quiescere, donec ab alio ad motum determinetur. Quod etiam per se notum est. Nam, cum suppono, corpus ex. gr. *A* quiescere, nec ad alia corpora mota attendo, nihil de corpore *A* dicere potero, nisi quod quiescat. Quod si postea contingat, ut corpus *A* moveatur, id sane evenire non potuit ex eo, quod quiescebat; ex eo enim nil aliud sequi poterat, quam ut corpus *A* quiesceret. Si contra supponatur *A* moveri, quotiescunque ad *A* tantum attendimus, nihil de eodem affirmare poterimus, nisi quod moveatur. Quod si postea contingat, ut *A* quiescat, id sane evenire etiam non potuit ex motu, quem habebat; ex motu enim nihil aliud sequi poterat, quam ut *A* moveretur: contingit itaque a re, quae non erat in *A*, nempe a causa externa, a qua ad quiescendum determinatum fuit.

Axioma I

Omnes modi, quibus corpus aliquod ab alio afficitur corpore, ex natura corporis affecti, & simul ex natura corporis afficientis sequuntur; ita ut unum, idemque corpus diversimode moveatur pro diversitate naturae corporum moventium, & contra ut diversa corpora ab uno, eodemque corpore diversimode moveantur.

Axioma II

Cum corpus motum alteri quiescenti, quod dimovere nequit, impingit, reflectitur, ut moveri pergat, & angulus lineae motus reflectionis cum plano corporis quiescentis, cui impingit, aequalis erit angulo, quem linea motus incidentiae cum eodem plano efficit.

Atque haec de corporibus simplicissimis, quae scilicet solo motu, & quiete, celeritate, & tarditate ab invicem distinguuntur: jam ad composita ascendamus.

Definitio

Cum corpora aliquot ejusdem, aut diversae magnitudinis a reliquis ita coercentur, ut invicem incumbant, vel si eodem, aut diversis celeritatis gradibus moventur, ut motus suos invicem certa quadam ratione communicent, illa corpora invicem unita dicemus, & omnia simul unum corpus, sive Individuum componere, quod a reliquis per hanc corporum unionem distinguitur.

Axioma III

Quo partes Individui, vel corporis compositi secundum majores, vel minores superficies sibi invicem incumbunt, eo difficilius, vel facilius cogi possunt, ut situm suum mutant, & consequenter eo difficilius, vel facilius effici potest, ut ipsum Individuum aliam figuram induat. Atque hinc corpora, quorum partes secundum magnas superficies invicem incumbunt, *dura*, quorum autem partes secundum parvas, *mollia*, & quorum denique partes inter se moventur, *fluida* vocabo.

Lemma IV

Si corporis, sive Individui, quod ex pluribus corporibus componitur, quaedam corpora se regunt, & simul totidem alia ejusdem naturae eorum loco succedant, retinebit Individuum suam naturam, uti antea, absque ulla ejus formae mutatione.

Demonstratio. Corpora enim (per Lem. 1) ratione substantiae non distinguuntur; id autem, quod formam Individui constituit, in corporum unionem (per Defin. praeced.) consistit; atqui haec (per Hypothesin), tametsi corporum continua fiat mutatio, retinetur: retinebit ergo Individuum, tam ratione substantiae, quam modi, suam naturam, uti ante. Q.E.D.

Lemma V

Si partes, Individuum componentes, majores, minoresve evadant, ea tamen proportionem, ut omnes eandem, ut antea, ad invicem motus,

TANIM

Aynı ya da ayrı büyüklüklerdeki bir dizi cisim başkaları tarafından üstüste yatacakları bir yolda bastırılırsa, ya da devimlerini belli bir oranda birbirlerine iletecekleri bir yolda aynı ya da ayrı hız dereceleri ile devinirlerse, bunlara karşılıklı olarak birleşmiş cisimler denir, ve birlikte alındıklarında tek bir cisim ya da birey oluşturlar ki geri kalanlardan cisimlerin bu birliği yoluyla ayırılmaz.

BELİT 3

Bir birey oluşturan parçaları durumlarını değiştirmek üzere zorlamanın kolaylığı ya da güçlüğü, ve buna göre bireyin şeklini değiştirmesinin kolaylığı ya da güçlüğü bireyin ya da bileşik cismin parçalarının birbirleri üzerinde daha küçük ya da daha büyük yüzeyler ile yatıyor olmalarına bağlıdır. Bu yüzden parçaları birbiri üzerinde daha büyük yüzeyler ile yatan cisimlere *sert*, parçaları birbiri üzerinde daha küçük yüzeyler ile yatanlara *yumuşak*, ve parçaları birbirleri boyunca devinenlere ise *sırı* diyeceğim.

YARDIMCI ÖNERME 4

Eğer birçok cisimden oluşan bir cisimden ya da bireyden belli cisimler ayrılırsa, ve eğer aynı zamanda yerleri aynı doğada eşit sayıda başka cisim tarafından alınırsa, birey biçiminde bir değişim olmaksızın daha önceki doğasını korur.

Tanıt. Çünkü cisimler (Yard. Ön. 1) tözleri açısından ayırılmazlar; ama bir bireyin biçimini oluşturan şey cisimlerin birliğidir (önceki Tan.); ama bu biçim (önsav gereği) cisimlerin değişiminin sürekli olmasına karşın korunur: öyleyse birey hem töz açısından, hem de kip açısından doğasını daha önce olduğu gibi koruyacaktır.—Q.E.D.

YARDIMCI ÖNERME 5

Eğer bir bireyi oluşturan parçalar birbirlerine karşı aynı tür devim ve dinginliği sürdürecekleri bir yolda orantılı olarak büyür ya da küçülürse, birey önce-

ki doğasını herhangi bir biçim değişimi olmaksızın sürdürecektir.

Tanıt. Tanıt hemen önceki ile aynı türdedir.

YARDIMCI ÖNERME 6

Eğer bir bireyi oluşturan belli cisimler belli bir yönde olan önceki devimlerini bir başka yöne saptırma-ya zorlanırsa, ama gene de devimlerini önceki gibi sürdürebilir ve karşılıklı olarak iletebilirlerse, birey herhangi bir biçim değişimi olmaksızın doğasını koruyacaktır.

Tanıt. Bu kendiliğinden açıktır. Çünkü tanımında biçimini oluşturduğunu söylediğimiz herşeyi koruması gerekir.

YARDIMCI ÖNERME 7

Dahası, böyle bileşmiş bir birey ister bir bütün olarak devinsin isterse dinginlikte olsun, ister şu ister bu yönde devinsin, doğasını koruyacaktır, yeter ki her parça kendi devimini korusun ve onu daha önceki gibi ötekilere iletсин.

Tanıt. Tanıt Yardımcı Önerme 4'ü önceleyen tanımdan açıktır.

Not. Böylece bileşik bir bireyin nasıl birçok yolda değişik türlerde etkilenebildiğini ve gene de doğasını koruyabildiğini görürüz. Bu noktaya dek bir bireyi yalnızca birbirlerinden ancak devim ve dinginlik, hız ve yavaşlık yoluyla ayırddeden cisimlerden, başka bir deyişle, en yalın cisimlerden bileşmiş olarak göz önüne aldık. Eğer şimdi değişik doğalarda birçok bireyin bileşimi olan bir başka bireyi düşünürsek, başka birçok yolda etkilenebildiğini ve gene de doğasını sakladığını buluruz. Çünkü parçalarının her biri sayısız cisimden oluşmuş olsa da, herbiri (önceki Yard. Ön.) doğasının herhangi bir değişimi olmaksızın kimi zaman daha yavaş, kimi zaman daha hızlı devinebilir, ve buna göre devimini geri kalanlara daha hızlı ya da daha yavaş iletebilir. Eğer şimdi bu ikinci cins bireylerden oluşan bir üçüncü bireyler cinsini tasarlırsak, bunun biçimini

Et quietis rationem servant, retinebit itidem Individuum suam naturam, ut antea, absque ulla formae mutatione.

Demonstratio. Hujus eadem est, ac praecedentis Lemmatis.

Lemma VI

Si corpora quaedam, Individuum compositum, motum, quem versus unam partem habent, aliam versus flectere cogantur, at ita, ut motus suos continuare possint, atque invicem eadem, qua antea, ratione communicare, retinebit itidem Individuum suam naturam, absque ulla formae mutatione.

Demonstratio. Per se patet. Id enim omne retinere supponitur, quod in ejusdem definitione formam ipsius constituere diximus.

Lemma VII

Retinet praeterea Individuum, sic compositum, suam naturam, sive id secundum totum moveatur, sive quiescat, sive versus hanc, sive versus illam partem moveatur, dummodo unaquaeque pars motum suum retineat, eumque, uti antea, reliquis communicet.

Demonstratio. Patet ex ipsius definitione, quam vide ante Lem. 4.

Scholium. His itaque videmus, quae ratione Individuum compositum possit multis modis affici, ejus nihilominus natura servata. Atque hucusque Individuum concepimus, quod non, nisi ex corporibus, quae solo motu, & quiete, celeritate, & tarditate inter se distinguuntur, hoc est, quod ex corporibus simplicissimis componitur. Quod si jam aliud concipiamus, ex pluribus diversae naturae Individuis compositum, idem pluribus aliis modis posse affici, reperiemus, ipsius nihilominus natura servata. Nam quandoquidem ejus unaquaeque pars ex pluribus corporibus est composita, poterit ergo (per Lem. praeced.) unaquaeque pars, absque ulla ipsius naturae mutatione jam tardius, jam celerius moveri, & consequenter motus suos citius, vel tardius reliquis communicare. Quod si praeterea tertium Individuum genus, ex his secundis compositum, concipiamus, idem multis aliis modis affi-

ci posse, reperiemus, absque ulla ejus formae mutatione. Et si sic porro in infinitum pergamus, facile concipiemus, totam naturam unum esse Individuum, cujus partes, hoc est, omnia corpora infinitis modis variant, absque ulla totius Individui mutatione. Atque haec, si animus fuisset, de corpore ex professo agere, prolixius explicare, & demonstrare debuissim. Sed jam dixi me aliud velle, nec alia de causa haec adferre, quam quia ex ipsis ea, quae demonstrare constitui, facile possum deducere.

Postulata

I. Corpus humanum componitur ex plurimis (diversae naturae) individuis, quorum unumquodque valde compositum est.

II. Individuorum, ex quibus Corpus humanum componitur, quaedam fluida, quaedam mollia, & quaedam denique dura sunt.

III. Individua, Corpus humanum componentia, & consequenter ipsum humanum Corpus a corporibus externis plurimis modis afficitur.

IV. Corpus humanum indiget, ut conservetur, plurimis aliis corporibus, a quibus continuo quasi regeneratur.

V. Cum Corporis humani pars fluida a corpore externo determinatur, ut in aliam mollem saepe impingat, ejus planum mutatur, & veluti quaedam corporis externi impellentis vestigia eidem imprimit.

VI. Corpus humanum potest corpora externa plurimis modis movere, plurimisque modis disponere.

Propositio XIV

Mens humana apta est ad plurima percipiendum, & eo aptior, quo ejus Corpus pluribus modis disponi potest.

değiştirmeksizin başka birçok yolda etkilenebildiğini buluruz. Böylece, eğer sonsuza doğru ilerlersek, kolayca bütün doğayı bir birey olarak kavrayabiliriz ki, parçaları, eş deyişle tüm cisimler, bir bütün olarak bireyin hiçbir değişimi olmaksızın sonsuz yolda ayrımlaşmışlardır. Eğer amacım bir cismi ayrıntılı olarak irdelemek olsaydı, bunu daha tam olarak açıklamam ve tanıtlamam gerekirdi. Ama, daha önce belirttiğim gibi, amacım bu değildir ve onlardan söz etmemin nedeni yalnızca tanıtlamayı önerdiğim şeyleri onların kendilerinden kolayca çıkarsayabilmemdi.

KONUTLAMALAR

1. İnsan bedeni değişik doğaldaki birçok bireysel parçadan oluşur ki, bunlardan her biri yüksek bir düzeyde bileşiktir.

2. İnsan bedenini oluşturan bireysel parçalardan kimileri sıvı, kimileri yumuşak, ve kimileri serttir.

3. İnsan bedenini oluşturan bireyler, ve dolayısıyla insan bedeninin kendisi, dışsal şeylerden birçok yolda etkilendir.

4. İnsan bedeni sakınımı için başka birçok cisme gereksinir ki, bunlar yoluyla bir bakıma sürekli olarak yeniden-yaratılırlar.

5. İnsan bedeninin sıvı doğallı bir parçası dışsal bir cisim tarafından sık sık bir başka yumuşak parçaya çarpacağı bir yolda belirlendiği zaman, onun yüzeyini değiştirir ve üzerinde bir bakıma çarpan dışsal cismin belli izlerini bırakır.

6. İnsan bedeni dışsal cisimleri birçok yolda devindirebilir ve birçok yolda düzenleyebilir.

ÖNERME 14

İnsan anlığı birçok şeyi algılamaya yatkındır, ve bedeni ne denli çok yolda düzenlenebilirse yatkınlık o denli artar.

Tanıt. Çünkü insan bedeni (Kon. 3 ve 6) birçok yolda dışsal cisimler tarafından etkilenir ve dışsal cisimleri birçok yolda etkileyecek bir yolda düzenlenir. Ama insan anlığı (Bölüm 2, Ön. 12) insan bedeninde olan herşeyi algılamalıdır; öyleyse insan anlığı birçok şeyi algılamaya yatkındır, vs.—Q.E.D.

ÖNERME 15

İnsan anlığının biçimsel varlığını oluşturan idea yalın değil ama birçok ideanın bileşimidir.

Tanıt. İnsan anlığının biçimsel varlığını oluşturan idea bir cismin ideasıdır (Bölüm 2, Ön. 13), ve bu cisim (Kon. 1) yüksek bir düzeyde bileşik birçok bireyden oluşur. Ama cismi oluşturan her bir bireyin zorunlu olarak Tanrıda bir ideası vardır (Bölüm 2, Ön. 8'e Sonurgu); öyleyse (Bölüm 2, Ön. 7) insan bedeninin ideası bileşen parçaların bu çeşitli idealarından oluşmuştur.—Q.E.D.

ÖNERME 16

İnsan bedeninin dışsal cisimler tarafından her etkileniş kipinin ideası insan bedeninin doğasını ve aynı zamanda dışsal cismin doğasını içermelidir.

Tanıt. Herhangi bir cismin tüm etkileniş yolları etkilenen cismin doğasından ve aynı zamanda etkileyen cismin doğasından doğar (Yard. Ön. 3'e Sonurgu sonrası Bel. 1); öyleyse bunların ideası (Bölüm 1, Bel. 4) zorunlu olarak her iki cismin de doğasını içerir, ve dolayısıyla insan bedeninin dışsal bir cisim tarafından her etkileniş yolunun ideası insan bedeninin ve dışsal cismin doğasını içerir.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan ilk olarak şu çıkar ki, insan anlığı birçok cismin doğasını kendi bedeninin doğası ile birlikte algılar.

Sonurgu 2. İkinci olarak, dışsal cisimlere ilişkin idealarımız dışsal cisimlerin doğasından çok kendi bedenimizin yapısını belirtir; bunu Birinci Bölüme Ekte örneklerle açıklamıştım.

Demonstratio. Corpus enim humanum (per Post. 3 & 6) plurimis modis a corporibus externis afficitur, disponiturque ad corpora externa plurimis modis afficiendum. At omnia, quae in Corpore humano contingunt (per Prop. 12 hujus), Mens humana percipere debet; est ergo Mens humana apta ad plurima percipiendum, & eo aptior. Q.E.D.

Propositio XV

Idea, quae esse formale humanae Mentis constituit, non est simplex, sed ex plurimis ideis composita.

Demonstratio. Idea, quae esse formale humanae Mentis constituit, est idea corporis (per Prop. 13 hujus), quod (per Post. 1) ex plurimis valde compositis Individuis componitur. At cujuscunque Individui, corpus componentis, datur necessario (per Coroll. Prop. 8 hujus) in Deo idea; ergo (per Prop. 7 hujus) idea Corporis humani ex plurimis hisce partium componentium ideis est composita. Q.E.D.

Propositio XVI

Idea cujuscunque modi, quo Corpus humanum a corporibus externis afficitur, involvere debet naturam Corporis humani, & simul naturam corporis externi.

Demonstratio. Omnes enim modi, quibus corpus aliquod afficitur, ex natura corporis affecti, & simul ex natura corporis afficientis sequuntur (per Axiom. 1 post Coroll. Lem. 3): quare eorum idea (per Axiom. 4 p. 1) utriusque corporis naturam necessario involvit; adeoque idea cujuscunque modi, quo Corpus humanum a corpore externo afficitur, Corporis humani, & corporis externi naturam involvit. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur primo Mentem humanam plurimorum corporum naturam una cum sui corporis natura percipere.

Corollarium II. Sequitur secundo, quod ideae, quas corporum externorum habemus, magis nostri corporis constitutionem, quam corporum externorum naturam indicant; quod in Appendice partis primae multis exemplis explicui.

Propositio XVII

Si humanum Corpus affectum est modo, qui naturam Corporis alicujus externi involvit, Mens humana idem corpus externum, ut actu existens, vel ut sibi praesens, contemplabitur, donec Corpus afficiatur affectu, vel ejusdem corporis existentiam, vel praesentiam secludat.

Demonstratio. Patet. Nam quamdiu Corpus humanum sic affectum est, tamdiu Mens humana (per Prop. 12 hujus) hanc corporis affectionem contemplabitur, hoc est (per Prop. praeced.), ideam habebit modi, actu existentis, quae naturam corporis externi involvit, hoc est, ideam, quae existentiam, vel praesentiam naturae corporis externi non secludit, sed ponit, adeoque Mens (per Coroll. 1 praeced.) corpus externum, ut actu existens, vel ut praesens, contemplabitur, donec afficiatur, &c. Q.E.D.

Corollarium. Mens corpora externa, a quibus Corpus humanum semel affectum fuit, quamvis non existant, nec praesentia sint, contemplari tamen poterit, velut praesentia essent.

Demonstratio. Dum corpora externa Corporis humani partes fluidas ita determinant, ut in molliores saepe impingant, earum plana (per Post. 5) mutant, unde fit (vide Axiom. 2 post Coroll. Lem. 3), ut inde alio modo reflectantur, quam antea solebant, & ut etiam postea, iisdem novis planis spontaneo suo motu occurrendo, eodem modo reflectantur, ac cum a corporibus externis versus illa plana impulsae sunt, & consequenter, ut Corpus humanum, dum sic reflexae moveri pergunt, eodem modo afficiant, de quo Mens (per Prop. 12 hujus) iterum cogitabit, hoc est (per Prop. 17 hujus), Mens iterum corpus externum, ut praesens, contemplabitur; & hoc toties, quoties Corporis humani partes fluidae spontaneo suo motu iisdem planis occurrent. Quare, quamvis corpora externa, a quibus Corpus humanum affectum semel fuit, non existant, Mens

ÖNERME 17

Eğer insan bedeni herhangi bir dışsal cismin doğasını içeren bir yolda etkilenirse, insan anlığı o dışsal cismi edimsel olarak varolan ya da bulunan birşey olarak görecektir, ta ki beden dışsal cismin varoluşunu ya da bulunuşunu dışlayan bir değişki tarafından etkileninceye dek.

Tanıt. Bu açıktır. Çünkü insan bedeni böyle etkilendiği sürece insan anlığı (Bölüm 2, Ön. 12) bedeninin bu değişkisini gözleyecektir; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 16) edimsel olarak varolan bir kipin kendi içinde dışsal cismin doğasını içeren bir ideasını, başka bir deyişle, dışsal cismin doğasının varoluşunu ya da bulunuşunu dışlamayan ama onu doğrulayan bir ideayı taşıyacaktır; ve dolayısıyla anlık (Bölüm 2, Ön. 16'ya Sonurgu 1) dışsal cismi edimsel olarak varolan ya da bulunan birşey olarak görecektir, ta ki vs.—Q.E.D.

Sonurgu. Anlık insan bedenini bir kez etkileyen dışsal şeyleri bulunmamalarına ve varolmalarına karşın sanki bulunuyorlarmış gibi görebilir.

Tanıt. Dışsal cisimler insan bedeninin sıvı parçalarını sık sık yumuşak parçalar üzerine çarpacakları bir yolda belirlediği zaman, bunlar yumuşak parçaların yüzeyini değiştirir (Konut. 5); ve buna bağlı olarak (Yard. Ön. 3'e Sonurgu sonrası Bel. 2) sıvı parçalar yeni yüzeylerden daha önce olandan başka türlü yansıtılırlar; ve daha sonra, bu yeni yüzeylere kendiliğinden devimleri ile çarparken, o yüzeylere sanki dışsal cisimler tarafından itilmiş gibi yansıtılırlar; buna göre, bu yansıma devimini sürdürürken insan bedenini aynı yolda etkileyeceklerdir ki, anlık (Bölüm 2, Ön. 12) yine bunun üzerine düşünecek, eş deyişle, (Bölüm 2, Ön. 17) anlık yine dışsal cismi bulunuyor olarak görecektir, ve bu insan bedeninin sıvı parçalarının kendiliğinden devimleri ile aynı yüzeylere çarpmaları denli sık olacaktır. Öyleyse, insan bedenini bir kez etkileyen dışsal cisimler bundan böyle varolmasalar da, anlık onları bedeninin bu eyle-

minin yinelemesi denli sık bulunuyorlarmış gibi görecektir. Q.E.D.

Not. Böylece sık sık olmayan birşeyi sanki varmış gibi görmenin nasıl olanaklı olduğunu görürüz. Bu hiç kuşkusuz başka nedenlerle de böyle olabilir; ama burada sorunu sanki gerçek bir neden yoluyla göstermişim gibi açıklamamı sağlayan tek bir nedeni göstermiş olmak yeterli olacaktır. Gene de gerçeklikten çok uzaklaşmış olduğumu sanmıyorum, çünkü kullandığım konutlamalardan hiç biri deneyim tarafından doğrulanmayan birşey içermez ve insan bedeninin onu algıladığımız gibi varolduğunu tanıtladıktan sonra (Bölüm 2, Ön. 13'e Sonurgu) bundan kuşku duymayabiliriz. Dahası (Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurgu, ve Bölüm 2, Ön. 16'ya Sonurgu 2), örneğin Peter'in kendi anlığının özünü oluşturan Peter ideası ile Peter'in kendisinin bir başka insandaki, örneğin Paul'deki ideası arasındaki ayrımın ne olduğunu şimdi tam olarak anlarız. Çünkü birincisi Peter'in kendi bedeninin özünü doğrudan doğruya anlatır, ve Peter varolmadıkça varoluş içermez; öte yandan, ikincisi Peter'in doğasından çok Paul'ün bedeninin yapısını belirtir, ve dolayısıyla Paul'ün bedeninin o yapısı sürdükçe anlığı Peter'i varolmamasına karşın bulunuyor olarak görmeyi sürdürecektir. Ama alışıldık deyimleri kullanmayı sürdürebilmek için, insan bedeninin o değişikliklerine—ki bunların ideaları bize dışsal cisimleri sanki bulunuyorlarmış gibi sunar—şeylerin imgeleri diyeceğiz, üstelik bunlar şeylerin betilerini yeniden-üretmeseler de. Anlık cisimleri bu yolda gördüğü zaman onları imgelediğini söyleyeceğiz. Burada yanılmanın ne olduğunu göstermeye başlayabilmek için dikkatinizi çekmem gerek ki, anlığın bu imgeleri, kendilerinde görüldüklerinde, hiçbir yanılma kapsamazlar, ya da anlık salt imgelediği için yanılığa düşmez; ama bulunuyor olarak imgelediği şeylerin varoluşunu dışlayan bir ideadan yoksun görüldüğü sürece yanılma içindedir. Çünkü eğer anlık varolmayan şeyleri bulunuyor olarak imgelerken aynı zamanda o

tamen eadem toties, ut praesentia, contemplabitur, quoties haec corporis actio repetetur. Q.E.D.

Scholium. Videmus itaque, qui fieri potest, ut ea, quae non sunt, veluti praesentia contemplerur, ut saepe fit. Et fieri potest, ut hoc alius de causis contingat; sed mihi hic sufficit ostendisse unam, per quam rem sic possim explicare, ac si ipsam per veram causam ostendissem; nec tamen credo, me a vera longe aberrare, quandoquidem omnia illa, quae sumpsimus, postulata vix quicquam continent; quod non constet experientia, de qua nobis non licet dubitare, postquam ostendimus Corpus humanum, prout ipsum sentimus, existere (vide Coroll. post Prop. 13 hujus). Praeterea (ex Coroll. praeced. & Coroll. 2 Prop. 16 hujus) clare intelligimus, quatenam sit differentia inter ideam ex. gr. Petri, quae essentiam Mentis ipsius Petri constituit, & inter ideam ipsius Petri, quae in alio homine, puta in Paulo, est. Illa enim essentiam Corporis ipsius Petri directe explicat, nec existentiam involvit, nisi quamdiu Petrus existit; haec autem magis constitutionem corporis Pauli, quam Petri naturam indicat, & ideo, durante illa corporis Pauli constitutione, Mens Pauli, quam vis Petrus non existat, ipsum tamen, ut sibi praesentem contemplabitur. Porro, ut verba usitata retineamus, Corporis humani affectiones, quarum ideae Corpora externa, velut nobis praesentia repraesentant, rerum imagines vocabimus, tametsi rerum figuras non referunt. Et cum Mens hac ratione contemplatur corpora, eandem imaginari dicemus. Atque hic, ut, quid sit error, indicare incipiam, notetis velim, Mentis imaginationes in se spectatas, nihil erroris continere, sive Mentem ex eo, quod imaginatur, non errare; sed tantum, quatenus consideratur, carere idea, quae existentiam illarum rerum, quas sibi praesentes imaginatur, secludat. Nam si Mens, dum res non existentes, ut sibi praesentes,

imaginatur, simul sciret, res illas revera non existere, hanc sane imaginandi potentiam virtuti suae naturae, non vitio tribueret; praesertim si haec imaginandi facultas a sola sua natura penderet, hoc est (per Defin. 7 p. 1), si haec Mentis imaginandi facultas libera esset.

Propositio XVIII

Si Corpus humanum a duobus, vel pluribus corporibus simul affectum fuerit semel, ubi Mens postea eorum aliquod imaginabitur, statim & aliorum recordabitur.

Demonstratio. Mens (per Coroll. praeced.) corpus aliquod ea de causa imaginatur, quia scilicet humanum Corpus a corporis externi vestigiis eodem modo afficitur, disponiturque, ac affectum est, cum quaedam ejus partes ab ipso corpore externo fuerunt impulsae: sed (per Hypothesin) Corpus tum ita fuit dispositum, ut Mens duo simul corpora imaginaretur; ergo jam etiam duo simul imaginabitur, atque Mens ubi alterutrum imaginabitur, statim & alterius recordabitur. Q.E.D.

Scholium. Hinc clare intelligimus, quid sit Memoria. Est enim nihil aliud, quam quaedam concatenatio idearum, naturam rerum, quae extra Corpus humanum sunt, involventium, quae in Mente fit secundum ordinem, & concatenationem affectionum Corporis humani. Dico primo concatenationem esse illarum tantum idearum, quae naturam rerum, quae extra Corpus humanum sunt, involvunt; non autem idearum, quae earundem rerum naturam explicant. Sunt enim revera (per Prop. 16 hujus) ideae affectionum Corporis humani, quae tam hujus, quam corporum externorum naturam involvunt. Dico secundo hanc concatenationem fieri secundum ordinem, & concatenationem affectionum Corporis humani, ut ipsam distinguere a concatenatione idearum,

şeylerin gerçekten varolmadıklarını bilebilseydi, bu imgelem gücünü doğasının bir kusuruna değil ama bir üstünlüğüne yüklerdi; özellikle eğer bu imgelem yetisi yalnızca kendi doğası üzerine dayanıyor olsaydı, başka bir deyişle (Bölüm 1, Ön. 7), eğer anlığın bu yetisi özgür olmuş olsaydı.

ÖNERME 18

Eğer insan bedeni bir kez iki ya da daha çok cisim tarafından aynı zamanda etkilenmişse, anlık daha sonra bunlardan birini imgelerken ötekileri de anımsayacaktır.

Tanıt. Anlığın (Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurgu) bir cismi imgelemesinin nedeni insan bedeninin dışsal cismin izleri tarafından tıpkı bu bedenin belli parçalarının dışsal cismin kendisinden bir dürtü alındığında etkilenmeleri ile aynı yolda etkilenmesi ve düzenlenmesidir; ama (önsav gereği) beden o zaman öyle bir yolda düzenlenmiştir ki anlık iki cismi aynı zamanda imgelemiştir; öyleyse, şimdi ikisini aynı zamanda imgeleyecek, ve ne zaman birini imgelese hemen ötekini de anımsayacaktır.—Q.E.D.

Not. Bununla Belleğin [*memoria*] ne olduğunu açıkça anlarız. Bellek insan bedeninin dışında olan şeylerin doğasını içeren ideaların belli bir bağlaşımdan [*concatenatione*] başka birşey değildir—bir bağlaşım ki, anlıkta insan bedeninin değışkilerinin düzen ve bağlaşıma karşılık düşer. İlk olarak, diyorum ki, yalnızca insan bedeninin dışında olan şeylerin doğasını içeren ideaların bir bağlaşımdır, o şeylerin doğasını açıklayan ideaların değil. Çünkü bunlar gerçekte (Bölüm 2, Ön. 16) insan bedeninin değışkilerinin idealarıdır ki, hem insan bedeninin hem de dışsal cisimlerin doğasını içerirler. İkinci olarak diyorum ki, bu bağlaşım insan bedeninin değışkilerinin düzen ve bağlaşıma karşılık düşer, öyle ki onu ideaların anlığın düzenine karşılık düşen ve anlığa şeyleri ilk nedenleri yoluyla algılama yeteneği veren ve tüm insanlarda aynı olan bağlaşımdan ayırdedebilirim. Buradan

anlığın bir şeyin düşüncesinden ona hemen hiçbir benzerlik göstermeyen bir başkasının düşüncesine nasıl sıçradığını açıkça anlayabiliriz; örneğin bir Romalı *pomum* [meyva] sözcüğünü düşündüğünde hemen eklemli *pomum* sesi ile hiçbir benzerliği olmayan, ne de onunla o insanın bedeninin şey ve ses tarafından sık sık etkilenmesi, eş deyişle, meyva- yı görürken sık sık *pomum* sözcüğünü işitmiş olması olgusundan başka ortak hiçbirşeyi olmayan meyvanın kendisini düşünmeye geçer; bu yolda herkes alışkanlığının bedende şeylerin imgelerini düzenleyiş yoluna göre bir düşünceden bir başkasına geçer. Örneğin eğer asker kumda bir atın ayak izlerini görürse, hemen bir at düşüncesinden bir binicinin düşüncesine ve bundan savaş düşüncesine vb. geçer. Öte yandan bir köylü ise bir at düşüncesinden pulluğunun, tarlasının vb. düşüncelerine geçecek, ve böylece herkes anlığında şeylerin imgelerini birleştirme ve bağlaştırma alışkanlığına göre bir düşünceden şu ya da bu düşünceye dönecektir.

ÖNERME 19

İnsan anlığı bedeni etkileyen değişkilerin ideası yoluyla olmaksızın insan bedeninin kendisini bilmez, ne de onun varolduğunu bilir.

Tanıt. İnsan anlığı insan bedeninin kendisinin ideası ya da bilgisidir (Bölüm 2, Ön. 13), ki (Bölüm 2, Ön. 9) Tanrıda ancak onun tekil bir şeyin bir başka ideası tarafından etkileniyor olarak görülmesi ölçüsünde bulunur; ya da (Konut. 4) insan bedeni bir bakıma kendilerinden sürekli olarak yeniden-yaratıldığı birçok cisme gereksindiği için, ve ideaların düzen ve bağintıları nedenlerin düzen ve bağintıları ile aynı olduğu için (Bölüm 2, Ön. 7), bu idea Tanrıda olacaktır, ama ancak Tanrı birçok tekil şeyin ideası tarafından etkileniyor olarak görüldüğü sürece. Tanrı bu yüzden insan anlığının doğasını oluşturduğu sürece değil ama başka birçok idea tarafından

quae fit secundum ordinem intellectus, quo res per primas suas causas Mens percipit, & qui in omnibus hominibus idem est. Atque hinc porro clare intelligimus, cur Mens ex cogitatione unius rei statim in alterius rei cogitationem incidat, quae nullam cum priore habet similitudinem; ut, ex. gr. ex cogitatione vocis *pomi* homo Romanus statim in cogitationem fructus incidet, qui nullam cum articulo illo sono habet similitudinem, nec aliquid commune, nisi quod ejusdem hominis Corpus ab his duobus affectum saepe fuit, hoc est, quod ipse homo saepe vocem *pomum* audivit, dum ipsum fructum videret, & sic unusquisque ex una in aliam cogitationem incidet, prout rerum imagines uniuscujusque consuetudo in corpore ordinavit. Nam miles ex. gr. visis in arena equi vestigiis statim ex cogitatione equi in cogitationem equitis, & inde in cogitationem belli, &c. incidet. At Rusticus ex cogitatione equi in cogitationem aratri, agri, &c. incidet, & sic unusquisque, prout rerum imagines consuevit hoc, vel alio modo jungere, & concatenare, ex una in hanc, vel in aliam incidet cogitationem.

Propositio XIX

Mens humana ipsum humanum Corpus non cognoscit, nec ipsum existere scit, nisi per ideas affectionum, quibus Corpus afficitur.

Demonstratio. Mens enim humana est ipsa idea, sive cognitio Corporis humani (per Prop. 13 hujus), quae (per Prop. 9 hujus) in Deo quidem est, quatenus alia rei singularis idea affectus consideratur; vel quia (per Post. 4) Corpus humanum plurimis corporibus indiget, a quibus continuo quasi regeneratur; & ordo, & connexio idearum idem est (per Prop. 7 hujus), ac ordo, & connexio causarum; erit haec idea in Deo, quatenus plurimarum rerum singularium ideis affectus consideratur. Deus itaque ideam Corporis humani habet, sive Corpus humanum cognoscit, quatenus plurimis aliis ideis affectus est, & non quatenus naturam

humanae Mentis constituit; hoc est (per Coroll. Prop. 11 hujus), Mens humana Corpus humanum non cognoscit. At ideae affectionum Corporis in Deo sunt, quatenus humanae Mentis naturam constituit, sive Mens humana easdem affectiones percipit (per Prop. 12 hujus), & consequenter (per Prop. 16 hujus) ipsum Corpus humanum, idque (per Prop. 17 hujus), ut actu existens; percipit ergo eatenus tantum Mens humana ipsum humanum Corpus. Q.E.D.

Propositio XX

Mentis humanae datur etiam in Deo idea, sive cognitio, quae in Deo eodem modo sequitur, & ad Deum eodem modo refertur, ac idea sive cognitio Corporis humanae.

Demonstratio. Cogitatio attributum Dei est (per Prop. 1 hujus), adeoque (per Prop. 3 hujus) tam ejus, quam omnium ejus affectionum, & consequenter (per Prop. 11 hujus) Mentis etiam humanae debet necessario in Deo dari idea. Deinde haec Mentis idea, sive cognitio non sequitur in Deo dari, quatenus infinitus, sed quatenus alia rei singularis idea affectus est (per Prop. 9 hujus). Sed ordo, & connexio idearum idem est, ac ordo, & connexio causarum (per Prop. 7 hujus); sequitur ergo haec Mentis idea, sive cognitio in Deo, & ad Deum eodem modo refertur, ac idea, sive cognitio Corporis. Q.E.D.

Propositio XXI

Haec Mentis idea eodem modo unita est Mentis, ac ipsa Mens unita est Corpori.

Demonstratio. Mentem unitam esse Corpori ex eo ostendimus, quod scilicet Corpus Mentis sit objectum (vide Prop. 12 & 13 hujus): adeoque per eandem illam rationem idea Mentis cum suo objecto, hoc est, cum ipsa Mente eodem modo unita esse debet, ac ipsa Mens unita est Corpori. Q.E.D.

etkilendiği sürece insan bedeninin ideasını taşıy ya da insan bedenini bilir; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), insan anlığı insan bedenini bilmez. Ama bedenın deęişiklerinin ideaları insan anlığının doğasını oluştırdıđı sürece Tanrıdadırlar, ya da insan anlığı bu deęişikleri (Bölüm 2, Ön. 12), dolayısıyla insan bedeninin kendisini, ve hiç kuşkusuz (Bölüm 2, Ön. 16) edimsel olarak varolan birşey olarak algılar; öyleyse insan anlığı insan bedeninin kendisini ancak bu düzeye dek algılar.—Q.E.D.

ÖNERME 20

Tanrıda insan anlığının bir ideası ya da bilgisi vardır ki Tanrıda insan bedeninin ideası ya da bilgisi ile aynı yolda doğar ve Tanrı ile aynı yolda ilişkilidir.

Tanıt. Düşünce Tanrının bir yüklemidir (Bölüm 2, Ön. 1); buna göre (Bölüm 2, Ön. 3) Tanrıda zorunlu olarak onun ve tüm deęişiklerinin bir ideası, ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 11) insan anlığının da bir ideası olmalıdır. Şimdi, anlığın bu ideası ya da bilgisi Tanrıda ancak onun sonlu olması ölçüsüne deęil, ama bireysel bir şeyin bir başka ideası tarafından etkilenebilmesi ölçüsünde bulunur (Bölüm 2, Ön. 9). Ama ideaların düzen ve bağıntıları nedenlerin düzen ve bağıntıları ile aynıdır (Bölüm 2, Ön. 7); buna göre anlığın bu ideası ya da bilgisi Tanrıda doğar ve bedenın ideası ya da bilgisi ile aynı yolda Tanrı ile ilişkilidir.—Q.E.D.

ÖNERME 21

Anlığın bu ideası anlklık ile anlığın kendisinin beden ile birleştıđi yolda birleşir.

Tanıt. Anlığın beden ile beden anlığın nesnesi olduđu için birleştıđini göstermiştik (Bölüm 2, Önerme 12 ve 13); ve dolayısıyla, aynı nedenle, anlığın ideası nesnesi ile, başka bir deyişle, anlığın kendisi ile, anlığın kendisinin beden ile birleştıđi aynı yolda birleşmelidir.—Q.E.D.

Not. Bu önerme Bölüm 2, Ön. 7'ye Notta söylenmiş olanlardan daha açık olarak anlaşılacaktır, çünkü orada beden ideasının ve bedeninin, eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 13) anlığın ve bedeninin kimi zaman düşünce yüklemi altında, kimi zaman uzam yüklemi altında kavranan bir ve aynı birey olduklarını göstermiştik; bu yüzden anlığın ideası ve anlığın kendisi bir ve aynı yüklem, düşünce yüklemi altında kavranan bir ve aynı şeydir. Buna göre ileri sürüyorum ki, anlığın ideası ve anlığın kendisi Tanrıda aynı zorunluktan ve düşüncenin aynı gücünden varolurlar. Çünkü gerçekte anlığın ideası, eş deyişle, bir ideanın ideası [*idea ideae*], bir düşünce kipi olarak ve nesne ile bağıntısız olarak görüldüğü sürece ideanın biçiminden [*forma ideae*] başka birşey değildir; çünkü eğer biri herhangi birşey biliyorsa, bilmesi olgusunun kendisi yoluyla onu bildiğini bilir, ve aynı zamanda onu bildiğini bildiğini bilir, ve bu sonsuza dek böyle gider. Buna daha sonra döneceğiz.

ÖNERME 22

İnsan anlığı yalnızca bedenın deęiřkilerini deęil, ama bu deęiřkilerin idealarını da algılar.

Tanıt. Deęiřkilerin idealarının ideaları Tanrıda deęiřkilerin idealarının kendileri ile aynı yolda doęarlar ve Tanrı ile aynı yolda ilişkidirler; bu Bölüm 2, Ön. 20 ile aynı yolda tanıtlanır. Ama bedenın deęiřkilerinin ideaları insan anlığında dırlar (Bölüm 2, Ön. 12), eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), insan anlığının özünü oluşturuđu sürece Tanrıdadırlar; dolayısıyla bu ideaların ideaları insan anlığının bilgisini ya da ideasını taşıdıęı sürece Tanrıda olacaktadırlar; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 21), insan anlığının kendisinde olacaktadırlar ki bu yüzden anlık yalnızca bedenın deęiřkilerini deęil ama bunların idealarını da algılar.—Q.E.D.

ÖNERME 23

Anlık bedenın deęiřkilerinin idealarını algılamadıęı sürece kendini bilmez.

Scholium. Haec Propositione longe clarius intelligitur ex dictis in Schol. Prop. 7 hujus; ibi enim ostendimus Corporis ideam, & Corpus, hoc est (per Prop. 13 hujus) Mentem, & Corpus unum, & idem esse Individuum, quod jam sub Cogitationis, jam sub Extensionis attributo concipitur; quare Mentis idea, & ipsa Mens una, eademque est res, quae sub uno, eodemque attributo, nempe Cogitationis, concipitur. Mentis, inquam, idea, & ipsa Mens in Deo eadem necessitate ex eadem cogitandi potentia sequuntur dari. Nam revera idea Mentis, hoc est, idea ideae nihil aliud est, quam forma ideae, quatenus haec, ut modus cogitandi, absque relatione ad objectum consideratur; simulac enim quis aliquid scit, eo ipso scit, se id scire, & simul scit, se scire, quod scit, & sic in infinitum. Sed de his postea.

Propositio XXII

Mens humana non tantum Corporis affectiones, sed etiam harum affectionum ideas percipit.

Demonstratio. Affectionum idearum ideae in Deo eodem modo sequuntur, & ad Deum eodem modo referuntur, ac ipsae affectionum ideae; quod eodem modo demonstratur, ac Propositio 20 hujus. At ideae affectionum Corporis in Mente humana sunt (per Prop. 12 hujus), hoc est (per Coroll. Prop. 11 hujus), in Deo, quatenus humanae Mentis essentiam constituit; ergo harum idearum ideae in Deo erunt, quatenus humanae Mentis cognitionem, sive ideam habet, hoc est (per Prop. 21 hujus), in ipsa Mente humana, quae propterea non tantum Corporis affectiones, sed earum etiam ideas percipit. Q.E.D.

Propositio XXIII

Mens se ipsam non cognoscit, nisi quatenus Corporis affectionum ideas percipit.

Demonstratio. Mentis idea, sive cognitio (per Prop. 20 hujus) in Deo eodem modo sequitur, & ad Deum eodem modo refertur, ac corporis idea, sive cognitio. At quoniam (per Prop. 19 hujus) Mens humana ipsum humanum Corpus non cognoscit, hoc est (per Coroll. Prop. 11 hujus), quoniam cognitio Corporis humani ad Deum non refertur, quatenus humanae Mentis naturam constituit; ergo nec cognitio Mentis ad Deum refertur, quatenus essentiam Mentis humanae constituit; atque adeo (per idem Coroll. Prop. 11 hujus) Mens humana eatenus se ipsam non cognoscit. Deinde affectionum, quibus Corpus afficitur, ideae naturam ipsius Corporis humani involvunt (per Prop. 16 hujus), hoc est (per Prop. 13 hujus), cum natura Mentis conveniunt; quare harum idearum cognitio cognitionem Mentis necessario involvet: at (per Prop. praeced.) harum idearum cognitio in ipsa humana Mente est; ergo Mens humana eatenus tantum se ipsam novit. Q.E.D.

Propositio XXIV

Mens humana partium, Corpus humanum componentium, adaequatam cognitionem non involvit.

Demonstratio. Partes, Corpus humanum componentes, ad essentiam ipsius Corporis non pertinent, nisi quatenus motus suos certa quadam ratione invicem communicant (vide Defin. post Coroll. Lem. 3), & non quatenus, ut Individua, absque relatione ad humanum Corpus considerari possunt. Sunt enim partes humani Corporis (per Post. 1) valde composita Individua, quorum partes (per Lem. 4) a Corpore humano, servata omnino ejusdem natura, & forma, segregari possunt, motusque suos (vide Axiom. 1 post Lem. 3) aliis corporibus alia ratione communicare; adeoque (per Prop. 3 hujus) cujuscunque partis idea, sive cognitio in Deo erit, & quidem (per Prop. 9 hujus), quatenus affectus consideratur alia idea rei singularis, quae res singularis ipsa parte, ordine naturae, prior est

Tanıt. Anlığın ideası ya da bilgisi (Bölüm 2, Ön. 20) bedenın ideası ya da bilgisi ile aynı yolda Tanrıda doğar ve onunla aynı yolda ilişkilidir. Ama (Bölüm 2, Ön. 19) insan anlığı insan bedeninin kendisini bilmediğı için, başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), insan bedeninin bilgisi insan anlığının doğasını oluşturduğu sürece Tanrı ile ilişkili olmadığı için, bu yüzden anlığın bilgisi insan anlığının özünü oluşturduğu sürece Tanrı ile ilişkili değildir; ve buna göre (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) insan anlığı bu düzeye dek kendini bilmez. Dahası, bedeni etkileyen değişiklerin ideaları insan bedeninin kendisinin doğasını içerir (Bölüm 2, Ön. 16), başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 13), anlığın doğası ile bağdaşırlar; dolayısıyla, bu ideaların bir bilgisi zorunlu olarak anlığın bir bilgisini içerir; ama (Bölüm 2, Ön. 22) bu ideaların bilgisi insan anlığının kendisindedir, ve öyleyse insan anlığı kendini ancak bu düzeye dek bilir.—Q.E.D.

ÖNERME 24

İnsan anlığı insan bedenini oluşturan parçaların yeterli bir bilgisini içermez.

Tanıt. İnsan bedenini oluşturan parçalar ancak devimlerini belirli bir yolda birbirlerine ilettikleri sürece bedenın kendisinin özüne aittirler (bkz. Yard. Ön. 3'e Sonurgu sonrası Tan.), ama insan bedeni ile ilişki olmaksızın bireyler olarak görülebildikleri sürece değil. Çünkü insan bedeninin parçaları (Kon. 1) yüksek bir düzeyde bileşim gösteren bireylerdir ki, parçaları (Yard. Ön. 4) insan bedeninden onun doğa ve biçimi saklanarak ayrılabilir ve devimlerini (Yard. Ön. 3'ü izleyen Bel. 1) başka cisimlere bir başka yolda iletebilirler; öyleyse (Bölüm 2, Ön. 3) her bir parçanın ideası ya da bilgisi Tanrıda ancak onun doğanın düzenine göre parçanın kendisine önsel tekil bir şeyin bir başka ideası tarafından (Bölüm 2, Ön. 9) etkileniyor olarak görülmesi ölçüsünde bulunacaktır (Bölüm 2, Ön. 7).

Aynı şey insan bedenini oluşturan bireyin kendisinin her parçası için de söylenebilir; buna göre insan bedenini oluşturan her parçanın bilgisi Tanrıda ancak onun birçok şeyin ideası tarafından etkilenmesi ölçüsünde bulunur, insan bedeninin ideasını, eş deyişle insan anlığının doğasını oluşturan ideayı taşıması ölçüsünde değil; bu yüzden (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) insan anlığı insan bedenini oluşturan parçaların yeterli bir bilgisini içermez.—Q.E.D.

ÖNERME 25

İnsan bedeninin her değişikisinin ideası dışsal cismin yeterli bilgisini içermez.

Tanıt. Gösterdiğimiz gibi (Bölüm 2, Ön. 16) insan bedeninin bir değişikisinin ideası dışsal cismin doğasını ancak dışsal cisim insan bedeninin kendisini belli bir yolda belirlediği sürece içerir. Ama dışsal cismin insan bedeni ile ilişkili olmayan bir birey olması ölçüsünde, ideası ya da bilgisi ancak (Bölüm 2, Ön. 7) doğal olarak dışsal cismin kendisine önsel bir başka şeyin ideası tarafından etkileniyor olarak düşünüldüğü sürece Tanrıdadır (Bölüm 2, Ön. 9). Öyleyse dışsal cismin yeterli bilgisi ancak insan bedeninin değişikisinin ideasını taşıdığı sürece Tanrıdadır, başka bir deyişle, insan bedeninin değişikisinin ideası dışsal cismin yeterli bilgisini içermez.—Q.E.D.

ÖNERME 26

İnsan anlığı dışsal cismi ancak bedeninin değişikliklerinin ideaları yoluyla edimsellikte varolan bir şey olarak algılar.

Tanıt. Eğer insan bedeni hiçbir yolda herhangi bir dışsal cisim tarafından etkilenmiyorsa, o zaman (Bölüm 2, Ön. 7) insan bedeninin ideası, eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 13), insan anlığı hiçbir yolda o cismin varoluşunun ideası tarafından etkilenmez, ve hiçbir yolda o dışsal cismin varoluşunu algı-

(per Prop. 7 hujus). Quod idem praeterea etiam de quacunq[ue] parte ipsius Individui, Corpus humanum componentis, est dicendum; adeoque cujuscunq[ue] partis, Corpus humanum componentis, cognitio in Deo est, quatenus plurimis rerum ideis affectus est, & non quatenus Corporis humani tantum habet ideam, hoc est (per Prop. 13 hujus) ideam, quae humanae Mentis naturam constituit; atque adeo (per Coroll. Prop. 11 hujus) humana Mens partium, Corpus humanum componentium, adaequatam cognitionem non involvit. Q.E.D.

Propositio XXV

Idea cujuscunq[ue] affectionis Corporis humani adaequatam corporis externi cognitionem non involvit.

Demonstratio. Ideam affectionis Corporis humani eatenus corporis externi naturam involvere ostendimus (vide Prop. 16 hujus), quatenus externum ipsum humanum Corpus certo quodam modo determinat. At quatenus externum corpus Individuum est, quod ad Corpus humanum non refertur, ejus idea, sive cognitio in Deo est (per Prop. 9 hujus), quatenus Deus affectus consideratur alterius rei idea, quae (per Prop. 7 hujus) ipso corpore externo prior est natura. Quare corporis externi adaequata cognitio in Deo non est, quatenus ideam affectionis humani Corporis habet, sive idea affectionis Corporis humani adaequatam corporis externi cognitionem non involvit. Q.E.D.

Propositio XXVI

Mens humana nullum corpus externum, ut actu existens, percipit, nisi per ideas affectionum sui Corporis.

Demonstratio. Si a corpore aliquo externo Corpus humanum nullo modo affectum est, ergo (per Prop. 7 hujus) nec idea Corporis humani, hoc est (per Prop. 13 hujus), nec Mens humana idea existentiae illius corporis ullo etiam modo affecta est, sive existentiam illius corporis externi ullo

modo percipit. At quatenus Corpus humanum a corpore aliquo externo aliquo modo afficitur, eatenus (per Prop. 16 hujus cum Coroll. 1 ejusdem) corpus externum percipit. Q.E.D.

Corollarium. Quatenus Mens humana corpus externum imaginatur, eatenus adaequatam ejus cognitionem non habet.

Demonstratio. Cum Mens humana per ideas affectionum sui Corporis corpora externa contemplatur, eandem tum imaginari dicimus (vide Schol. Prop. 17 hujus); nec Mens alia ratione (per Prop. praeced.) corpora externa, ut actu existentia, imaginari potest. Atque adeo (per Prop. 25 hujus) quatenus Mens corpora externa imaginatur, eorum adaequatam cognitionem non habet. Q.E.D.

Propositio XXVII

Idea cujuscunque affectionis Corporis humani adaequatam ipsius humani Corporis cognitionem non involvit.

Demonstratio. Quaelibet idea cujuscunque affectionis humani Corporis eatenus naturam Corporis humani involvit, quatenus ipsum humanum Corpus certo quodam modo affici consideratur (vide Prop. 16 hujus). At quatenus Corpus humanum Individuum est, quod multis aliis modis affici potest, ejus idea, &c. Vide Demonstrat. Prop. 25 hujus.

Propositio XXVIII

Idae affectionum Corporis humani, quatenus ad humanam Mentem tantum referuntur, non sunt clariae, & distinctae, sed confusae.

Demonstratio. Ideae enim affectionum Corporis humani, tam corporum externorum, quam ipsius humani Corporis naturam involvunt (per Prop. 16 hujus), nec tantum Corporis humani, sed ejus etiam partium naturam involvere debent; affectiones namque modi sunt (per Post. 3), quibus partes Corporis humani, & consequenter totum Corpus afficitur. At (per Prop. 24 & 25 hujus) corporum externorum adaequata cognitio, ut & partium, Corpus

lamaz. Ama insan bedeni herhangi bir yolda herhangi bir dışsal cisim tarafından etkileniyor olduğu sürece, o düzeye dek (Bölüm 2, Ön. 16 ve Sonurgusu) dışsal cismi algılar.—Q.E.D.

Sonurgu. İnsan anlığı dışsal bir cismi imgelediği sürece, onun yeterli bir bilgisini taşımaz.

Tanıt. İnsan anlığı dışsal cisimleri bedeninin değişikliklerinin ideaları yoluyla gözlediği zaman, onun imgelediğini söyleriz (Bölüm 2, Ön. 17'ye Not); ve anlık (Bölüm 2, Ön. 26) dışsal cisimleri başka herhangi bir yolda edimsellikte varolan birşey olarak imgeleyemez. Öyleyse (Bölüm 2, Ön. 25) anlık dışsal cisimleri imgelediği sürece onların yeterli bir bilgisini taşımaz.—Q.E.D.

ÖNERME 27

İnsan bedeninin her değişikisinin ideası insan bedeninin kendisinin yeterli bir bilgisini içermez.

Tanıt. İnsan bedeninin her bir değişikisinin her ideası insan bedeninin kendisi belli bir yolda etkileniyor olarak görüldüğü sürece insan bedeninin doğasını içerir (Bölüm 2, Ön. 16). Ama insan bedeni birçok başka yolda etkilenebilen bir birey olduğu sürece, değişkinin ideası vb. (Bkz. Bölüm 2, Ön. 25'e Tanıt).

ÖNERME 28

İnsan bedeninin değişikliklerinin ideaları, yalnızca insan anlığı ile ilişkili oldukları sürece, açık ve seçik değil ama karışık.

Tanıt. İnsan bedeninin değişikliklerinin ideaları hem dışsal cisimlerin hem de insan bedeninin kendisinin doğasını içerirler (Bölüm 2, Ön. 16), ve yalnızca insan bedeninin değil ama parçalarının doğasını da içermelidirler; çünkü değişiklikler (Kon. 3) insan bedeninin parçalarının ve dolayısıyla bütün bedenin etkileniş kipleridir. Ama (Bölüm 2, Ön. 24 ve 25) dışsal cisimlerin ve ayrıca insan bedenini oluşturan parçaların yeterli bir bilgisi Tanrıda

ancak onun insan anlığı tarafından değil ama başka idealar tarafından etkileniyor olarak görölmesi ölçüsünde varolur. Öyleyse değışkilerin bu ideaları, yalnızca insan anlığı ile ilişkili oldukları sürece, öncüllerden yoksun vargılar gibidirler; ya da (kendiliğinden açık olduğu gibi) karışık idealarlardır.—Q.E.D.

Not. Anlığın doğasını oluşturan ideanın salt kendinde görüldüğünde açık ve seçik olmadığı aynı yolda tanırlanır; yine insan anlığının ideası için ve insan bedeninin değışkilerinin idealarının ideaları için de, yalnızca anlık ile ilişkili oldukları sürece, aynı şey geçerlidir—herkesin kolayca görebileceği gibi.

ÖNERME 29

İnsan bedeninin her bir değışkisinin ideasının ideası insan anlığının yeterli bir bilgisini içermez.

Tanıt. İnsan bedeninin bir değışkisinin ideası (Bölüm 2, Ön. 27) beden kendsinin yeterli bir bilgisini içermez, ya da, doğasını yeterli olarak anlatmaz; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 13), anlığın doğası ile yeterli olarak bağdaşmaz, ve dolayısıyla (Bölüm 1, Bel. 6) bu ideanın ideası insan anlığının doğasını yeterli olarak anlatmaz, ya da onun yeterli bir bilgisini içermez.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, insan anlığı, şeyleri doğanın sıradan düzeninde algıladıkça, ne kendisinin, ne kendi bedeninin, ne de dışsal cisimlerin yeterli değil ama yalnızca karışık ve sakatlanmış bir bilgisini taşır. Çünkü anlık beden değışkilerinin idealarını algıladıkça kendini bilmez (Bölüm 2, Ön. 23). Ama (Bölüm 2, Ön. 19), dışsal cisimleri de algılamasını sağlayan (Bölüm 2, Ön. 26) değışkilerin bu aynı ideaları yoluyla olmadıkça bedenini algılamaz; öyleyse, bu ideaları taşıdığı sürece, ne kendisinin (Bölüm 2, Ön. 29), ne kendi bedeninin (Bölüm 2, Ön. 27), ne de dışsal cisimlerin (Bölüm 2, Ön. 25) yeterli değil ama yalnızca (Bölüm 2, Ön. 18 ve Not) sakat ve karışık bir bilgisini taşır.—Q.E.D.

humanum componentium, in Deo non est, quatenus humana Mente, sed quatenus aliis ideis affectus consideratur. Sunt ergo hae affectionum ideae, quatenus ad solam humanam Mentem referuntur, veluti consequentiae absque praemissis, hoc est (ut per se notum), ideae confusae. Q.E.D.

Scholium. Idea, quae naturam Mentis humanae constituit, demonstratur eodem modo non esse, in se sola considerata, clara, & distincta; ut etiam idea Mentis humanae, & ideae idearum affectionum Corporis humani, quatenus ad solam Mentem referuntur, quod unusquisque facile videre potest.

Propositio XXIX

Idea ideae cujuscunque affectionis Corporis humani adaequatam humanae Mentis cognitionem non involvit.

Demonstratio. Idea enim affectionis Corporis humani (per Prop. 27 hujus) adaequatam ipsius Corporis cognitionem non involvit, sive ejus naturam adaequate non exprimit, hoc est (per Prop. 13 hujus), cum natura Mentis non convenit adaequate; adeoque (per Axiom. 6 p. 1) hujus ideae idea adaequate humanae Mentis naturam non exprimit, sive adaequatam ejus cognitionem non involvit. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, Mentem humanam, quoties ex communi naturae ordine res percipit, nec sui ipsius, nec sui Corporis, nec corporum externorum adaequatam, sed confusam tantum, & mutilatam habere cognitionem. Nam Mens se ipsam non cognoscit, nisi quatenus ideas affectionum corporis percipit (per Prop. 23 hujus). Corpus autem suum (per Prop. 19 hujus) non percipit, nisi per ipsas affectionum ideas, per quas etiam tantum (per Prop. 26 hujus) corpora externa percipit; atque adeo, quatenus eas habet, nec sui ipsius (per Prop. 29 hujus), nec sui Corporis (per Prop. 27 hujus), nec corporum externorum (per Prop. 25 hujus) habet adaequatam cognitionem, sed tantum (per Prop. 28 hujus cum ejus Schol.) mutilatam, & confusam. Q.E.D.

Scholium. Dico expresse, quod Mens nec sui ipsius, nec sui Corporis, nec corporum externorum adaequatam, sed confusam tantum, cognitionem habeat, quoties ex communi naturae ordine res percipit, hoc est, quoties externe, ex rerum nempe fortuito occursu, determinatur ad hoc, vel illud contemplandum, & non quoties interne, ex eo scilicet, quod res plures simul contemplatur, determinatur ad earundem convenientias, differentias, & oppugnantias intelligendum; quoties enim hoc, vel alio modo interne disponitur, tum res clare, & distincte contemplatur, ut infra ostendam.

Propositio XXX

Nos de duratione nostri Corporis nullam, nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus.

Demonstratio. Nostri corporis duratio ab ejus essentia non dependet (per Axiom. 1 hujus), nec etiam ab absoluta Dei natura (per Prop. 21 p. 1). Sed (per Prop. 28 p. 1) ad existendum, & operandum determinatur a talibus causis, quae etiam ab aliis determinatae sunt ad existendum, & operandum certa, ac determinata ratione, & haec iterum ab aliis, & sic in infinitum. Nostri igitur Corporis duratio a communi naturae ordine, & rerum constitutione pendet. Qua autem ratione constitutae sint, ejus rei adaequata cognitio datur in Deo, quatenus earum omnium ideas, & non quatenus tantum humani Corporis ideam habet (per Coroll. Prop. 9 hujus), quare cognitio durationis nostri Corporis est in Deo admodum inadaequata, quatenus tantum naturam Mentis humanae constituere consideratur, hoc est (per Coroll. Prop. 11 hujus), haec cognitio est in nostra Mente admodum inadaequata. Q.E.D.

Propositio XXXI

Nos de duratione rerum singularium, quae extra nos sunt, nullam, nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus.

Not. Kesin olarak belirtiyorum ki, anlık kendisinin, bedeninin ve dışsal cisimlerin yeterli bir bilgisini değil ama yalnızca karışık bir bilgisini taşır, eğer şeyleri doğanın genel düzende algılamaya, eş deyişle dışsal olarak ya da raslantısal durumlar yoluyla şunu ya da bunu görmeye belirlenmişse, ama içsel olarak, eş deyişle birçok şeyi aynı zamanda görek, nede anlaştıklarını ya da ayırdıklarını ya da birbirlerine karşıt olduklarını anlamaya belirlenmemişse; çünkü ne zaman içsel olarak şu ya da bu yolda düzenlense, birazdan göstereceğim gibi, şeyleri açık ve seçik olarak görür.

ÖNERME 30

Bedenimizin süresi konusunda ancak çok yetersiz bir bilgimiz olabilir.

Tanıt. Bedenimizin süresi onun özüne bağımlı değildir (Bölüm 2, Bel. 1), ne de Tanrının saltık doğasına bağımlıdır (Bölüm 1, Ön. 21). Ama (Bölüm 1, Ön. 28) beden varoluş ve eyleme öyle nedenler tarafından belirlenir ki, bunlar da başka nedenler tarafından belli ve belirli bir yolda varoluş ve eyleme belirlenmişlerdir, ve yine bunlar da başkaları tarafından, ve bu sonsuza dek böyle gider. Öyleyse bedenimizin süresi doğanın genel düzenine ve şeylerin yapısına bağımlıdır. Ama şeylerin hangi yolda oluştukları konusunda yeterli bir bilgi insan bedeninin ideasını taşıdığı sürece değil ama tüm şeylerin idealarını taşıdığı sürece Tanrıdadır (Bölüm 2, Önerme 9'a Sonurgu); öyleyse, bedenimizin süresinin bilgisi Tanrının yalnızca insan anlığının doğasını oluşturuyor olarak görülmesi ölçüsünde onda bütünüyle yetersizdir; başka bir deyişle (Bölüm 2, Önerme 11'e Sonurgu), bu bilgi anlıklarımızda çok yetersizdir.—Q.E.D.

ÖNERME 31

Dışımızda olan tekil şeylerin süresi konusunda ancak çok yetersiz bir bilgimiz olabilir.

Tanıt. Her tekil şey, tıpkı insan bedeni gibi, varolmaya ve belli ve belirli bir yolda eylemde bulunmaya bir başka tekil şey tarafından belirlenmelidir, ve bu da yine bir başkası tarafından, ve bu sonsuza dek böyle gider (Böl. 1, Ön. 28). Ama önceki önermelerde tekil şeylerin bu ortak özelliğinden gösterdiğimiz gibi, kendi bedenimizin süresinin ancak çok yetersiz bir bilgisini taşıyırız; öyleyse tekil şeylerin süreleri konusunda da aynı vargı çıkarılmalıdır, başka bir deyişle, onların ancak çok yetersiz bir bilgisini taşıyabiliriz.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki tüm tekil şeyler olumsal ve bozulabilir. Çünkü süreleri açısından hiçbir yeterli bilgimiz olamaz (Bölüm 2, Ön. 31); ve şeylerin olumsallıkları ve bozulma olanakları olarak anlaşılması gereken budur (Bölüm 2, Ön. 31). Çünkü (Bölüm 1, Ön. 29) bundan başka olumsal hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

ÖNERME 32

Tüm idealar, Tanrı ile ilişkili oldukları sürece, doğrudurlar.

Tanıt. Çünkü Tanrıda olan tüm idealar ideaları oldukları şeyle bütünüyle bağdaşırlar (Böl. 2, Ön. 7'ye Sonurgu), ve dolayısıyla (Böl. 1, Bel. 6) tümü de doğrudur.—Q.E.D.

ÖNERME 33

İdealarımda onlara yanlış denmesine yol açacak olumlu hiçbirşey yoktur.

Tanıt. Bu yadsınacak olursa, eğer olanaklıysa, yanlış ya da yanlışlık biçimini oluşturacak olumlu bir düşünce kipi tasarlayın. Bu düşünce kipi Tanrıda olamaz (Bölüm 2, Ön. 32), ama Tanrının dışında ne olabilir ne de kavranabilir (Bölüm 1, Ön. 15), ve dolayısıyla idealarda onlara yanlış denmesine yol açabilecek olumlu hiçbirşey yoktur.—Q.E.D.

Demonstratio. Unaquaeque enim res singularis, sicuti humanum Corpus, ab alia re singulari determinari debet ad existendum, & operandum certa, ac determinata ratione; & haec iterum ab alia, & sic in infinitum (per Prop. 28 p. 1). Cum autem ex hac communi rerum singularium proprietate in praecedenti Prop. demonstraverimus, nos de duratione nostri Corporis non, nisi admodum inadaequatam cognitionem habere; ergo hoc idem de rerum singularium duratione erit concludendum, quod scilicet ejus non, nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, omnes res particulares contingentes, & corruptibiles esse. Nam de earum duratione nullam adaequatam cognitionem habere possumus (per Prop. praeced.), & hoc est id, quod per rerum contingentiam, & corruptionis possibilitatem nobis est intelligendum (vide Schol. 1 Prop. 33 p. 1). Nam (per Prop. 29 p. 1) praeter hoc nullum datur contingens.

Propositio XXXII

Omnes ideae, quatenus ad Deum referuntur, verae sunt.

Demonstratio. Omnes enim ideae, quae in Deo sunt, cum suis ideatis omnino conveniunt (per Coroll. Prop. 7 hujus), adeoque (per Axiom. 6 p. 1) omnes verae sunt. Q.E.D.

Propositio XXXIII

Nihil in ideis positivum est, propter quod falsae dicuntur.

Demonstratio. Si negas, concipe, si fieri potest, modum positivum cogitandi, qui formam erroris, sive falsitatis constituat. Hic cogitandi modus non potest esse in Deo (per Prop. praeced.); extra Deum autem etiam nec esse, nec concipi potest (per Prop. 15 p. 1). Atque adeo nihil potest dari positivum in ideis, propter quod falsae dicuntur. Q.E.D.

Propositio XXXIV

Omnis idea, quae in nobis est absoluta, sive adaequata, & perfecta, vera est.

Demonstratio. Cum dicimus, dari in nobis ideam adaequatam, & perfectam, nihil aliud dicimus (per Coroll. Prop. 11 hujus), quam quod in Deo, quatenus nostrae Mentis essentialiter constituit, detur idea adaequata, & perfecta, & consequenter (per Prop. 32 hujus), nihil aliud dicimus, quam quod talis idea sit vera. Q.E.D.

Propositio XXXV

Falsitas consistit in cognitionis privatione, quam ideae inadaequatae, sive mutilatae, & confusae involvunt.

Demonstratio. Nihil in ideis positivum datur, quod falsitatis formam constituat (per Prop. 33 hujus); at falsitas in absoluta privatione consistere nequit (Mentes enim, non Corpora errare, nec falli dicuntur), neque etiam in absoluta ignorantia; diversa enim sunt, ignorare, & errare; quare in cognitionis privatione, quam rerum inadaequata cognitio, sive ideae inadaequatae, & confusae involvunt, consistit. Q.E.D.

Scholium. In Scholio Prop. 17 hujus Partis explicui, qua ratione error in cognitionis privatione consistit; sed ad uberius hujus rei explicationem exemplum dabo; nempe: Falluntur homines, quod se liberos esse putant, quae opinio in hoc solo consistit, quod suarum actionum sint conscii, & ignari causarum, a quibus determinantur. Haec ergo est eorum libertatis idea, quod suarum actionum nullam cognoscant causam. Nam quod ajunt, humanas actiones a voluntate pendere, verba sunt, quorum nullam habent ideam. Quid enim voluntas sit, & quomodo moveat Corpus, ignorant omnes, qui aliud jactant, & animae sedes, & habitacula fingunt, vel risum, vel nauseam movere solent. Sic cum solem

ÖNERME 34

Bizde saltık olan, ya da, yeterli ve eksiksiz olan her idea doğrudur.

Tanıt. Bizde yeterli ve eksiksiz bir idea vardır dersek, o zaman (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) Tanrının insan anlığının özünü oluşturması ölçüsünde onda yeterli ve eksiksiz bir idea vardır demekten başka birşey demiş olmayız, ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 32'ye Sonurgu) böyle bir ideanın doğru olduğundan başka birşey söylemiş olmayız.—Q.E.D.

ÖNERME 35

Yanlışlık yetersiz, başka bir deyişle, sakat ve karışık ideaların içerdikleri bilgi yoksunluğundan oluşur.

Tanıt. İdealarda bir yanlışlık biçimini oluşturabilen olumlu hiçbirşey yoktur (Bölüm 2, Ön. 33); ama yanlışlık saltık yoksunluktan oluşamaz (çünkü cisimlerin değil ama anlıkların yanıldıklarını ve aldandıklarını söyleriz); ne de saltık bilgisizlikten oluşabilir, çünkü bilgisiz olmak ve yanılgıda olmak iki ayrı şeydir; öyleyse yanlışlık şeylerin yetersiz bilgisi tarafından ya da yetersiz ve karışık idealar tarafından içerilen bilgi yoksunluğundan oluşur.—Q.E.D.

Not. Bölüm 2, Ön. 17'ye Notta yanlışlığının nasıl bilgide yoksunluktan oluştuğunu açıklamıştım; ama şimdi sorunun daha tam bir açıklaması için bir örnek vereceğim. Söz gelimi, insanlar kendilerini özgür görmede aldanırlar, ve bu sanılarının biricik nedeni eylemlerinin bilincinde iken onları belirleyen nedenlerin bilgisizi olmalarıdır. Buna göre özgürlük ideaları eylemlerinin nedenini bilmemeleri anlamına gelir. Çünkü insan eylemlerinin istence bağımlı olduğunu söylediklerinde, bunlar kendilerine ilişkin hiçbir idea taşımadıkları sözlerdir. İstencin ne olduğunu ve bedeni nasıl devindirdiğini hiç biri bilmez, çünkü bunun tersini ileri sürerek ruha içinde oturmak üzere bir yer uyduranlar ya bizi güldürür ya da tiksindirmemize yol açarlar. Yine tam böyle, güneşe baktığımızda bizden 200 ayak kadar uzak olduğunu imgeleriz; yanlışlığı yalnızca

imgeden oluşmaz, ama onu böyle imgelediğimiz zaman gerçek uzaklığı ve bu imgenin nedenini bilmememizden doğar. Çünkü daha sonra güneşin bizden 600 dünya çapından daha büyük bir uzaklıkta olduğunu öğrenebilmemize karşın, bize yakın olduğunu imgelemeyi sürdürürüz; çünkü onu öyle yakın olarak imgelememizin nedeni gerçek uzaklığını bilmememiz değil, ama bedenimizin kendisi onun tarafından etkilendiği süreçte bedenimizin bir değişkisinin güneşin özünü içermesidir.

ÖNERME 36

Yetersiz ve karışık idealar yeterli ya da açık ve seçik idealar ile aynı zorunlulukla doğarlar.

Tanıt. Tüm idealar Tanrıdadır (Bölüm 1, Ön. 15), ve Tanrı ile ilişkili oldukları ölçüde doğru (Bölüm 2, Ön. 32) ve (Bölüm 2, Ön. 7'ye Sonurgu) yeterlidirler; öyleyse hiçbir idea herhangi birinin bireysel anlığı ile ilişkili olmadıkça yetersiz ya da karışık değildir (Bölüm 2, Ön. 24 ve 28); buna göre hem yeterli hem de yetersiz tüm idealar aynı zorunlulukla doğarlar (Bölüm 2, Ön. 6'ya Sonurgu).—Q.E.D.

ÖNERME 37

Herşeye ortak olan (bkz. Yard. Ön. 2), ve eşit ölçüde parçada ve bütünde bulunan hiçbir tekil şeyin özünü oluşturmaz.

Tanıt. Bu yadsınırsa, eğer olanaklıysa, ortak olanın belli bir tekil şeyin özünü oluşturduğunu tasarlayın—örneğin B'nin özünü. O zaman (Bölüm 2, Tan. 2) bu B olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilir; ama bu önsava aykırıdır: Öyleyse ortak olan B'nin özüne ait değildir, ne de herhangi bir başka tekil şeyin özünü oluşturur.—Q.E.D.

ÖNERME 38

Herşeye ortak olan ve eşit ölçüde parçada ve bütünde bulunan ancak yeterli olarak kavranabilir.

intuemur, eum ducentos circiter pedes a nobis distare imaginamur, qui error in hac sola imaginatione non consistit, sed in eo, quod dum ipsum sic imaginamur, veram ejus distantiam, & hujus imaginationis causam ignoramus. Nam tametsi postea cognoscamus, eundem ultra 600 terrae diametros a nobis distare, ipsum nihilominus prope adese imaginabimur; nan enim solem adeo propinquum imaginamur, propterea quod veram ejus distantiam ignoramus, sed propterea, quod affectio nostri corporis essentiam solis involvit, quatenus ipsum corpus ab eodem afficitur.

Propositio XXXVI

Idea inadaequatae, & confusae eadem necessitate consequuntur, ac adaequatae, sive clariae, ac distinctae ideae.

Demonstratio. Ideaes omnes in Deo sunt (per Prop. 15 p. 1); & quatenus ad Deum referuntur, sunt verae (per Prop. 32 hujus), & (per Coroll. Prop. 7 hujus) adaequatae; adeoque nullae inadaequatae, nec confusae sunt; nisi quatenus ad singularem alicujus Mentem referuntur (qua de re vide Prop. 24 & 28 hujus): adeoque omnes tam adaequatae, quam inadaequatae eadem necessitate (per Coroll. Prop. 6 hujus) consequuntur. Q.E.D.

Propositio XXXVII

Id, quod omnibus commune (de his vide supra Lem. 2), quodque aequae in parte, ac in toto est, nullius rei singularis essentiam constituit.

Demonstratio. i negas, concipe, si fieri potest, id essentiam alicujus rei singularis constituere; nempe, essentiam B. Ergo (per Defin. 2 hujus) id sine B non poterit esse, neque concipi; atqui hoc est contra Hypothesin: Ergo id ad essentiam B non pertinet, nec alterius rei singularis essentiam constituit. Q.E.D.

Propositio XXXVIII

Illa, quae omnibus communis, quaeque aequae in parte, ac in toto sunt, non possunt concipi, nisi adaequate.

Demonstratio. Sit A aliquid, quod omnibus corporibus commune, quodque aequè in parte cuiuscunque corporis, ac in toto est. Dico A non posse concipi, nisi adaequate. Nam ejus idea (per Coroll. Prop. 7 hujus) erit necessario in Deo adaequata, tam quatenus ideam Corporis humani, quam quatenus ideas habet ejusdem affectionum, quae (per Prop. 16, 25 & 27 hujus) tam Corporis humani, quam corporum externorum naturam ex parte involvunt, hoc est (per Prop. 12 & 13 hujus), haec idea erit necessario in Deo adaequata, quatenus Mentem humanam constituit, sive quatenus ideas habet, quae in Mente humana sunt; Mens igitur (per Coroll. Prop. 11 hujus) A necessario adaequate percipit, idque tam quatenus se, quam quatenus suum, vel quodcunque externum corpus percipit, nec A alio modo potest concipi. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, dari quassam ideas, sive notiones omnibus hominibus communes. Nam (per Lem. 2) omnia corpora in quibusdam conveniunt, quae (per Prop. praeced.) ab omnibus debent adaequate, sive clare, & distincte percipi.

Propositio XXXIX

Id, quod Corpori humano, & quibusdam corporibus externis, a quibus Corpus humanum affici solet, commune est, & proprium, quodque in cuiuscunque horum parte aequè, ac in toto est, ejus etiam idea erit in Mente adaequata.

Demonstratio. Sit A id, quod Corpori humano, & quibusdam corporibus externis commune est, & proprium, quodque aequè in humano Corpore, ac in iisdem corporibus externis, & quod denique aequè in cuiuscunque corporis externi parte, ac in toto est. Ipsius A dabitur in Deo idea adaequata (per Coroll. Prop. 7 hujus), tam quatenus ideam Corporis humani, quam quatenus positorum corporum externorum ideas habet. Ponatur jam humanum Corpus a cor-

Tanıt. A tüm cisimlere ortak olan ve her cismin parçasında ve bütünde eşit olarak bulunan birşey olsun. İleri sürüyorum ki A ancak yeterli olarak kavranabilir. Çünkü A'nın ideası (Bölüm 2, Ön. 7'ye Sonurgu) Tanrının hem insan bedeninin hem de onun değişiklerinin idealarını taşıması ölçüsünde onda zorunlu olarak yeterli olacaktır; ve bu idealar (Bölüm 2, Ön. 16, 25 ve 27) bölümsel olarak hem insan bedeninin hem de dışal cisimlerin doğasını içerirler; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 12 ve 13), bu idea Tanrının insan anlığını oluşturmaya ya da insan anlığında olan ideaları taşıması ölçüsünde onda zorunlu olarak yeterli olacaktır; öyleyse anlık (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) zorunlu olarak A'yı yeterli olarak algılar, ama ancak hem kendini hem de kendi bedenini ya da herhangi bir dışal cismi algıladığı sürece; ve A başka herhangi bir yolda kavranamaz.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, tüm insanlara ortak olan kimi idealar ya da kavramlar vardır. Çünkü (Yard. Ön. 2) tüm cisimler herkes tarafından yeterli olarak ya da açık ve seçik olarak algılanması gereken belli şeylerde bağdaşırlar (Bölüm 2, Ön. 38).

ÖNERME 39

İnsan bedenine ve genellikle insan bedenini etkileyen kimi dışal cisimlere ortak ve onlara ait olanın, ve bu dışal cisimlerin her birinin parçasında ve bütünde eşit olarak bulunanın anlıkta yeterli bir ideası olacaktır.

Tanıt. A insan bedenine ve kimi dışal cisimlere ortak ve onlara ait olan, eşit olarak insan bedeninde ve o dışal cisimlerde varolan, ve her bir dışal cismin eşit olarak parçasında ve bütünde bulunan birşey olsun. A'nın kendisinin yeterli bir ideası (Bölüm 2, Ön. 7'ye Sonurgu) Tanrının hem insan bedeninin ideasını hem de verili dışal cisimlerin idealarını taşıması ölçüsünde onda olacaktır. Şimdi insan bedeninin dışal bir cisim tarafından onunla ortaklaşa taşındığı şey yoluyla, eş deyişle A yoluyla etkilendi-

ğini varsayalım; bu değişkinin ideası A özelliğini içerecektir (Bölüm 2, Ön. 16), ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 7'ye Sonurgu) A özelliğini içerdigi sürece bu değişkinin ideası Tanrının insan bedeninin ideası tarafından etkilenmesi ölçüsünde, başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 13), insan anlığının doğasını oluşturmaya ölçüsünde onda yeterli olacaktır; öyleyse (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), bu idea da insan anlığında yeterlidir.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, beden ve başka cisimlerin ortaklaşa taşıdıkları şeyler ne denli çoksa, anlık o denli çok şeyi algılamaya yatkın olacaktır.

ÖNERME 40

Anlıkta ondaki yeterli idealardan doğan idealar da yeterlidir.

Tanıt. Bu açıktır. Çünkü bir idea insan anlığında ondaki yeterli idealardan doğar dediğimiz zaman, söylediğimiz şey yalnızca (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) tanrısal anlağın kendisinde nedeni Tanrı olan bir ideanın olduğudur, ama Tanrı sonsuz olduğu sürece değil, ne de birçok tekil şey tarafından etkilendiği sürece, ama ancak insan anlığının özünü oluşturduğu sürece.

Not 1. Böylece ortak denilen ve uslaamlamalarımızın temelleri olan kavramların kökenini açıkladım. Ama belli belitlerin ya da kavramların daha başka nedenleri vardır ki, bunları bizim yöntemimizle açıklamak yararlı olacaktır; çünkü bunlardan hangi kavramların geri kalanlardan daha yararlı oldukları ve hangilerinin hemen hemen hiçbir yararları olmadığı saptanabilir. Dahası, hangilerinin ortak oldukları, hangilerinin yalnızca önyargılar altında olmayan kişilere açık ve seçik oldukları, ve son olarak hangilerinin kötü temellendikleri ayırdedilebilir. Bundan başka, *ikincil* denilen kavramların ve dolayısıyla onlar üzerine kurulan belitlerin kökenlerini nereden aldıkları ortaya çıkacak ve bir süredir üzerlerinde düşündü-

pore externo affici per id, quod cum eo habet commune, hoc est, ab A, hujus affectionis idea proprietatem A involvet (per Prop. 16 hujus), atque adeo (per idem Coroll. Prop. 7 hujus) idea hujus affectionis, quatenus proprietatem A involvit, erit in Deo adaequata, quatenus idea Corporis humani affectus est, hoc est (per Prop. 13 hujus), quatenus Mentis humanae naturam constituit; adeoque (per Coroll. Prop. 11 hujus) haec idea est etiam in Mente humana adaequata. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, quod Mens eo aptior est ad plura adaequate percipiendum, quo ejus Corpus plura habet cum aliis corporibus communia.

Propositio XL

Quaecunque ideae in Mente sequuntur ex ideis, quae in ipsa sunt adaequatae, sunt etiam adaequatae.

Demonstratio. Patet. Nam cum dicimus, in Mente humana ideam sequi ex ideis, quae in ipsa sunt adaequatae, nihil aliud dicimus (per Coroll. Prop. 11 hujus), quam quod in ipso Divino intellectu detur idea, cujus Deus est causa, non quatenus infinitus est, nec quatenus plurimarum rerum singularium ideis affectus est, sed quatenus tantum humanae Mentis essentiam constituit.

Scholium I. His causam notionum, quae *Communes* vocantur, quaeque ratiocinii nostri fundamenta sunt, explicui. Sed aliae quorundam axiomatum, sive notionum causae dantur, quas hac nostra methodo explicare e re foret; ex iis namque constaret, quatenam notiones prae reliquis utiliores, quatenam vero vix ullius usus essent. Deinde quaeriam communes, & quatenam iis tantum, qui praedictis non laborant, clarae, & distinctae, & quatenam denique male fundatae sint. Praeterea constaret, unde notiones illae, quas *Secundas* vocant, & consequenter axiomata, quae in iisdem fundantur, suam duxerunt originem, & alia, quae circa haec aliquando meditata sum. Sed quoniam haec alii

dicavi Tractatui, & etiam, ne propter nimiam hujus rei prolixitatem, fastidium crearem, hac re hic supersedere decrevi. Attamen ne quid horum omitam, quod scitu necessarium sit, causas breviter addam, ex quibus termini, *Transcendentales* dicti, suam duxerunt originem, ut Ens, Res, aliquid. Hi termini ex hoc oriuntur, quod scilicet humanum Corpus, quandoquidem limitatum est, tantum est capax certi imaginum numeri (quid imago sit, explicui in Schol. Prop. 17 hujus) in se distincte simul formandi, qui si excedatur, hae imagines confundi incipient, & si hic imaginum numerus, quarum Corpus est capax, ut eas in se simul distincte formet, longe excedatur, omnes inter se plane confunduntur. Cum hoc ita se habeat, patet ex Coroll. Prop. 17 & Prop. 18 hujus, quod Mens humana tot corpora distincte simul imaginari poterit, quot in ipsius corpore imagines possunt simul formari. At, ubi imagines in corpore plane confunduntur, Mens etiam omnia corpora confuse sine ulla distinctione imaginabitur, & quasi sub uno attributo comprehendet, nempe sub attributo Entis, Rei, &c. Potest hoc etiam ex eo deduci, quod imagines non semper aequae vigeant, & ex aliis causis his analogis, quas hic explicare non est opus; nam ad nostrum, ad quem collimamus, scopum unam tantum sufficit considerare. Nam omnes huc redeunt, quod hi termini ideas significant summo gradu confusas. Ex similibus deinde causis ortae sunt notiones illae, quas *Universales* vocant, ut Homo, Equus, Canis &c., videlicet, quia in Corpore humano tot imagines, ex gr. hominum formantur simul, ut vim imaginandi, non

güm başka sorunlar da açıklanmış olacaktır. Ama bu konuyu bir başka İncelemede* ele almayı istediğim için, ve konuyu uzatarak okuruyormayı istemediğim için, burada bu sorunu atlamaya karar verdim. Gene de, bilinmesi zorunlu hiçbirşeyi atlamamak için, *Varlık, Şey, Birşey* gibi *aşkınsal* denilen terimlerin köken aldıkları nedenleri kısaca vereceğim.** Bu terimler insan bedeni, sınırlı olduğu ölçüde, aynı zamanda kendinde seçik olarak yalnızca belli bir sayıda imge oluşturabildiği için doğmuştur (imge sözcüğünün açıklaması için, bkz. Bölüm 2, Ön. 17'ye Not); eğer bu sayı aşılabacak olursa, imgeler karışmaya başlar; ve eğer bedenin kendi içinde aynı zamanda seçik olarak oluşturmaya yetenekli olduğu imgelerin sayısı çok fazla aşılabacak olursa, tümü de bütünüyle birbirlerine karışacaktır. Bu böyle olduğu için, Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurğu, ve Ön. 18'den açıktır ki, insan anlığının aynı zamanda seçik olarak imgeleyebileceği cisimlerin sayısı bedeninde aynı zamanda oluşturulabilecek imgelerin sayısı kadar olacaktır. Öyleyse, eğer bedendeki imgelerin tümü de karışıkça, anlık da cisimleri birbirinden ayırdetmeksizin tümünü karışık olarak imgeleyecek, ve tümünü de bir bakıma tek bir yüklem altında, söz gelimi Varlık, Şey vb. yüklemleri altında toplayacaktır. Bu durum imgelerin her zaman eşit dirilik göstermemelerinden ve buna andırımlı başka nedenlerden de çıkarılabilir ki, önümüzdeki amaç için tek bir nedenin irdelemesi yeterli olduğu için, bunları burada tartışmamız gereksizdir. Çünkü herşey gelip bu terimlerin aşırı ölçüde karışık ideaları imlemeleri olgusuna dayanır. Ve benzer nedenlerdendir ki insan, at, köpek vb. gibi *evrensel* denilen kavramlar doğmuştur, çünkü insan bedeninde aynı zamanda örneğin öyle çok insan imgesi birden oluşur ve bunlar imgelem gücünü bütünüyle olmasa da öyle bir düzey-

*[Tamamlanmadan bırakılan *Tractatus de Intellectus Emanatione*, 1661. (Bkz. *Söylem, İnceleme, Monadoloji*, İdea Yayınevi..)]

**[“Aşkınsal terimler” genelliklerinin Aristoteles’in “kategorilerini” de aşması dolayısıyla böyle adlandırılırlar, başka bir nedenle değil. Aşağıda açıklanan “Evrensel kavramlar” ise kategorilerden daha az geneldir.]

de aşarlar ki, anlık tekil şeylerin küçük ayrımlarını (söz gelimi renk, büyüklük vb.) ve belirli sayılarını imgeleyemez, ve dolayısıyla beden onlar tarafından etkilendiği sürece ancak tümünün bağdaştığı ayrımı seçik olarak imgeleyebilir; çünkü beden en çok onun tarafından, eş deyişle her bir tekil şey tarafından etkilenmiştir; ve anlık bunu *insan* adı ile anlatarak sonsuz sayıda tekil şeye yüklemleyecektir. Çünkü, dediğimiz gibi, anlık belirli bir sayıda tekil şeyi imgeleyemez. Ama gene de belirtmek gerek ki bu kavramları herkes aynı yolda oluşturmaz; her durumda bedeninin daha sık etkilendiği ve anlığın daha kolay imgelediği ya da anımsadığı şeye göre değişirler. Örneğin, insanları sık sık duruşlarından ötürü hayranlıkla seyretmiş olanlar *insan* adı ile dik duruşlu bir hayvanı anlayacaklardır; buna karşı insanları bir başka yolda görme alışkanlığında olanlar insanların bir başka ortak imgesini oluşturacak, örneğin insanı gülmeye yetenekli hayvan, iki-ayaklı tüysüz hayvan, ussal hayvan vb. olarak betimleyecek, her biri şeylerin evrensel imgelerini kendi bedeninin yatkınlığına göre oluşturacaktır. Bu yüzden doğal nesneleri yalnızca şeylerin imgeleri ile açıklamaya çalışan felsefeciler arasında öylesine çok tartışmanın doğmuş olmasına şaşırmamak gerekir.

Not 2. Yukarıda söylenenlerden açıkça görüldüğü gibi, birçok şeyi algılar ve evrensel kavramlar oluştururuz: 1. Duyular tarafından bozuk ve karışık bir yolda ve hiçbir düzen olmaksızın anlayışımıza sunulan tekil şeylerden (Bölüm 2, Ön. 29'a Sonurgu); bu yüzden genellikle bu algılara bulanık deneyimden bilgi [*cognitio ab experientia vaga*] diyorum. 2. İmlerden, örneğin, belli sözcükleri duyduğumuz ya da okuduğumuz zaman şeyleri anımsamızdan ve onların onları imgelemimizi sağlayan ve onlara benzeyen belli idealarını oluşturmamızdan (Bölüm 2, Ön. 18'e Not). Şeylere bu iki bakış yolunu bundan sonra *birinci türden bilgi, sanı* [*opinio*] ya da *imgelem* olarak adlandıracam. 3. Şeylerin özelliklerine ilişkin ortak kav-

quidem penitus, sed eo usque tamen superent, ut singulorum parvas differentias (videlicet uniuscuiusque colorem, magnitudinem, &c.), eorumque determinatum numerum Mens imaginari nequeat, & id tantum, in quo omnes, quatenus corpus ab iisdem afficitur, conveniunt, distincte imaginetur; nam ab eo corpus maxime, scilicet ab unoquoque singulari, affectum fuit; atque hoc nomine hominis exprimit, hocque de infinitis singularibus praedicat. Nam singulorum determinatum numerum, ut diximus, imaginari nequit. Sed notandum, has notiones non ab omnibus eodem modo formari; sed apud unumquemque variare pro ratione rei, a qua corpus affectum saepius fuit, quamque facilius Mens imaginatur, vel recordatur. Ex. gr. qui saepius cum admiratione hominum staturam contemplati sunt, sub nomine *hominis* intelligent animal erectae staturae; qui vero aliud assueti sunt contemplari, aliam hominum communem imaginem formabunt, nempe, hominem esse animal risibile, animal bipes, sine plumis, animal rationale; & sic de reliquis unusquisque pro dispositione sui corporis rerum universales imagines formabit. Quare non mirum est, quod inter Philosophos, qui res naturales per solas rerum imagines explicare voluerunt, tot sint ortae controversiae.

Scholium II. Ex omnibus supra dictis clare apparet, nos multa percipere, & notiones universales formare I°. Ex singularibus, nobis per sensus mutilate, confuse, & sine ordine ad intellectum repraesentatis (vide Coroll. Prop. 29 hujus): & ideo tales perceptiones cognitionem ab experientia vaga vocare consuevi. II°. Ex signis, ex. gr. ex eo, quod auditus, aut lectis quibusdam verbis rerum recordemur, & earum quasdam ideas formemus similes iis, per quas res imaginamur (vide Schol. Prop. 18 hujus). Utrumque hunc res contemplandi modum *cognitionem primi generis, opinionem, vel imaginationem* in posterum vocabo. III°. Denique

ex eo, quod notiones communes, rerumque proprietatum ideas adaequatas habemus (vide Coroll. Prop. 38 & 39 cum ejus Coroll. & Prop. 40 hujus); atque hunc *rationem*, & *secundi generis cognitionem* vocabo. Praeter haec duo cognitionis genera datur, ut in sequentibus ostendam, aliud tertium, quod *scientiam intuitivam* vocabimus. Atque hoc cognoscendi genus procedit ab adaequata idea essentiae formalis quorundam Dei attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum. Haec omnia unius rei exemplo explicabo. Dantur ex. gr. tres numeri, ad quartum obtinendum, qui sit ad tertium, ut secundus ad primum. Non dubitant mercatores secundum in tertium ducere, & productum per primum dividere; quia scilicet ea, quae a magistro absque ulla demonstratione audiverunt, nondum tradiderunt oblivioni, vel quia id saepe in numeris simplicissimis experti sunt, vel ex vi demonstrationis Prop. 19 lib. 7 Euclid., nempe ex communi proprietate proportionalium. At in numeris simplicissimis nihil horum opus est. Ex. gr. datis numeris 1, 2, 3 nemo non videt, quartum numerum proportionalem esse 6 atque hoc multo clarius, quia ex ipsa ratione, quam primum ad secundum habere uno intuitu videmus, ipsum quartum concludimus.

Propositio XLI

Cognitio primi generis unica est falsitatis causa, secundi autem, & tertii est necessario vera.

Demonstratio. Ad primi generis cognitionem illas omnes ideas diximus in praeced. Schol. pertinere, quae sunt inadaequatae, & confusae; atque adeo (per Prop. 35 hujus) haec cognitio unica est falsitatis causa. Deinde ad cognitionem secundi, & tertii illas pertinere diximus, quae sunt adaequatae; adeoque (per Prop. 34 hujus) est necessario vera. Q.E.D.

Propositio XLII

Secundi, & tertii, & non primi generis cognitio docet nos verum a falso distinguere.

ramlarımızın ve yeterli idealarımızın olmasından (Bölüm 2, Ön. 38'e Sonurgu, Ön. 39 ve Sonurgu, ve Ön. 40); ve bunu *us* ve *ikinci türden bilgi* olarak adlandıracam. Bu iki tür bilginin yanısıra aşağıda göstereceğim gibi bir üçüncüsü daha vardır ki, buna *sezgisel bilme* [*scientia intuitiva*] diyeceğiz. Bu bilme türü Tanrının belli yüklemelerinin biçimsel özünün yeterli bir ideasından şeylerin özlerinin yeterli bilgisine ilerler. Tüm bunları bir örnekle açıklayacağım. Üç sayı verilmiş ve üçüncüye karşı ikincinin birinciye karşı durduğu gibi duran dördüncünün bulunması isteniyor olsun. Tecimci duraksamadan ikinciye üçüncü ile çarpıp çarpımı birinciye böler; çünkü ya öğretmenininden herhangi bir tanıtlama olmaksızın işittiklerini henüz unutmamış, ya daha bunu çok yalın sayılar üzerinde denemiş, ya da Öklides'in 7'nci Kitabının 19'uncu Önermesinin tanıtından tüm orantılıların ortak özelliğini anlamıştır. Ama en yalın sayılarda tüm bunlara hiç gerek yoktur. Örneğin 1, 2, 3 sayıları verilmişse dördüncü orantılının 6 olacağını herkes görür, ve bu çok daha açıktır, çünkü birinci ve ikinci arasında tek bir sezgi yoluyla gördüğümüz orandan dördüncüyü çıkarırız.

ÖNERME 41

Birinci türden bilgi yanlışlığın biricik nedenidir; ikinci ve üçüncü bilgi türü zorunlu olarak doğrudur.

Tanıt. Önceki Notta söylediğimiz gibi, yeter siz ve karışık olan tüm idealar birinci türden bilgiye aittir; dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 35) bu bilgi yanlışlığın biricik nedenidir. Bundan başka, ikinci ve üçüncü türden bilgiye gelince, yeterli olan ideaların ona ait olduğunu söyledik; dolayısıyla bu bilgi (Bölüm 2, Ön. 34) zorunlu olarak gerçektir.—Q.E.D.

ÖNERME 42

Bize doğruyu yanlıştan ayırdetmeyi öğreten birinci değil ama ikinci ve üçüncü türden bilgidir.

Tanıt. Bu önerme kendiliğinden açıktır. Çünkü doğruyu ve yanlış ayırtetmeyi bilen doğru ve yanlış üzerine yeterli bir ideası olmalıdır; ya da (Bölüm 2, Ön. 40'a Not), doğruyu ve yanlış ikinci ya da üçüncü tür bilgi yoluyla biliyor olmalıdır.

ÖNERME 43

Doğru bir ideası olan biri aynı zamanda doğru bir ideası olduğunu bilir, ve şeyin doğruluğundan kuşku duyamaz.

Tanıt. Bizdeki doğru bir idea Tanrının insan anlığının doğası yoluyla açıklanması ölçüsünde Tanrıda yeterli olandır (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu). Öyleyse, varsayalım ki insan anlığının doğası yoluyla açıklandığı sürece Tanrıda yeterli bir A ideası olsun. Bu ideanın zorunlu olarak Tanrıda onunla A ideası ile aynı yolda ilişkili olan bir ideası olmalıdır (Bölüm 2, Ön. 20, ki bunun tanıtı uygulamasında evrenseldir). Ama A ideasının insan anlığının doğası tarafından açıklandığı sürece Tanrı ile ilişkili olduğu kabul edilir; öyleyse A ideasının ideası Tanrı ile aynı yolda ilişkili olmalıdır, eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), A ideasının bu yeterli ideası yeterli A ideasını taşıyan anlığın kendisinde olacaktır; buna göre yeterli bir ideası olan biri, ya da (Bölüm 2, Ön. 34), bir şeyi gerçekten bilen biri, aynı zamanda bilgisinin yeterli bir ideasını ya da doğru bir bilgisini taşımali, eş deyişle (kendiliğinden açık olduğu gibi), pekin olmalıdır.—Q.E.D.

Not. Bu bölümde Ön. 21'e Notta bir ideanın ideasının ne olduğunu açıklamıştım; ama belirtmek gerek ki önceki önerme kendiliğinden açıktır. Çünkü doğru bir ideası olan hiç kimse doğru bir ideanın en yüksek pekinliği içerdiğinin bilgisizi olamaz; çünkü doğru bir idea taşımak bir şeyi eksiksiz olarak ya da en iyi yolda bilmekten başka birşey demek değildir; çünkü hiç kimse gerçekte bir ideanın bir düşünce kipi, eş deyişle anlağın kendisi olmak yerine bir tuval üzerindeki dilsiz bir tablo gibi birşey oldu-

Demonstratio. Haec Propositio per se patet. Qui enim inter verum, & falsum scit distinguere, debet adaequatam veri, & falsi habere ideam, hoc est (per Schol. 2 Prop. 40 hujus) verum, & falsum secundo, aut tertio cognitionis genere cognoscere.

Propositio XLIII

Qui veram habet ideam, simul scit se veram habere ideam, nec de rei veritate potest dubitare.

Demonstratio. Idea vera in nobis est illa, quae in Deo, quatenus per naturam Mentis humanae explicatur, est adaequata (per Coroll. Prop. 11 hujus). Ponamus itaque, dari in Deo, quatenus per naturam Mentis humanae explicatur, ideam adaequatam A. Hujus ideae debet necessario dari etiam in Deo idea, quae ad Deum eodem modo refertur, ac idea A (per Prop. 20 hujus, cujus Demonstratio universalis est). At idea A ad Deum referri supponitur, quatenus per naturam Mentis humanae explicatur; ergo etiam idea ideae A ad Deum eodem modo debet referri, hoc est (per idem Coroll. Prop. 11 hujus), haec adaequata idea ideae A erit in ipsa Mente, quae ideam adaequatam A habet; adeoque qui adaequatam habet ideam, sive (per Prop. 34 hujus) qui vere rem cognoscit, debet simul suae cognitionis adaequatam habere ideam, sive veram cognitionem, hoc est (ut per se manifestum), debet simul esse certus. Q.E.D.

Scholium. In Scholio Propositionis 21 hujus Partis explicui, quid sit idea ideae; sed notandum, praecedentem Propositionem per se satis esse manifestam. Nam nemo, qui veram habet ideam, ignorat veram ideam summam certitudinem involvere; veram namque habere ideam, nihil aliud significat, quam perfecte, sive optime rem cognoscere; nec sane aliquis de hac re dubitare potest, nisi putet, ideam quid mutum instar picturae in tabula, & non modum cogitandi esse, nempe ipsum

intelligere; & quaeso, quis scire potest, se rem aliquam intelligere, nisi prius rem intelligat? hoc est, quis potest scire, se de aliqua re certum esse, nisi prius de ea re certus sit? Deinde quid idea vera clarius, & certius dari potest, quod norma sit veritatis? Sane sicut lux seipsam, & tenebras manifestat, sic veritas norma sui, & falsi est. Atque his me ad has quaestiones respondisse puto; nempe, si idea vera, quatenus tantum dicitur cum suo ideato convenire, a falsa distinguitur, nihil ergo realitatis, aut perfectionis idea vera habet prae falsa (quandoquidem per solam denominationem extrinsecam distinguuntur), & consequenter neque etiam homo, qui veras, prae illo, qui falsas tantum ideas habet? Deinde unde fit, ut homines falsas habeant ideas? Et denique, unde aliquis certo scire potest, se ideas habere, quae cum suis ideatis conveniant. Ad has, inquam, quaestiones me jam respondisse puto. Nam quod ad differentiam inter ideam veram, & falsam attinet, constat ex Propositione 35 huius, illam ad hanc sese habere, ut ens ad non-ens. Falsitatis autem causas a Propositione 19 usque ad 35 cum ejus Scholio clarissime ostendi. Ex quibus etiam apparet, quid homo, qui veras habet ideas, homini, qui non nisi falsas habet, intersit. Quod denique ultimum attinet, nempe, undenam homo scire potest se habere ideam, quae cum suo ideato conveniat, id modo satis superque ostendi ex hoc solo oriri, quod ideam habet, quae cum suo ideato convenit, sive quod veritas sui sit norma. His adde, quod Mens nostra, quatenus res vere percipit, pars est infiniti Dei intellectus (per Coroll. Prop. 11 huius); adeoque tam necesse est, ut Mentis clarae, & distinctae ideae verae sint, ac Dei ideae.

ğunu düşünmedikçe bundan kuşku duyamaz; ve, soruyorum, kim ilk olarak bir şeyi anlamadıkça o şeyin kendisini anladığını bilebilir? ya da, kim ilkin herhangi birşeyden pekin olmadıkça o şeyden pekin olduğunu bilebilir? Dahası, doğruluk ölçünü [*norma*] olmak için doğru bir ideadan daha açık ve daha pekin başka birşey olabilir mi? Tıpkı ışığın hem kendisini hem de karanlığı göstermesi gibi, doğruluk da kendisinin ve yanlışlığın ölçünüdür. Ve bu söylenenlerin şu soruları yanıtladığını kabul ediyorum: Eğer doğru bir idea ancak ideası olduğu şey ile bağdaştığı söylendiği sürece yanlış bir ideadan ayırdedilirse, doğru idea bu yüzden yanlış olandan daha çok olgusalılık ve eksiksizlik taşımaz (çünkü bu ikisi yalnızca dışsal bir im yoluyla ayırdedilirler), ve buna göre doğru ideaları olan birinin yalnızca yanlış ideaları olan birinden daha büyük bir olgusalılığı ya da eksiksizliği olmayacaktır. Yine, nasıl olur da insanlar yanlış idealar taşırlar? Ve nasıl olur da kişi idealarının ideaları olduğu şeylerle bağdaştığı pekinliğini taşıyabilir? Dedğim gibi, bu soruları daha şimdiden yanıtladığımı sanıyorum. Çünkü doğru bir idea ile yanlış bir idea arasındaki ayrım söz konusu olduğunda, bu bölümde Ön. 35'ten açıktır ki, birincisi ikinci ile varlığın yokluk ile ilişkili olduğu gibi ilişkilidir. Yanlışlığın nedenlerini Ön. 19-35'de ve sonuncunun Notunda çok açık olarak gösterdim. Orada söylenenlerden doğru ideaları olan bir insan ile yalnızca yanlış ideaları olan bir başkası arasındaki ayrımın doğası açıktır. Son değinilen noktaya, birinin ideası olduğu şey ile bağdaşan bir idea taşıdığını nasıl bilebileceği konusuna gelince, yeterinden öte açıklıkla gösterdim ki, bunu yalnızca ve yalnızca ideası olduğu şey ile bağdaşan bir idea taşıdığı için, ya da doğruluk kendi kendisinin ölçünü olduğu için bilir. Buna ek olarak anımsamalıyız ki, anlığımız, şeyleri doğru olarak algıladığı sürece, Tanrının sonsuz anlayışının bir parçasıdır (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), ve dolayısıyla anlığın açık ve seçik idealarının Tanrının ideaları denli doğru olmaları zorunludur.

ÖNERME 44

Uzun doğası şeyleri olumsal olarak değil ama zorunlu olarak görmektir.

Tanıt. Şeyleri doğru olarak (Bölüm 2, Ön. 41), başka bir deyişle (Bölüm 1, Bel. 6), kendilerinde oldukları gibi, ya da (Bölüm 1, Ön. 29), olumsal olarak değil ama zorunlu olarak algılamak usun doğasında yatar.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Bundan şu çıkar ki şeylere yalnızca imgelem yoluyla hem geçmiş hem de gelecek ile ilişki içinde olumsal olarak bakarız.

Not. Bunun nasıl olduğunu birkaç sözle açıklayacağım. Yukarıda gösterdim ki (Bölüm 2, Ön. 17 ve Sonurgu), şeylerin şimdiki varoluşunu önleyen nedenler olmadıkça, anlık her zaman onları bulunuyor olarak imgeler, üstelik varolmasalar bile. Yine (Bölüm 2, Ön. 18), gösterdim ki, eğer insan bedeni bir kez iki dışsal cisim tarafından aynı zamanda etkilenmişse, daha sonra anlık ne zaman birini imgelerse dolaysızca ötekini anımsayacak, eş deyişle, şeylerin şimdiki varoluşunu önleyen nedenler olmadıkça, ikisini de önünde bulunuyor olarak görecektir. Yine, kimi cisimlerin başkalarından daha küçük ya da daha büyük ya da onlara eşit bir hızla devindiğini imgelediğimiz için zamanı imgelediğimizden hiç kimse kuşku duymaz. Öyleyse dün sabah ilkin Peter'i, öğleden sonra Paul'ü, akşam üzeri Simon'u, ve bu sabah yine Peter'i gören bir çocuğu alalım. Bu bölümde Ön. 18'den açıktır ki, sabah ışığını görür görmez güneşin gökte önceki gün geçtiği ile aynı yolda ilerlediğini imgeleyecek, başka bir deyişle, bütün bir günü imgeleyecek, ve aynı zamanda imgeleminde Peter sabah ile, Paul öğleden sonra ile, Simon akşam ile bağlanacaktır; eş deyişle, Paul ve Simon'un varoluşlarını gelecek zaman ile ilişki içinde imgeleyecek, ve tersine, eğer akşam üzeri Simon'u görecektse olursa, Peter ve Paul'ü geçmiş zamana bağlayacak, çünkü onları geçmiş zaman ile birlikte imgeleyecektir; ve bu Peter, Paul ve Simon'u bu sıra içinde görmesinin sıklığına göre değişmez olacaktır.

Propositio XLIV

De natura Rationis non est res, ut contingentes, sed, ut necessarias, contemplari.

Demonstratio. De natura rationis est res vere percipere (per Prop. 41 hujus), nempe (per Axiom. 6 p. 1) ut in se sunt, hoc est (per Prop. 29 p. 1), non ut contingentes, sed ut necessarias. Q.E.D.

Corollarium I. Hinc sequitur, a sola imaginatione pendere, quod res tam respectu praeteriti, quam futuri, ut contingentes contemplantur.

Scholium. Qua autem ratione hoc fiat, paucis explicabo. Ostendimus supra (Prop. 17 hujus cum ejus Coroll.) Mentem, quamvis res non existant, eas tamen semper, ut sibi praesentes, imaginari, nisi causae occurrant, quae earum praesentem existentiam secludant. Deinde (Prop. 18 hujus) ostendimus, quod, si Corpus humanum semel a duobus corporibus externis simul affectum fuit, ubi Mens postea eorum alterutrum imaginabitur, statim & alterius recordabitur, hoc est, ambo, ut sibi praesentia, contemplabitur, nisi causae occurrant, quae eorum praesentem existentiam secludant. Praeterea nemo dubitat, quin etiam tempus imaginemur, nempe, ex eo, quod corpora alia aliis tardius, vel celerius, vel aequae celeriter moveri imaginemur. Ponamus itaque puerum, qui heri prima vice hora matutina viderit Petrum, meridia autem Paulum, & vespertina Simeonem, atque hodie iterum matutina hora Petrum. Ex Propositione 18 hujus patet, quod simulac matutinam lucem videt, illico solem eandem caeli, quam die praecedenti viderit, partem percurrentem, sive diem integrum, & simul cum tempore matutino Petrum, cum meridia autem Paulum, & cum vespertino Simeonem imaginabitur, hoc est, Pauli, & Simeonis existentiam cum relatione ad futurum tempus imaginabitur; & contra, si hora vespertina Simeonem videat, Paulum, & Pet-

rum ad tempus praeteritum referet, eosdem scilicet simul cum tempore praeterito imaginando; atque haec eo constantius, quo saepius eos eodem hoc ordine viderit. Quod si aliquando contingat, ut alia quadam vespera loco Simeonis, Jacobum videat, tum sequenti mane cum tempore vespertino jam Simeonem, jam Jacobum, non vero ambos simul imaginabitur. Nam alterutrum tantum, non autem ambos simul tempore vespertino vidisse supponitur. Fluctuabitur itaque ejus imaginatio, & cum futuro tempore vespertino jam hunc, jam illum imaginabitur, hoc est, neutrum certo, sed utrumque contingentem futurum contemplabitur. Atque haec imaginationis fluctuatio eadem erit, si imaginatio rerum sit, quas eodem modo cum relatione ad tempus praeteritum, vel praesens contemplamur, & consequenter res tam ad tempus praesens, quam ad praeteritum, vel futurum relatas, ut contingentes, imaginabimur.

Corollarium II. De natura Rationis est res sub quadam aeternitatis specie percipere.

Demonstratio. De natura enim Rationis est res, ut necessarias, & non, ut contingentes, contemplari (per Prop. praeced.). Hanc autem rerum necessitatem (per Prop. 41 hujus) vere, hoc est (per Axiom. 6 p. 1), ut in se est, percipit. Sed (per Prop. 16 p. 1) haec rerum necessitas est ipsa Dei aeternae naturae necessitas; ergo de natura Rationis est res sub hac aeternitatis specie contemplari. Adde, quod fundamenta Rationis notiones sint (per Prop. 38 hujus), quae illa explicant, quae omnibus communia sunt, quaeque (per Prop. 37 hujus) nullius rei singularis essentiam explicant; quaeque propterea absque ulla temporis relatione, sed sub quadam aeternitatis specie debent percipi. Q.E.D.

Propositio XLV

Unaquaeque cujuscunque corporis, vel rei singularis, actu existentis, idea Dei aeternam, & infinitam essentiam necessario involvit.

Demonstratio. Idea rei singularis, actu existentis, ipsius rei tam essentiam, quam existentiam necessario

Ama eğer olur da bir başka akşam üzeri Simon yerine Jakob'u görürse, ertesi sabah imgeleminde akşamı bir kez Simon ve bir başka kez Jakob ile bağlayacaktır, ama aynı zamanda her ikisi ile de değil. Çünkü akşam üzeri birini ve daha sonra ötekini görmüş olması gerekir, aynı zamanda ikisini birden değil. Böylece imgelemi yalpalayacak, ve gelecek bir akşam ile birlikte kimi zaman birini, daha sonra ötekini imgeleyecek, başka bir deyişle, gelecek için ikisinden hiç birini pekin olarak değil ama olumsal olarak görecektir. İmgelemin bu yalpalaması aynı yolda geçmiş ya da şimdiki zaman ile ilişki içinde gördüğümüz şeylerle ilgilendiği zaman olduğu gibi olacaktır; ve dolayısıyla geçmiş, şimdi ya da gelecek ile ilgili şeyleri olumsal olarak imgeleriz.

Sonurgu 2. Şeyleri belli bir bengilik türü altında algılamak usun doğasından gelir.

Tanıt. Şeyleri olumsal olarak değil ama zorunlu olarak görmek usun doğasına özgüdür (Bölüm 2, Ön. 44). Şeylerin bu zorunluluğunu gerçekte olduğu gibi (Bölüm 2, Ön. 41), başka bir deyişle (Bölüm 1, Bel. 6) kendinde olduğu gibi algılar. Ama (Bölüm 1, Ön. 16) şeylerin bu zorunluluğu Tanrının bengi doğasının zorunluluğunun kendisidir; öyleyse şeyleri bu bengilik doğası altında görmek usun doğasına özgüdür. Dahası, Usun temelleri kavramlardır (Bölüm 2, Ön. 38) ki, herşeye ortak olan şeyleri açıklarlar, ve hiçbir tekil şeyin özünü açıklamazlar (Bölüm 2, Ön. 37); dolayısıyla zaman ile herhangi bir ilişki olmaksızın ama belli bir bengilik türü altında kavranmalıdırlar.—Q.E.D.

ÖNERME 45

Edimsel olarak varolan her cismin ya da her tekil şeyin her ideası Tanrının bengi ve sonsuz özünü zorunlu olarak içerir.

Tanıt. Edimsel olarak varolan tekil bir şeyin ideası zorunlu olarak şeyin kendisinin hem

özünü hem de varoluşunu içerir (Bölüm 2, Ön. 8'e Sonurgu); ama tekil şeyler (Bölüm 1, Ön. 15) Tanrı olmaksızın kavranamazlar, ve (Bölüm 2, Ön. 6) Tanrı onları kipleri olarak alan bir yüklem altında görüldüğü sürece onların nedeni olduğu için, ideaları (Bölüm 1, Bel. 4) zorunlu olarak yüklemelerinin kavramını içermelidir, ya da (Bölüm 1, Tan. 6), Tanrının bengi ve sonsuz özünü içermelidir.—Q.E.D.

Not. Burada varoluş ile süreyi, eş deyişle, soyut olarak ve bir bakıma bir nicelik türü olarak tasarlandığı sürece varoluşu anlamıyorum. Ama varoluşun doğasının kendisinden söz ediyorum ki, tekil şeylere yüklenir, çünkü Tanrının doğasının bengi zorunluğundan sonsuz sayıda şey sonsuz yolda doğar (Bölüm 1, Ön. 16). Belirtmem gerek ki, Tanrıda oldukları ölçüde tekil şeylerin varoluşunun kendisinden söz ediyorum. Çünkü her tekil şey belli bir yolda varolmak için bir başka tekil şey tarafından belirlense de, her şeyin varoluştaki kalmasını sağlayan kuvvet Tanrının doğasının bengi zorunluğundan doğar. Bu konuda bkz. Bölüm 1, Ön. 24'e Sonurgu.

ÖNERME 46

Tanrının her idea tarafından içerilen bengi ve sonsuz özünün bilgisi yeterli ve eksiksizdir.

Tanıt. Önceki önermenin tanıtı evrenseldir, ve, bir şey ister bir parça isterse bir bütün olarak görülsün, ideası, ister parçanın isterse bütünü ideası olsun (Bölüm 2, Ön. 45), Tanrının bengi ve sonsuz özünü içerir. Öyleyse, Tanrının bengi ve sonsuz özünün bir bilgisini veren şey tümüne ortaktır ve eşit olarak parçada ve bütünde bulunur; dolayısıyla bu bilgi Bölüm 2, Ön. 38) yeterli olacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 47

İnsan anlığı Tanrının bengi ve sonsuz özünün yeterli bir bilgisini taşır.

Tanıt. İnsan anlığı öyle idealar taşır ki (Bö-

involvit (per Coroll. Prop. 8 hujus): At res singulares (per Prop. 15 p. 1) non possunt sine Deo concipi; sed, quia (per Prop. 6 hujus) Deum pro causa habent, quatenus sub attributo consideratur, cujus res ipsae modi sunt, debent necessario earum ideae (per Axiom. 4 p. 1) ipsarum attributi conceptum, hoc est (per Defin. 6 p. 1), Dei aeternam, & infinitam essentiam involvere. Q.E.D.

Scholium. Hic per existentiam non intelligo durationem, hoc est, existentiam, quatenus abstracte concipitur, & tanquam quaedam quantitatis species. Nam loquor de ipsa natura existentiae, quae rebus singularibus tribuitur, propterea quod ex aeterna necessitate Dei naturae infinita infinitis modis sequuntur (vide Prop. 16 p. 1). Loquor, inquam, de ipsa existentia rerum singularium, quatenus in Deo sunt. Nam, etsi unaquaeque ab alia re singulari determinetur ad certo modo existendum, vis tamen, quae unaquaeque in existendo perseverat, ex aeterna necessitate naturae Dei sequitur. Qua de re vide Coroll. Prop. 24 p. 1.

Propositio XLVI

Cognitio aeternae, & infinitae essentiae Dei, quam unaquaeque idea involvit, est adaequata, & perfecta.

Demonstratio. Demonstratio praecedentis Propositionis Universalis est, & sive res, ut pars, sive, ut totum, consideretur, ejus idea, sive totius sit, sive partis (per Prop. praeced.), Dei aeternam, & infinitam essentiam involvet. Quare id, quod cognitionem aeternae, & infinitae essentiae Dei dat, omnibus commune, & aequae in parte, ac in toto est, adeoque (per Prop. 38 hujus) erit haec cognitio adaequata. Q.E.D.

Propositio XLVII

Mens humana adaequatam habet cognitionem aeternae, & infinitae essentiae Dei.

Demonstratio. Mens humana ideas habet (per Prop. 22 hujus), ex

quibus (per Prop. 23 hujus) se, suumque Corpus (per Prop. 19 hujus), & (per Coroll. 1 Prop. 16 & per Prop. 17 hujus) corpora externa, ut actu existentia, percipit; adcoque (per Prop. 45 & 46 hujus) cognitionem aeternae, & infinitae essentiae Dei habet adequatam. Q.E.D.

Scholium. Hinc videmus, Dei infinitam essentiam, ejusque aeternitatem omnibus esse notam. Cum autem omnia in Deo sint, & per Deum concipiantur, sequitur, nos ex cognitione hac plurima posse deducere, quae adequate cognoscamus, atque adeo tertium illud cognitionis genus formare, de quo diximus in Scholio 2 Propositionis 40 hujus Partis, & de cujus praestantia & utilitate in Quinta Parte erit nobis dicendi locus. Quod autem homines non aequè claram Dei, ac notionum communium habent cognitionem, inde fit, quod Deum imaginari nequeant, ut corpora, & quod nomen *Deus* junxerunt imaginibus rerum, quas videre solent; quod homines vix vitare possunt, quia continuo a corporibus externis afficiuntur. Et profecto plerique errores in hoc solo consistunt, quod scilicet nomina rebus non recte applicamus. Cum enim aliquis ait, lineas, quae ex centro circuli ad ejusdem circumferentiam ducuntur, esse inaequales, ille sane aliud, tum saltem, per circulum intelligit, quam Mathematici. Sic cum homines in calculo errant, alios numeros in mente, alios in charta habent. Quare si ipsorum Mentem spectes, non errant sane; videntur tamen errare, quia ipsos in mente putamus habere numeros, qui in charta sunt. Si hoc non esset, nihil eosdem errare crederemus; ut non credidi quendam errare, quem nuper audiui clamantem, suum atrium volasse in gallinam vicini, quia scilicet ipsius mens satis perspecta mihi videbatur. Atque hinc pleraeque oriuntur controversiae, nempe, quia homines mentem suam non recte explicant, vel quia alterius mentem male interpretantur.

lüm 2, Ön. 22), bunlar yoluyla (Bölüm 2, Ön. 23) kendini ve bedenini (Bölüm 2, Ön. 19) ve bunun yanısıra (Bölüm 2, Ön. 16'ya Sonurgu, ve Ön. 17) dışsal cisimleri edimsellikte varolan şeyler olarak algılar; öyleyse (Bölüm 2, Ön. 45 ve 46) Tanrının bengi ve sonsuz özünün yeterli bir bilgisini taşır.—Q.E.D.

Not. Buradan görürüz ki Tanrının sonsuz özü ve bengiliği herkes tarafından bilinir. Ama herşey Tanrıda olduğu ve Tanrı yoluyla kavrandığı için, bundan şu çıkar ki bu bilgiden yeterli olarak bilebileceğimiz birçok şeyi çıkarsayabilir ve böylece Bölüm 2, Ön. 40'a Notta değindiğimiz ve üstünlük ve değerinden Beşinci Bölümde söz etme fırsatını bulacağımız üçüncü bilgi türünü oluşturabiliriz. Ama insanların ortak kavramların bilgileri denli seçik bir Tanrı bilgisini taşımayışlarının nedeni Tanrıyı cisimleri imgeleyebildikleri gibi imgeleyememeleri, ve *Tanrı* adını görmeye alıştıkları şeylerin imgelerine bağlamalarıdır; insanlar bundan pek kaçınmazlar çünkü dışsal cisimler tarafından sürekli olarak etkilenirler. Birçok yanlışlığı yalnızca şeylere adların doğru olarak verilmeyişinden doğar. Çünkü eğer biri dairenin özөгünden çepere doğru çizilen çizgilerin eşit olmadıklarını söyleyecek olursa, daire ile, hiç olmazsa o sırada, Matematikçilerin ondan anladığından başka birşeyi anlamış olur. Böylece insanlar hesaplamada yanlışlıklar yaptıkları zaman, anlamlarındaki sayılar kağıt üzerindeki sayılar değildir. Eğer anlamları görülebilecek olsaydı, hiçbir yanlışlığın yer almadığı görülürdü; ama yanlışlığı görünürler, çünkü anlamlarındaki sayıların kağıt üzerindeki sayılar olduğunu düşünürüz. Eğer durum böyle olmasaydı, yarıldıklarına inanmazdık, tıpkı geçenlerde adamın birinin bahçem komşunun tavuğuna uçtu diye bağırıldığını duyduğumda yanlışlığına inanmadığım gibi, çünkü ne demek istediğini çok iyi anlamıştım. Birçok tartışmanın doğmasına neden olan şey insanların ya kendi düşüncelerini doğru olarak açıklamamaları, ya da başkalarının düşüncelerini doğru olarak yo-

rumlamamalarıdır. Çünkü, gerçekte, birbirleri ile açıkça çeliştikleri zaman, ya aynı şeyleri ya da aynı şeyleri düşünürler, öyle ki başkalarında buldukları yanlışlıklar ve saçmalıklar gerçekte yoktur.

ÖNERME 48

Anlıkta ne saltık ne de özgür istenç vardır; ama anlık şunu ya da bunu istemeye bir neden tarafından belirlenir ki, bu da bir başkası tarafından belirlenir, ve bu da bir başkası tarafından, ve bu sonsuza dek böyle gider.

Tanıt. Anlık belli ve belirli bir düşünce kipidir (Bölüm 2, Ön. 11), ve dolayısıyla (Bölüm 1, Ön. 17'ye Sonurgu 2) eylemlerinin özgür nedeni olamaz ya da saltık bir isteme ya da isteme yetisi taşıyamaz; tersine şunu ya da bunu (Bölüm 1, Ön. 28) istemeye bir neden tarafından belirlenmelidir ki, bunun kendisi bir başka neden tarafından belirlenir, ve bu da yine bir başkası tarafından belirlenir, vs.—Q.E.D.

Not. Aynı yolda tanıtlanabilir ki, anlıkta hiçbir saltık anlama, isteme, sevmeye vb. yetisi yoktur. Bunlar ve benzeri yetiler öyleyse ya bütünüyle birer yapıntıdır [*fictio*], ya da tekil şeylerden oluşturma alışkanlığında olduğumuz Metafiziksel kendiliklerden [*entia*] ya da evrensellerden başka birşey değildir. Buna göre anlık ve istenç ile şu ya da bu idea ya da isteme arasındaki ilişki tıpkı kayalık ile şu ya da bu kaya arasındaki ilişki gibidir. İnsanların kendilerini özgür olarak imgelemelerine götüren nedeni Birinci Bölüme Ekte açıklamıştık. Ama daha fazla ilerlemeden önce belirtmeliyim ki, istenç ile bir doğrulama ya da yadsıma yetisini anlıyorum, bir isteği değil. Yine-liyorum: Anlığın doğru ya da yanlış olanı doğrulamasını ya da yadsımasını imleyen bir yetiyi anlıyorum, bir şeye itilmesine ya da ondan uzak durmasına yol açan bir isteği değil. Ama şimdi bu yetilerin onları kendilerinden oluşturduğumuz tekil kavramlardan ayırdedilemeyen evrensel kavramlar olduğunu tanıtladıktan sonra, bu

Nam revera, dum sibi maxime contradicunt, vel eadem, vel diversa cogitant, ita ut, quos in alio errores, & absurda esse putant, non sint.

Propositio XLVIII

In Mente nulla est absoluta, sive libera voluntas; sed Mens ad hoc, vel illud volendum determinatur a causa, quae etiam ab alia determinata est, & haec iterum ab alia, & sic in infinitum.

Demonstratio. Mens certus, & determinatus modus cogitandi est (per Prop. 11 hujus), adeoque (per Coroll. 2 Prop. 17 p. 1) suarum actionum non potest esse causa libera, sive absolutam facultatem volendi, & nolendi habere non potest; sed ad hoc, vel illud volendum (per Prop. 28 p. 1) determinari debet a causa, quae etiam ab alia determinata est, & haec iterum ab alia, &c. Q.E.D.

Scholium. Eodem hoc modo demonstratur in Mente nullam dari facultatem absolutam intelligendi, cupiendi, amandi, &c. Unde sequitur, has, & similes facultates, vel prorsus fictitias, vel nihil esse, praeter entia Metaphysica, sive universalia, quae ex particularibus formare solemus. Adeo ut intellectus, & voluntas ad hanc, & illam ideam, vel ad hanc, & illam volitionem eodem modo sese habeant, ac lapideitas ad hunc, & illum lapidem, vel ut homo ad Petrum, & Paulum. Causam autem, cur homines se liberos esse putent, explicuimus in Appendice Partis Primae. Verum, antequam ulterius pergam, venit hic notandum, me per voluntatem affirmandi, & negandi facultatem, non autem cupiditatem intelligere; facultatem, inquam, intelligo, qua Mens, quid verum, quidve falsum sit, affirmat, vel negat, & non cupiditatem, qua Mens res appetit, vel aversatur. At postquam demonstravimus, has facultates

notiones esse universales, quae a singularibus, ex quibus easdem formamus, non distinguuntur, inquirendum jam est, an ipsae volidones aliquid sint, praeter ipsas rerum ideas. Inquirendum, inquam, est, an in Mente alia affirmatio, & negatio detur praeter illam, quam idea, quatenus idea est, involvit, qua de re vide sequentem Propositionem, ut & Definitionem 3 hujus, ne cogitatio in picturas incidat. Non enim per ideas imagines, quales in fundo oculi, & si placet, in medio cerebri formantur, sed Cogitationis conceptus intelligo.

Propositio XLIX

In Mente nulla datur volitio, sive affirmatio, & negatio praeter illam, quam idea, quatenus idea est, involvit.

Demonstratio. In Mente (per Prop. praeced.) nulla datur absoluta facultas volendi, & nolendi, sed tantum singulares volitiones, nempe haec, & illa affirmatio, & haec, & illa negatio. Concipiamus itaque singularem aliquam volitionem, nempe modum cogitandi, quo Mens affirmat, tres angulos trianguli aequales esse duobus rectis. Haec affirmatio conceptum, sive ideam trianguli involvit, hoc est, sine idea trianguli non potest concipi. Idem enim est, si dicam, quod A conceptum B debeat involvere, ac quod A sine B non possit concipi. Deinde haec affirmatio (per Axiom. 3 hujus) non potest etiam sine idea trianguli esse. Haec ergo affirmatio sine idea trianguli nec esse, nec concipi potest. Porro haec trianguli idea, hanc eandem affirmationem involvere debet, nempe, quod tres ejus anguli aequantur duobus rectis. Quare & vice versa haec trianguli idea, sine hac affirmatione nec esse, nec concipi potest, adeoque (per Defin. 2 hujus) haec affirmatio ad essentiam ideae trianguli pertinet, nec aliud praeter ipsam est. Et quod de hac volitione diximus (quandoquidem eam ad libitum sumpsimus), dicendum etiam est

isteme edimlerinin kendilerinin şeylerin idealarından başka birşey olup olmadığını araştırmamız gerekir. Yineliyorum, anlıkta bir idea olduğu sürece ideanın içerdiğinden başka herhangi bir doğrulamanın ya da yadsımanın olup olmadığını araştırmalıyız; bu amaçla, düşüncenin resimlere indirgenmemesi için, bu bölümde sonraki önermeye ve 3'üncü tanıma bakabiliriz. Çünkü idealar ile gözün arkasında, ya da eğer dilerseniz, beynin ortasında oluşan imgeleri değil, ama daha çok düşüncenin kavramlarını anlıyorum.

ÖNERME 49

Anlıkta ideanın bir idea olduğu sürece içerdiğinden başka hiçbir isteme ya da doğrulama ve yadsıma yoktur.

Tanıt. Anlıkta (önceki Ön.) hiçbir saltuk isteme ve istememe yetisi yoktur, ama yalnızca tekil isteme edimleri, başka bir deyişle, şu ya da bu doğrulama ve şu ya da bu yadsıma vardır. Buna göre, anlığı bir üçgenin üç açısının iki dik açıya eşit olduğunu doğrulamaya götüren herhangi bir tekil isteme ediminin, eş deyişle, herhangi bir düşünce kipinin olduğunu düşünelim. Bu doğrulama üçgenin kavramını ya da ideasını içerir, eş deyişle, üçgen ideası olmaksızın bu doğrulama kavranamaz. Çünkü A B'nin kavramını içermelidir demek A B olmaksızın kavranamaz demekle birdir. Dahası, üçgen ideası olmaksızın bu doğrulama (Bölüm 2, Bel. 3) olamaz. Öyleyse doğrulama üçgen ideası olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilir. Ama bu üçgen ideası üç açısının iki dik açıya eşit olduğu biçimindeki aynı doğrulamayı içermelidir. Yine bu yüzden, evrik olarak, bu üçgen ideası bu doğrulama olmaksızın ne olabilir ne de kavranabilir; öyleyse (Bölüm 2, Tan. 2) bu doğrulama üçgenin ideasının özü ile ilgilidir, ve bundan başka birşey değildir. Ve bu isteme edimi konusunda söylediğimiz herşey (istememin kendisi rasgele seçildiği için) tüm başka isteme edimleri için de geçerlidir, başka bir

deyişle, bunlar idealardan başka birşey değildirler.—Q.E.D.

Sonurğu. İstenç ve anlak bir ve aynıdır.

Tanıtl. İstenç ve anlak tekil isteme edimlerinin ve ideaların kendilerinden başka birşey değildir (Bölüm 2, Ön. 48 ve Not). Ama tekil isteme ve idea (Bölüm 2, Ön. 49) bir ve aynıdır, öyleyse istenç ve anlak bir ve aynıdır.—Q.E.D.

Not. Böylece yanlışlığın nedeni konusundaki yaygın bir görüşü çürütmüş olduk. Yukarıda yanlışlığın yalnızca sakat ve karışık ideaların içerdikleri yoksunluktan oluştuğunu tanıtlamıştım. Bu yüzden yanlış bir idea, yanlış olduğu sürece, pekinlik içermez. Buna göre, bir insanın yanlış olanı onayladığını ve ondan kuşku duymadığını söylediğim zaman, onun pekin olduğunu değil ama yalnızca kuşku duymadığını, başka bir deyişle, imgeleminin yalpalamasına yol açmaya yetecek hiçbir neden olmadığı için yanlış olanı onayladığını söylemiş olurum. Bu konu üzerine bkz. bu bölümde Ön. 44'e Not. Dolayısıyla, bir insanın yanlış olana sarıldığı düşünülse de, hiçbir zaman bu nedenle pekin olduğunu söylemeyeceğiz. Çünkü pekinlikten olumlu birşeyi anlarız (Böl. 2, Ön. 43 ve Not), kuşkunun yoksunluğunu değil. Ama pekinlik yoksunluğu ile yanlışlığı anlarız. Ama önceki önermenin daha tam bir açıklaması için bir kaç nokta eklenmelidir. Bunun dışında geriye öğretimize yöneltilebilecek karşıcıkları yanıtlamak kalıyor; ve son olarak, tüm duraksamaları giderebilmek için, bu öğretinin kimi üstünlüklerini belirtmeye değer olduğunu düşünüyorum. Kimi diyorum, çünkü başlıca üstünlükleri Beşinci Bölüme geldiğimiz zaman daha iyi anlaşılacaktır.

O zaman ilk nokta ile başlayacak ve Okurlarıma idea ya da anlığın bir kavramı ve imgelediğimiz şeylerin imgeleri arasında dikkatle ayırım yapmalarını anımsatacağım. İkinci olarak, idealar ile şeyleri imleyen sözcükler arasında bir ayırım yapmak zorundayız. Çünkü bu üçü, imgeler, sözcükler ve idealar, birçok insan

de quacunque volitione, nempe, quod praeter ideam nihil sit. Q.E.D.

Corollarium. Voluntas, & intellectus unum, & idem sunt.

Demonstratio. Voluntas, & intellectus nihil praeter ipsas singulares volitiones, & ideas sunt (per Prop. 48 hujus, & ejusdem Schol.). At singularis volitio, & idea (per Prop. praeced.) unum, & idem sunt, ergo voluntas, & intellectus unum, & idem sunt. Q.E.D.

Scholium. His causam, quae communiter erroris esse statuitur, sustulimus. Supra autem ostendimus, falsitatem in sola privatione, quam ideae mutilatae, & confusae involvunt, consistere. Quare idea falsa, quatenus falsa est, certitudinem non involvit. Cum itaque dicimus, hominem in falsis acquiescere, nec de iis dubitare, non ideo ipsum certum esse, sed tantum non dubitare dicimus, vel quod in falsis acquiescit, quia nullae causae dantur, quae efficiant, ut ipsius imaginatio fluctuetur. Qua de re vide Scholium Propositionis 44 hujus Partis. Quantumvis igitur homo falsis adhaerere supponatur, nunquam tamen ipsum certum esse dicemus. Nam per certitudinem quid positivum intelligimus (vide Prop. 43 hujus cum ejusdem Schol.), non vero dubitationis privationem. At per certitudinis privationem falsitatem intelligimus. Sed ad uberio-rem explicationem praecedentis Propositionis quaedam monenda supersunt. Superest deinde, ut ad objectiones, quae in nostram hanc doctrinam objici possunt, respondeam; & denique, ut omnem amoveam scrupulum, operae pretium esse duxi, hujus doctrinae quasdam utilitates indicare. Quasdam, inquam; nam praecipuae ex iis, quae in Quinta Parte dicemus, melius intelliguntur.

Incipio igitur a primo, Lectorisque moneo, ut accurate distinguant inter ideam, sive Mentis conceptum, & inter imagines rerum, quas imaginamur. Deinde necesse est, ut distinguant inter ideas, & verba, quibus res significamus. Nam quia haec tria, imagines scilicet, verba, & ideae a

multis vel plane confunduntur, vel non satis accurate, vel denique non satis caute distinguuntur, ideo hanc de voluntate doctrinam, scitu prorsus necessariam, tam ad speculationem, quam ad vitam sapienter instituendam, plane ignorarunt. Quippe, qui putant ideas consistere in imaginibus, quae in nobis ex corpore occurru formantur, sibi persuadent, ideas illas rerum, quarum similem nullam imaginem formare possumus, non esse ideas, sed tantum figmenta, quae ex libero voluntatis arbitrio fingimus; ideas igitur, veluti picturas in tabula mutas, aspiciunt, & hoc praedudicio praeoccupati, non vident, ideam, quatenus idea est, affirmationem, aut negationem involvere. Deinde, qui verba confundunt cum idea, vel cum ipsa affirmatione, quam idea involvit, putant se posse contra id, quod sentiunt, velle; quando aliquid solis verbis contra id, quod sentiunt, affirmant, aut negant. Haec autem praedudicia exuere facile is poterit, qui ad naturam cogitationis attendit, quae extensionis conceptum minime involvit; atque adeo clare intelligit, ideam (quandoquidem modus cogitandi est) neque in rei alicujus imagine, neque in verbis consistere. Verborum namque, & imaginum essentia a solis motibus corporeis constituitur, qui cogitationis conceptum minime involvunt. Atque haec pauca de his monuisse sufficiat, quare ad praedictas objectiones transeo.

Harum prima est, quod constare putant, voluntatem latius se extendere, quam intellectum, atque adeo ab eodem diversam esse. Ratio autem, cur putant, voluntatem latius se extendere, quam intellectum, est, quia se experiri ajunt, se non majore assentiendi, sive affirmandi, & negandi facultate indigere ad infinitis aliis rebus, quas non percipimus, assentiendum, quam jam habemus, at quidem majore facultate intelligendi. Distinguitur ergo voluntas ab intellectu, quod finitus hic sit, illa autem infinita.

tarafından ya bütününüyle karıştırıldığı ya da yeterli bir doğruluk ve özenle ayırıldığını için, istenç üzerine bu öğretiyi bilmenin hem felsefi kurgu hem de yaşamın bilgece yönetimi için ne denli zorunlu olduğu bütününü gözden geçirilir. İdeaların bizde dışsal cisimler ile karşılaşma yoluyla doğan imgelerden oluştuğunu düşünenler, kendilerini benzer bir imgelerini oluşturmadığımız şeylerin idealarının birer idea değil ama yalnızca özgür istencin kararı ile yaratılan uydurmalar olduğuna inanırlar; bu yüzden idealara bir tuval üzerindeki dilsiz tablolar gibi bakarlar, ve bu önyargıya kapılarak bir ideanın, bir idea olduğu sürece, doğrulama ya da yadsıma içerdiğini görmezler. Yine, sözcükleri idea ile ya da ideanın içerdiği doğrulamanın kendisi ile karıştıranlar duyumsadıklarına aykırı birşeyi yalnızca sözcüklerle doğruladıkları ya da yadsıdıkları zaman duyumsadıklarına aykırı birşeyi isteyebileceklerine inanırlar. Ama düşüncenin uzam kavramını en küçük bir biçimde içermeyen doğasına dikkat edersek bu önyargılardan kurtulmak kolay olacaktır; ve bunu yaptığımızda açıkça görürüz ki, bir idea (bir düşünce kipi olduğu için) ne herhangi birşeyin imgesinden, ne de sözcüklerden oluşur. Çünkü sözcüklerin ve imgelerin özü yalnızca düşünce kavramını en küçük bir biçimde içermeyen bedensel devimler tarafından oluşturulur. Sanırım bu noktada bu birkaç anımsatma yeterli olacaktır ve şimdi sözünü ettiğim karşıcıklara geçiyorum.

Birincisi istencin anlaktan daha geniş uzamlı ve dolayısıyla ondan ayrı olduğunun sorgusuzca kabul edilmesidir. İstencin anlaktan daha geniş bir uzamının olduğunu düşünmelerinin nedeni, derler, algılamadığımız sonsuz sayıda başka şeyi onay verebilmek için şimdi elimizde olandan daha büyük bir onay verme, eş deyişle, doğrulama ve yadsıma yetisine gereksinmezken, buna karşın daha büyük bir anlama yetisine gereksindiğimizi bulmalarıdır. İstenç buna göre anlaktan ayırılır, çünkü ikincisi sonlu iken, birincisi sonsuzdur.

Getirilebilecek ikinci karşıçıkış deneyimin bize hiçbirşeyi algıladığımız şeylere onay vermek için yargımızın askıya alınabilecek olduğundan daha açık olarak öğretmediğidir; ve birinin bir şeyi algıladığı değil ama ancak ona onay verdiği ya da vermediği sürece aldandığının söylenmesi olgusu bu görüşü güçlendirir. Örneğin kanatlı bir at imgeleyen biri bu nedenle kanatlı bir atın varolduğunu kabul etmez; başka bir deyişle, aynı zamanda kanatlı at diye birşeyin varolduğunu kabul etmedikçe zorunlu olarak aldanmaz; bu yüzden öyle görünür ki, deneyim hiçbirşeyi istencin ya da onay verme yetisinin özgür olduğundan ve anlık yetisinden ayrı olduğundan daha açık bir yolda göstermez.

Üçüncü olarak, bir doğrulamanın bir başkasından daha fazla olgusalılık içeriyor gibi görünmediği yolunda karşı çıkılabilir; başka bir deyişle, öyle görünür ki doğru olanı doğru olarak doğrulamak için yanlış olanı doğru olarak doğrulamak için olduğundan daha büyük bir güce gereksinim duymayız; gene de, bir ideanın bir başkasından daha fazla olgusalılık ya da eksiksizlik içerdiğini gözleriz, çünkü kimi nesneler başkalarından daha üstün oldukları için, ideaları da aynı oranda daha eksiksizdir; bu yüzden istenç ve anlık arasında bir ayrım olduğu tartışma götürmez gibi görünür.

Dördüncü olarak, karşı çıkılabilir ki eğer bir insan istenç özgürlüğünden davranmıyorsa, Buridan'ın eşeği gibi bir denge durumunda olsaydı ne yapardı?* Açlık ve susuzluktan ölür müydü? Bunu kabul edersem, onu bir eşek ya da bir insan yontusu olarak tasarlıyor gibi görünürüm, edimsel bir insan olarak değil; ama eğer yadsırsam, o zaman kendini belirleyecek ve dolayısıyla dilediği yere gitme ve dilediği şeyi yapma yetisini taşıyacaktır. Bunların yanısıra başka karşıçıkışlar da olabilir; ama herkesin düşleyebilecek olduğunu

Secundo nobis objici potest, quod experientia nihil clarius videatur docere, quam quod nostrum judicium possumus suspendere, ne rebus, quas percipimus, assentiamur; quod hinc etiam confirmatur, quod nemo dicitur decipi, quatenus aliquid percipit, sed tantum, quatenus assentitur, aut dissentitur. Ex. gr. qui equum alatum finigit, non ideo concedit dari equum alatum, hoc est, non ideo decipitur, nisi simul concedat, dari equum alatum; nihil igitur clarius videtur docere experientia, quam quod voluntas, sive facultas assentiendi libera sit, & a facultate intelligendi diversa.

Tertio objici potest, quod una affirmatio non plus realitatis videtur continere, quam alia, hoc est, non majore potentia indigere videmur ad affirmandum, verum esse id, quod verum est, quam ad aliquid, quod falsum est, verum esse affirmandum; at unam ideam plus realitatis, sive perfectionis, quam aliam habere percipimus; quantum enim objecta alia aliis praestantiora, tantum etiam eorum ideae aliae aliis perfectiores sunt; ex quibus etiam constare videtur differentia inter voluntatem, & intellectum.

Quarto objici potest, si homo non operatur ex libertate voluntatis, quid ergo fiet, si in aequilibrio sit, ut Buridani asina? Famene, & siti peribit? Quod si concedam, viderer asinam, vel hominis statuam, non hominem concipere; si autem negem, ergo seipsum determinabit, & consequenter eundi facultatem, & faciendi quicquid velit, habet. Praeter haec alia forsan possunt objici; sed quia inculcare non

*[Fransız felsefecisi Jean Buridan'a (yklş. 1300-1358) yüklenen bir uslamlama. Bir eşeğin eşit ölçüde çekici görünen iki saman demetinin her ikisinden de eşit uzaklıkta durduğu kabul edilir. Vargı eşeğin açlıktan öleceği, çünkü demetlerden birini ötekine yeğlemek için hiçbir nedeninin olmadığıdır.]

teneor, quid unusquisque somnare potest, ad has objectiones tantum respondere curabo, idque quam potero breviter.

Et quidem ad primam dico, me concedere, voluntatem latius se extendere, quam intellectum, si per intellectum claras tantummodo, & distinctas ideas intelligent; sed nego voluntatem latius se extendere, quam perceptiones, sive concipiendi facultatem; nec sane video, cur facultas volendi potius dicenda est infinita, quam sentiendi facultas; sicut enim infinita (unum tamen post aliud; nam infinita simul affirmare non possumus) eadem volendi facultate possumus affirmare, sic etiam infinita corpora (unum nempe post aliud) eadem sentiendi facultate possumus sentire, sive percipere. Quod si dicant, infinita dari, quae percipere non possumus? regeo, nos ea ipsa nulla cogitatione, & consequenter nulla volendi facultate posse assequi. At dicunt, si Deus vellet efficere, ut ea etiam perciperemus, majorem quidem facultatem percipiendi deberet nobis dare, sed non majorem, quam dedit, volendi facultatem; quod idem est, ac si dicerent, quod si Deus velit efficere, ut infinita alia entia intelligeremus, necesse quidem esset, ut nobis daret majorem intellectum; sed non universaliorem entis ideam, quam dedit, ad eadem infinita entia amplectendum. Ostendimus enim voluntatem ens esse universale, sive ideam, qua omnes singulares volitiones, hoc est, id, quod iis omnibus commune est, explicamus. Cum itaque hanc omnium volitionum communem, sive universalem ideam facultatem esse credant, minime mirum, si hanc facultatem ultra limites intellectus in infinitum se extendere dicant. Universale enim aequale de uno, ac de pluribus, ac de infinitis individuis dicitur.

Ad secundam objectionem respondeo negando, nos liberam habere potestatem iudicium suspendendi. Nam cum

tartışmak zorunda olmadığım için, yalnızca sözünü ettiğim bu karşıcıkları olanaklı olduğunca kısaca yanıtlamakla yetineceğim.

İlk karşıcıkışa yanıt olarak, kabul ediyorum ki eğer anlık ile yalnızca açık ve seçik ideaları anlıyorsak istenç kendini anlaktan daha geniş bir alana yayar; ama anlağın algılardan ya da kavrama yetisinden daha geniş kapsamlı olduğunu yadsıyorum; ne de duyumsama yetisinin değil de istenç yetisinin sonsuz olduğunun söylenmesine bir anlam verebilirim; çünkü aynı istenç yetisi yoluyla sonsuz sayıda şeyi doğrulayabilmemiz gibi (biri birer, çünkü sonsuz sayıda şeyi hep birlikte doğrulayamayız), aynı duyumsama yetisi yoluyla sonsuz sayıda cismi (biri bir ardına) duyumsayabilir ya da algılayabiliriz. Eğer algılayamadığımız sonsuz sayıda şey olduğu söylenirse, yanıtlam bu sayıya hiçbir düşünce yoluyla ve dolaşısıyla hiçbir istenç yetisi yoluyla ulaşamayacağımızdır. Ama gene de derler ki eğer Tanrı o şeyleri algılamamızı sağlamayı isteseydi, o zaman onun bize vermiş olduğundan daha büyük bir istenç yetisi değil ama daha büyük bir algılama yetisi vermesi gerekirdi; başka bir deyişle, eğer Tanrı sonsuz bir sayıda başka varlığı anlamamızı sağlamayı istemiş olsaydı, o zaman böyle sonsuz sayıda varlığı ayımsayabilmemiz için bize daha büyük bir anlık vermesi zorunlu olurdu, ama, daha şimdiden vermiş olduğundan daha evrensel bir varlık ideası değil. Çünkü, gösterdiğim gibi, istenç evrensel bir varlık ya da bir ideadır ki tüm tekil isteme edimlerini, e.d. tümüne ortak olanı onunla açıklarız. Öyleyse tüm istenç edimlerinin bu ortak ya da evrensel ideasının bir yeti olduğuna inandıkları için, onun kendini anlağın sınırlarının ötesine sonsuz olarak yaydığını söylemelerine şaşırılmamak gerekir. Çünkü evrenselin bir ya da çok ya da sonsuz sayıda birey için aynı olduğu söylenir.

İkinci karşıcıkışa yargıyı askıya almak için özgül bir gücümüzün olduğunu yadsıyarak yanıt veriyorum. Çünkü birinin yargıyı askıya aldığı söylediğimiz zaman, şeyi yeterli olarak algılamadığını gördüğünden başka birşey demiş

olmayız. Bu yüzden yargının askıya alınması gerçekte bir algıdır, özgür istenç değil. Bunun açıkça anlaşılabilmesi için, kanatlı bir at imgeleyen ve başka hiçbirşey algılamayan bir çocuğun durumunu alalım. Bu imge atın varoluşunu içerdiği için (Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurgu), ve çocuk atın varoluşunu ortadan kaldıran herhangi birşey algılamadığı için, zorunlu olarak onu bulunuyor olarak düşünecektir; ne de pekin olmasa bile varoluşundan bir kuşku duyabilecektir. Bu düşlerde her gün yaşadığımız birşeydir, ve düşleri sırasında düşlediği şeyler üzerine yargısını askıya almak ve gördüğünü düşlediği şeyleri düşlemesinin önüne geçmesini sağlayabilmek için özgür gücü olduğunu düşünen herhangi birinin olduğuna inanmıyorum; ve gene de düşlerde yargımızı askıya aldığımız olur—ama düşlediğimizi düşlediğimiz zaman. Hiç kuşkusuz kabul ediyorum ki, hiç kimse algıladığı sürece aldanmaz, başka bir deyişle, kabul ediyorum ki, anlığın imgeleri kendilerinde düşünöldüklerinde hiçbir yanlış içermezler (Bölüm 2, Ön. 17'ye Not); ama bir insanın algıladığı sürece hiçbirşeyi doğrulamadığını yadsıyorum. Çünkü kanatlı bir atı algılamak atın kanatları olduğunu doğrulamaktan başka nedir? Çünkü eğer anlık bu kanatlı attan başka hiçbirşey algılamasaydı, onu bulunuyor olarak görürdü; ve ne varoluşundan kuşku duymak için nedeni ne de ona onay vermeme yetisi olurdu, eğer kanatlı atın imgesi varoluşunu ortadan kaldıran bir idea ile bağlı değilse, ya da eğer anlık taşıdığı kanatlı at ideasının yetersiz olduğunu algılamıyorsa; ve o zaman zorunlu olarak atın varoluşunu yadsır, ya da zorunlu olarak onu kuşkuyla karşılardı.

Üçüncü karşıcıkışa gelince, söylenmiş olanlar, eş deyişle istencin tüm idealara yüklenen evrensel birşey olduğu, yalnızca tümüne de ortak olanı, eş deyişle doğrulamayı simgelediği belki de yeterli bir yanıt olacaktır. Bu yüzden yeterli özü, soyut olarak kavrandığı sürece, her ideada olmalı, ve yalnızca bu bakımdan

dicimus, aliquem iudicium suspendere, nihil aliud dicimus, quam quod videt, se rem non adaequate percipere. Est igitur iudicii suspensio revera perceptio, & non libera voluntas. Quod ut clare intelligatur, concipiamus puerum, equum alatum imaginantem, nec aliud quicquam percipientem. Quandoquidem haec imaginatio equi existentiam involvit (per Coroll. Prop. 17 hujus), nec puer quicquam percipit, quod equi existentiam tollat, ille necessario equum, ut praesentem, contemplabitur; nec de ejus existentia poterit dubitare, quamvis de eadem non sit certus. Atque hoc quotidie in somnis experimur, nec credo aliquem esse, qui putet, se, dum somniat, liberam habere potestatem suspendendi de iis, quae somniat, iudicium, efficiendique, ut ea, quae se videre somniat, non somniat; & nihilominus contingit, ut etiam in somnis iudicium suspendamus, nempe cum somniamus, nos somniare. Porro concedo neminem decipi, quatenus percipit, hoc est, Mentis imaginationes, in se consideratas, nihil erroris involvere concedo (vide Schol. Prop. 17 hujus); sed nego, hominem nihil affirmare, quatenus percipit. Nam quid aliud est equum alatum percipere, quam alas de equo affirmare? Si enim Mens praeter equum alatum nihil aliud perciperet, eundem sibi praesentem contempleretur, nec causam haberet ulla dubitandi de ejusdem existentia, nec ulla dissentendi facultatem, nisi imaginatio equi alati juncta sit ideae, quae existentiam ejusdem equi tollit, vel quod percipit, ideam equi alati, quam habet, esse inadaequatam, atque tum vel ejusdem equi existentiam necessario negabit, vel de eadem necessario dubitabit.

Atque his puto me ad tertiam etiam objectionem respondisse, nempe, quod voluntas universale quid sit, quod de omnibus ideis praedicatur; quodque id tantum significat, quod omnibus ideis commune est, nempe affirmationem. Cujus propterea ada-

equata essentia, quatenus sic abstracte concipitur, debet esse in unaquaque idea, & hac ratione tantum in omnibus eadem; sed non quatenus consideratur essentiam ideae constituere; nam eatenus singulares affirmationes aequae inter se differunt, ac ipsae ideae. Ex. gr. affirmatio, quam idea circuli ab illa, quam idea trianguli involvit, aequae differt, ac idea circuli ab idea trianguli. Deinde absolute nego, nos aequali cogitandi potentia indigere ad affirmandum, verum esse id, quod verum est, quam ad affirmandum, verum esse id, quod falsum est. Nam hae duae affirmationes, si mentem spectes, se habent ad invicem, ut ens ad non-ens; nihil enim in ideis positivum est, quod falsitatis formam constituit (vide Prop. 35 hujus cum ejus Schol. & Schol. Prop. 47 hujus). Quare hic apprime venit notandum, quam facile decipimur, quando universalis cum singularibus, & entia rationis, & abstracta cum realibus confundimus.

Quod denique ad quartam objectionem attinet, dico, me omnino concedere, quod homo in tali aequilibrio positus (nempe qui nihil aliud percipit, quam sitim, & famem, talem cibum, & talem potum, qui aequae ab eo distant), fame, & siti peribit. Si me rogant, an talis homo non potius asinus, quam homo sit aestimandus? dico me nescire, ut etiam nescio, quanti aestimandus sit ille, qui se pensilem facit, & quanti aestimandi sint pueri, stulti, vesani, &c.

Superest tandem indicare, quantum hujus doctrinae cognitio ad usum vitae conferat, quod facile ex his animadvertemus. Nempe

1°. Quatenus docet nos ex solo Dei nutu agere, divinaeque naturae esse participes, & eo magis, quo perfectiores actiones agimus, & quo magis magisque Deum intelligimus. Haec ergo doctrina, praeterquam quod animum omnimode quietum reddit, hoc etiam habet, quod nos docet, in quo nostra summa felicitas, sive

tümünde de aynı olmalıdır; ama bir ideanın özünü oluşturuyor olarak görüldüğü ölçüde değil, çünkü, bu düzeye dek bireysel doğrulamalar da tıpkı idealar gibi birbirlerinden ayrı olacaklardır. Örneğin bir daire ideasının içerdiği doğrulama bir üçgen ideasının içerdiğinden ayrıdır, tıpkı bir daire ideasının bir üçgen ideasmdan ayrı olması gibi. Yine, gerçek olanın gerçek olduğunu doğrulayabilmek için yanlış olanın gerçek olduğunu doğrulayabilmek için gereksindiğimize eşit bir düşünce gücüne gereksindiğimizi saltuk olarak yadsıyorum. Çünkü bu iki doğrulama, eğer anlığa bakarsak, birbiri ile varlık ve yokluk gibi ilişkilidir, çünkü bir yanlışlık biçimini oluşturan idealarda olumlu hiçbirşey yoktur (Bölüm 2, Ön. 35 ve Not, ve Bölüm 2, Ön. 47'ye Not). Burada, öyleyse, evrenselleri bireyseller ile, ve usun kendiliklerini ve soyutlamaları olgusalılıklar ile karıştırdığımız zaman nasıl kolayca aldandığımıza özellikle dikkat etmek gerekir.

Dördüncü karşıcıkışa gelince, kendini böyle bir denge durumunda (yani açlıktan ve susuzluktan ve ondan eşit uzaklıkta duran yiyecek ve içecekten başka hiçbirşey algılamadığı bir durumda) bulan bir insanın açlıktan ve susuzluktan ölecek olduğunu bütünüyle kabul ediyorum. Eğer bana böyle bir insanın bir insan olmaktan çok bir eşek olarak mı düşünülmesi gerektiği sorulsaydı, bunu bilmediğim yanıtını verirdim; ne de kendini asan bir insan için ya da çocuklar, budalalar, deliler vb. için ne düşünmek gerektiğini bildiğimi söyleyebilirim.

Geriye bu öğretinin bir bilgisinin yaşamlarımıza nasıl yararlı olduğunu göstermek kalıyor, ve bunu aşağıdakilerden kolayca anlayacağız.

1. Herşeyi yalnızca Tanrının buyruğuna göre yapmamızı ve tanrısal doğadan pay alanlar olmayı öğrettiği ölçüde, eylemlerimiz giderek daha da eksiksizleşir ve Tanrıyı giderek daha iyi anlar oluruz. Öyleyse bu öğreti ruha tam erinç getirmenin yanı sıra, bize en yüksek mutluluk ya da kutluluğumuzun neden olduğunu gösterme üstünlüğünü de taşır, çünkü onun bizi

yalnızca sevgi ve dindarlığın istediği şeyleri yapmaya götüren Tanrı bilgisinden oluştuğunu öğretir. Buradan erdemler ve en iyi eylemler için, sanki bunlar en büyük kölelikmiş gibi, Tanrıdan kendilerine en büyük ödülleri vermesini bekleyenlerin erdemin gerçek bir değerlendirmesinden ne denli uzaklaştıklarını açıkça görebiliriz: sanki erdemin kendisi ve Tanrıya hizmet etme mutluluğun kendisi ve en yüksek özgürlük değilmiş gibi.

2. Talihle ilgili şeyler açısından, ya da kendi gücümüzün içinde olmayan, başka bir deyişle, kendi doğamızdan doğmayan şeyler açısından nasıl davranmamız gerektiğini öğrettiği ölçüde bize hizmet eder; bize talihin her biçimini dinginlik içinde beklemeyi ve ona dayanmayı öğretir, çünkü tüm şeyler Tanrının bengi buyruğundan bir üçgenin üç açısının iki dik açiya eşit olmasının onun özünden doğması ile aynı zorunlukla doğarlar.

3. Bu öğretinin toplumsal yaşam açısından da katkıları vardır, çünkü bize hiç kimseden nefret etmemeyi, hiç kimseyi küçümsememeyi, hiç kimse ile alay etmemeyi, hiç kimseye öfke duymamayı ve hiç kimseye haset etmemeyi öğretir. Dahası herkese kendinin olanla yetinmeyi ve komşusuna yardım etmeyi, ama bunu kadınsı bir acıma duygusundan, yan tutmaktan ya da boşınançtan değil, ama, Dördüncü Bölümde göstereceğim gibi, zaman ve durumun gereklerine göre yalnızca usun kılavuzluğu ile yapmayı öğretir.

4. Bu öğretinin genel toplumun üstünlüğü açısından katkıları hiç de az değildir, çünkü yurttaşların hangi yolda yönetilmeleri ve yönlendirilmeleri gerektiğini, eş deyişle, birer köle gibi boyun eğmemeleri, ama en iyi şeyleri özgür olarak yapabilmeleri gerektiğini öğretir.

Bunlarla bu Notun başında yerine getirme sözünü verdiğim şeyleri tamamladım ve böylece İkinci Bölümü sonlandırıyorum; bunda, insan anlığının doğasını ve özelliklerini yeterli uzunlukta, ve eğer konunun güçlüklerini göz önüne alırsak, yeterli durulukta açıkladığını düşünüyorum; ve yine burada öyle noktaların ortaya koyulduğu

beatitudo consistit, nempe in sola Dei cognitione, ex qua ad ea tantum agenda inducimur, quae amor, & pietas suadent. Unde clare intelligimus, quantum illi a vera virtutis aestimatione aberrant, qui pro virtute, & optimis actionibus, tanquam pro summa servitute, summis praemiis a Deo decorari expectant, quasi ipsa virtus, Deique servitus non esset ipsa felicitas, & summa libertas.

II°. Quatenus docet, quomodo circa res fortunae, sive quae in nostra potestate non sunt, hoc est, circa res, quae ex nostra natura non sequuntur, nos gerere debeamus; nempe utramque fortunae faciem aequo animo expectare; & ferre: nimirum, quia omnia ab aeterno Dei decreto eadem necessitate sequuntur, ac ex essentia trianguli sequitur, quod tres ejus anguli sunt aequales duobus rectis.

III°. Confert haec doctrina ad vitam socialem, quatenus docet, neminem odio habere, contemnere, irridere, nemini irasci, invidere. Praeterea quatenus docet, ut unusquisque suis sit contentus, & proximo auxilio, non ex muliebri misericordia, partialitate, neque superstitione, sed ex solo rationis ductu, prout scilicet tempus, & res postulat, ut in Quarta Parte ostendam.

IV°. Denique confert etiam haec doctrina non parum ad communem societatem: quatenus docet, qua ratione cives gubernandi sint, & ducendi, nempe non ut servant, sed ut libere ea, quae optima sunt, agant.

Atque his, quae in hoc Schol. agere constitueram, absolvi, & eo finem huic nostrae Secundae Parti impono, in qua puto me naturam Mentis humanae, ejusque proprietates satis prolixè, & quantum rei, difficultas fert, clare explicuisse, atque talia tradidisse,

ex quibus multa praeclara,
maxime utilia, & cognitu
necessaria concludi possunt,
ut panim ex sequentibus
constabit.

na inanıyorum ki, izleyen bölümde belli bir dü-
zeyde göreceğimiz gibi, bunlardan soylu, çok
yararlı ve bilinmesi zorunlu pekçok şey çıkarsana-
bilecektir.

Finis Secundae Partis

İkinci Bölümün Sonu

BÖLÜM ÜÇ

Duyguların Kökeni ve Doğası

Önsöz

Duygular ve insanların yaşam yolları üzerine yazmış olanların çoğu evrensel doğa yasalarını izleyen doğal şeyleri değil, ama doğanın dışındaki olan şeyleri ele alıyor görünürler. Aslında, doğadaki insanı bir krallık içersindeki krallık olarak tasarlıyor görünürler. Çünkü insanın doğa düzenini izlemekten çok bozduğuna, kendi eylemleri üzerinde saltuk bir gücü olduğuna, ve kendisinden başka hiçbirşey tarafından belirlenmediğine inanırlar. Dahası, insan güçsüzlüğünün ve tutarsızlığının nedenini doğanın evrensel gücüne değil, ama insan doğasının sızlandıkları, güldükleri, küçümsedikleri ya da, daha da yaygın olarak görüldüğü gibi, tiksindikleri bilinmez bir kusuruna yüklemeye geçerler; ve bu arada anlığın güçsüzlüğünü en güzel ve en kurnaz sözlerle çekiştirmeyi bilenlere tanrısal olarak bakılır. Gene de, doğru yaşam yolu üzerine eşsiz pekçok şey yazmış ve ölümlülere sağgörülü öğüder vermiş olan değerli insanlar eksik değildir (ve onların emek ve çalışmaları na ne denli borçlu olduğumu kabul ediyorum); ama bildiğim denlisiyle hiç kimse duyguların doğalarını ve güçlerini, ve anlığın onları denetlemede onlara karşı nelere yetenekli olduğunu belirlemiş değildir. Aslında ünlü Descartes, anlığın kendi eylemleri üzerinde saltuk bir gücü olduğuna inanmış olmasına karşın, gene de boş yere insan duygularını ilk nedenleri yoluyla

ETHICES PARS TERTIA

De Origine, & Natura Affectuum

Praefatio

Plerique, qui de Affectibus, & hominum vivendi ratione scripserunt, videntur, non de rebus naturalibus, quae communes naturae leges sequuntur, sed de rebus, quae extra naturam sunt, agere. Immo hominem in natura, veluti imperium in imperio, concipere videntur. Nam hominem naturae ordinem magis perturbare, quam sequi, ipsumque in suas actiones absolutam habere potentiam, nec aliunde, quam a se ipso determinari, credunt. Humanae deinde impotentiae, & inconstantiae causam non communi naturae potentiae, sed, nescio cui naturae humanae vitio, tribuunt, quam propterea flent, rident, contemnunt, vel, quod plerumque fit, detestantur; &, qui humanae Mentis impotentiam eloquentius, vel argutius carpere novit, veluti Divinus habetur. Non defuerunt tamen viri praestantissimi (quorum labori, & industriae nos multum debere fatemur), qui de recta vivendi ratione praeclara multa scripserint, & plena prudentiae consilia mortalibus dederint; verum Affectuum naturam, & vires, & quid contra Mens in iisdem moderandis possit, nemo, quod sciam, determinavit. Scio equidem celeberrimum Cartesium, licet etiam crediderit, Mentem in suas actiones absolutam habere potentiam, Affectus tamen humanos per primas suas causas explicare, simulque viam

ostendere studuisse, qua Mens in Affectus absolutum habere possit imperium; sed, mea quidem sententia, nihil praeter magni sui ingenii acumen ostendit, ut suo loco demonstrabo. Nam ad illos revertere volo, qui hominum Affectus, & actiones detestari, vel ridere malunt, quam intelligere. His sine dubio mirum videbitur, quod hominum vitia, & ineptias more Geometrico tractare aggrediar, & certa ratione demonstrare velim ea, quae rationi repugnare, quaeque vana, absurda, & horrenda esse clamitant. Sed mea haec est ratio. Nihil in natura fit, quod ipsius vitio possit tribui; est namque natura semper eadem, & ubique una, eademque ejus virtus, & agendi potentia, hoc est, naturae leges, & regulae, secundum quas omnia fiunt, & ex unis formis in alias mutantur, sunt ubique, & semper eadem, atque adeo una, eademque etiam debet esse ratio rerum qualiumcunque naturam intelligendi, nempe per leges, & regulas naturae universales. Affectus itaque odii, irae, invidiae &c. in se considerati ex eadem naturae necessitate, & virtute consequuntur, ac reliqua singularia; ac proinde certas causas agnoscunt, per quas intelliguntur, certasque proprietates habent, cognitione nostra aequae dignas, ac proprietates cujuscunque alterius rei, cujus sola contemplatione delectamur. De Affectuum itaque natura, & viribus, ac Mentis in eosdem potentia eadem Methodo agam, qua in praecedentibus de Deo, & Mente egi, & humanas actiones, atque appetitus considerabo perinde, ac si Quaestio de lineis, planis, aut de corporibus esset.

Definitiones

I. *Causam adaequatam* appello eam, cujus effectus potest clare, & distincte per eandem percipi. *Inadaequatam* autem, seu *partialem* illam voco, cujus effectus per ipsam solam intelligi nequit.

açıklamaya ve aynı zamanda anlığın onlar üzerinde saltık egemenlik kazanabilmesinin yolunu göstermeye çalıştı; ama benim görüşümde, yeri geldiğinde açıkça göstereceğim gibi, büyük anlığının keskinliğinden başka birşey göstermedi. Burada insan duygularını ve eylemlerini anlamaktan çok onları küçümsemeyi ve onlarla alay etmeyi yeğleyenlere geri döneceğim. Böylelerine insanların kusur ve saçmalıklarını geometrik yolla incelemeye girişmem ve onların her zaman usa aykırı diye, boşuna diye, saçma ve tiksindirici diye haykırdıkları şeyleri pekin bir usamlama yoluyla tanıtlamayı istemem hiç kuşkusuz tuhaf görünecektir. Ama nedenim şudur. Doğada onun herhangi bir kusuruna yüklenebilecek hiçbirşey olmaz; çünkü o her zaman aynıdır, kuvveti ve etkinlik gücü her yerde bir ve aynıdır; başka bir deyişle, her şeyin olmasını ve bir biçimden bir başkasına değişmesini belirleyen yasaları ve kuralları her yerde ve her zaman aynıdır, öyle ki tüm şeylerin doğasını anlamanın yolu da bir ve aynı olmalı, eş deyişle, herşey doğanın evrensel yasa ve kuralları yoluyla anlaşılmalıdır. Öyleyse nefret, öfke, haset duyguları, kendilerinde alm-dıklarında, geri kalan her tekil şey gibi, doğanın aynı zorunluk ve kuvvetinden doğarlar; dolayısıyla anlaşılma- larını sağlayan belli nedenleri kabul ederler, ve salt görülmeleri bize haz veren başka her şeyin özellikleri denli bilinmeye değer belli özellikler taşırlar. Bu yüzden duyguların doğa ve kuvvetini ve anlığın onlar üzerindeki gücünü irdelemede Tanrı ve anlık üzerine bundan önceki bölümlerde kullandığım aynı yöntemi izleyeceğim, ve insan eylem ve itkilerini tıpkı çizgileri, yüzeyleri ya da cisimleri ele alıyormuş gibi irdelleyeceğim.

TANIMLAR

1. Etkisi kendisi yoluyla açık ve seçik olarak algılanabilen nedene yeterli neden diyorum. Öte yandan, etkisi yalnızca kendisi yoluyla algılanamayan nedene yetersiz ya da bölümsel neden diyorum.

2. İster içimizde ister dışımızda yeterli nedeni biz olan herhangi birşey yer aldığı zaman, başka bir deyişle (önceki Tanıma göre), ister dışımızda ister içimizde olsun, doğamızdan yalnızca o doğa yoluyla açık ve seçik olarak anlaşılabilen herhangi birşey doğduğu zaman *etkinizdir* diyorum. Buna karşı, ancak bölümsel nedeni olduğumuz birşey şey içimizde yer aldığı ya da doğamızdan doğduğu zaman *edilgin* olduğumuzu söylüyorum.

3. *Duygu* [*affectus*] ile bedende onun kendisinin etkinlik gücünü arttıran ya da azaltan, ona yardımcı ya da engelleyici olan değişiklikleri, ve aynı zamanda bu değişikliklerin idealarını anlıyorum.

Öyleyse, eğer bu değişikliklerin herhangi birinin yeterli nedeni biz olabilirsek, duyguyu bir *eylem* [*actio*] olarak, yoksa bir *tutku* [*passio*] olarak anlıyorum.

KONUTLAMALAR

1. İnsan bedeni etkinlik gücünü arttıran ya da azaltan birçok yolda, ama ayrıca etkinlik gücünü ne büyüten ne de küçüten başka birçok yolda da etkilenebilir.

Bu konutlama ya da belit Bölüm 2, Ön. 13'ü izleyen Kon. I ve Yard. Ön. 5 ve 7 üzerine dayanır.

2. İnsan bedeni birçok değişime uğrayabilir, ve gene de nesnelerin izlenim ya da izlerini (Bölüm 2, Kon. 5), ve dolayısıyla şeylerin aynı imgelerini saklayabilir; imgelerin tanımı için bkz. Bölüm 2, Ön. 17'ye Not.

ÖNERME 1

Anlığımız kimi zaman etkin, ama kimi zaman edilgindir: daha açık olarak, yeterli ideaları olduğu sürece zorunlu olarak etkin, ve yetersiz ideaları olduğu sürece zorunlu olarak edilgindir.

Tanıt. Her insan anlığında idealardan kimileri yeterli, başkaları ise sakat ve karışıktır (Bölüm 2, Ön. 40'a Not). Ama herhangi bir anlıkta yeterli olan idealar Tanrının o anlığın özünü oluşturması ölçüsünde Tanrıda yeterlidir (Bölüm 2, Ön.

II. Nos tum *agere* dico, cum aliquid in nobis, aut extra nos fit, cujus adaequata sumus causa, hoc est (per Defin. praeced.) cum ex nostra natura aliquid in nobis, aut extra nos sequitur, quod per eandem solam potest clare, & distincte intelligi. At contra nos *pati* dico, cum in nobis aliquid fit, vel ex nostra natura aliquid sequitur, cujus nos non, nisi partialis, sumus causa.

III. Per *Affectum* intelligo Corporis affectiones, quibus ipsius Corporis agendi potentia augeatur, vel minuitur, juvatur, vel coercetur, & simul harum affectionum ideas.

Si itaque alicujus harum affectionum adaequata possimus esse causa, tum per *Affectum actionem* intelligo, alias *passionem*.

Postulata

I. Corpus humanum potest multis affici modis, quibus ipsius agendi potentia augeatur, vel minuitur, & etiam aliis, qui ejusdem agendi potentiam nec majorem, nec minorem reddunt.

Hoc Postulatum, seu Axioma nititur Postulato 1 & Lemmata 5 & 7, quae vide post Prop. 13 p. 2.

II. Corpus humanum multas pati potest mutationes, & nihilominus retinere objectorum impressiones, seu vestigia (de quibus vide Post. 5 p. 2), & consequenter easdem rerum imagines; quarum Defin. vide Schol. Prop. 17 p. 2.

Propositio I

Mens nostra quaedam agit, quaedam vero patitur, nempe quatenus adaequatas habet ideas, eatenus quaedam necessario agit, & quatenus ideas habet inadaequatas, eatenus necessario quaedam patitur.

Demonstratio. Cujuscunque humanae Mentis ideae aliae adaequatae sunt, aliae autem mutilatae, & confusae (per Schol. Prop. 40 p. 2). Ideae autem, quae in alicujus Mente

sunt adaequatae, sunt in Deo adaequatae, quatenus ejusdem Mentis essentiam constituit (per Coroll. Prop. 11 p. 2), & quae deinde inadaequatae sunt in Mente, sunt etiam in Deo (per idem Coroll.) adaequatae, non quatenus ejusdem solummodo Mentis essentiam, sed etiam quatenus aliarum rerum Mentis in se simul continet. Deinde ex data quacunque idea aliquis effectus sequi necessario debet (per Prop. 36 p. 1), cujus effectus Deus causa est adaequata (vide Defin. 1 hujus), non quatenus infinitus est, sed quatenus data illa idea affectus consideratur (vide Prop. 9 p. 2). At ejus effectus, cujus Deus est causa, quatenus affectus est idea, quae in alicujus Mente est adaequata, illa eadem Mens est causa adaequata (per Coroll. Prop. 11 p. 2). Ergo Mens nostra (per Defin. 2 hujus), quatenus ideas habet adaequatas, quaedam necessario agit, quod erat primum. Deinde quicquid necessario sequitur ex idea, quae in Deo est adaequata, non quatenus Mentem unius hominis tantum, sed quatenus aliarum rerum Mentis simul cum ejusdem hominis Mente in se habet, ejus (per idem Coroll. Prop. 11 p. 2) illius hominis Mens non est causa adaequata, sed partialis, ac proinde (per Defin. 2 hujus) Mens quatenus ideas inadaequatas habet, quaedam necessario patitur. Quod erat secundum. Ergo Mens nostra, &c. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur Mentem eo pluribus passionibus esse obnoxiam, quo plures ideas inadaequatas habet, & contra eo plura agere, quo plures habet adaequatas.

Propositio II

Nec Corpus Mentem ad cogitandum, nec Mens Corpus ad motum, neque ad quietem, nec ad aliquid (si quid est) aliud determinare potest.

11'e Sonurgu); ama herhangi bir anlıkta yetersiz olanlar da Tanrının yalnızca o anlığın özünü değil, ama aynı zamanda başka şeylerin anlıklarını [*aliarum rerum 'mentis'*]* kendinde kapsamayı ölçüsünde onda yeterlidir (aynı Sonurguya göre). Dahası, verili herhangi bir ideadan belli bir etki zorunlu olarak doğmalıdır (Bölüm 1, Ön. 36), ve sonsuz olduğu sürece değil ama verili idea ile etkilenmiş olarak görüldüğü sürece (Bölüm 2, Ön. 9) Tanrı bu etkinin zorunlu nedenidir (Bölüm 3, Tan. 1). Ama Tanrının herhangi birinin anlığında yeterli olan bir idea tarafından etkilendiği sürece nedeni olduğu etkinin yeterli nedeni aynı anlıktır (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu). Öyleyse, anlığımız (Bölüm 3, Tan. 2) yeterli idealar taşıdığı sürece zorunlu olarak etkindir, ki tanıtlamayı istediğimiz ilk nokta buydu. Yine, eğer Tanrının kendi içinde yalnızca tek bir insanın anlığım değil ama aynı zamanda bu insanın anlığı ile birlikte başka şeylerin anlıklarını da [*mentis*] kapsamayı ölçüsünde onda yeterli olan bir ideadan zorunlu olarak doğan herhangi birşey varsa, o zaman o insanın anlığı (Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu) o şeyin yeterli değil ama ancak bölümsel nedenidir, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Tan. 2), anlık yetersiz idealar taşıdığı sürece zorunlu olarak edildir. Ki tanıtlanacak ikinci noktaydı. Öyleyse anlığımız vs.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki anlık ne denli yetersiz idea taşırırsa o denli edilgin olmaya açıktır, ve buna karşı ne denli yeterli idea taşıyorsa o denli etkindir.

ÖNERME 2

Ne beden anlığı düşünmeye, ne de anlık bedeni deyim ya da dinginliğe, ya da başka herhangi birşey varsa, başka herhangi birşeye belirleyebilir.

*[Paulus, Bruder, Van Vloten ve Land yayımlarında "mentes"; Jacob Stern "Geister anderer Dinge" olarak, G. H. R. Parkinson "minds of other things" olarak, Charles Appuhn "Ames d'autres choses" olarak çeviriyor. James Gutmann Bölüm 2, 11S'ye dayanarak "*mentis*" yerine "ideas" olarak okunması gerektiğini belirtir. "Başka şeylerin anlıkları" aşâğda bir kez daha yinelenecektir.]

Tanıt. Tüm düşünme kipleri başka bir yüklem tarafından açıklandığı değil ama düşünen bir şey olduğu sürece Tanrıyı bir neden olarak alır (Bölüm 2, Ön. 6); öyleyse anlığı düşünmeye belirleyen şey bir düşünme kipidir, bir uzam kipi ya da (Bölüm 2, Tan. 1) beden değil—ki tanıtlanacak ilk noktaydı. Yine cismin devim ve dinginliği bir başka cisimden doğmalıdır ki, bu da devim ya da dinginliğe bir başkası tarafından belirlenmiş olmalıdır; ve, saltık olarak, bedende doğan herşey herhangi bir düşünme kipi tarafından değil ama belli bir uzam kipi tarafından etkileniyor olarak görülen Tanrıdan doğmuş olmalıdır (Bölüm 2, Ön. 6); başka bir deyişle, bir düşünme kipi olan anlıktan doğmuş olamaz (Bölüm 2, Ön. 11), ki tanıtlanacak ikinci nokta buydu. Öyleyse ne beden anlığı vs.—Q.E.D.

Not. Bu önerme Bölüm 2, Ön. 7'ye Notta söylenenlerden daha açık olarak anlaşılacaktır: anlık ve beden kimi zaman düşünce yüklemi altında, kimi zaman uzam yüklemi altında kavranan bir ve aynı şeydir. Bu nedenledir ki, şeylerin düzeni ya da bağlanışları birdir, ya da doğa kimi zaman bu, kimi zaman o yüklem altında tasarlanır, ve buna göre bedenimizin etkinlik ve edilginlik düzeni doğada anlığın etkinlik ve edilginlik düzeni ile eşzamanlıdır; ki ayrıca Bölüm 2'de Ön. 12'yi tanıtılama yolumuzdan da açıktır. Ama durumun böyle olmasına ve kuşku için hiçbir zemin kalmamış olmasına karşın, gene de sorunu deneyim yoluyla doğrulamadıkça insanların bu söylenenleri soğukkanlılıkla tartmaya götürüleceğine pek inanmıyorum; çünkü bedenin yalnızca anlığın bir buyruğu ile devindiğine ya da dinginlikte kaldığına ve yalnızca anlığın istenci üzerine ve düşüncenin becerisine bağımlı bir dizi şeyi yaptığına katı bir biçimde inanırlar. Çünkü bedenin neler yapabileceği şimdiye dek hiç kimse tarafından belirlenmiş değildir; başka bir deyişle, deneyim şimdiye dek hiç kimseye bedenin, anlık tarafından belirlenmiş olmaksızın, yalnızca cisimsel olarak görüldüğü sürece, doğanın yasalarına göre neleri yapabileceğini ve neleri yapamayacağını öğretmiş değil-

Demonstratio. Omnes cogitandi modi Deum, quatenus res est cogitans, & non quatenus alio attributo explicatur, pro causa habent (per Prop. 6 p. 2); id ergo, quod Mentem ad cogitandum determinat, modus cogitandi est, & non Extensionis, hoc est (per Defin. 1 p. 2), non est Corpus: Quod erat primum. Corporis deinde motus, & quies ab alio oriri debet corpore, quod etiam ad motum, vel quietem determinatum fuit ab alio, & absolute, quicquid in corpore oritur, id a Deo oriri debuit, quatenus aliquo Extensionis modo, & non quatenus aliquo cogitandi modo affectus consideratur (per eandem Prop. 6 p. 2), hoc est, a Mente, quae (per Prop. 11 p. 2) modus cogitandi est, oriri non potest; Quod erat secundum. Ergo nec Corpus Mentem &c. Q.E.D.

Scholium. Haec clarius intelliguntur ex iis, quae in Scholio Propositionis 7 Partis 2 dicta sunt, quod scilicet Mens, & Corpus una, eademque res sit, quae jam sub Cogitationis, jam sub Extensionis attributo concipitur. Unde fit, ut ordo, sive rerum concatenatio una sit, sive natura sub hoc, sive sub illo attributo concipitur, consequenter ut ordo actionum, & passionum Corporis nostri simul sit natura cum ordine actionum, & passionum Mentis: Quod etiam patet ex modo, quo Propositionem 12 Partis 2 demonstravimus. At, quamvis haec ita se habeant, ut nulla dubitandi ratio supersit, vix tamen credo, nisi rem experientia comprobavero, homines induci posse ad haec aequo animo perpendendum, adeo firmiter persuasi sunt, Corpus ex solo Mentis nutu jam moveri, jam quiescere, plurimaeque agere, quae a sola Mentis voluntate, & excogitandi arte pendent. Etenim, quid Corpus possit, nemo hucusque determinavit, hoc est, neminem hucusque experientia docuit, quid Corpus ex solis legibus naturae, quatenus corporea tantum consideratur, possit agere, & quid non possit, nisi a Men-

te determinetur. Nam nemo hucusque Corporis fabricam tam accurate novit, ut omnes ejus functiones potuerit explicare, ut jam taceam, quod in Brutis plura observentur, quae humanam sagacitatem longe superant, & quod somnambuli in somnis plurima agant, quae vigilando non audent; quod satis ostendit, ipsum Corpus ex solis suae naturae legibus multa posse, quae ipsius Mens admittatur. Deinde nemo scit, qua ratione, quibusve mediis Mens moveat corpus, neque quot motus gradus possit corpori tribuere, quantaque cum celeritate idem movere queat. Unde sequitur, cum homines dicunt, hanc, vel illam actionem Corporis oriri a Mente, quae imperium in Corpus habet, eos nescire, quid dicant, nec aliud agere, quam speciosis verbis fateri, se veram illius actionis causam absque admiratione ignorare. At dicent, sive sciant, sive nesciant, quibus mediis Mens moveat Corpus, se tamen experiri, quod, nisi Mens humana apta esset ad excogitandum, Corpus iners esset. Deinde se experiri, in sola Mentis potestate esse, tam loqui, quam tacere, & alia multa, quae proinde a Mentis decreto pendere credunt. Sed, quod ad primum attinet, ipsos rogo, num experientia non etiam doceat, quod si contra Corpus iners sit, Mens simul ad cogitandum sit inepta? Nam cum Corpus somno quiescit, Mens simul cum ipso sopita manet, nec potestatem habet, veluti cum vigilet, excogitandi. Deinde omnes expertos esse credo, Mentem non semper aequae aptam esse ad cogitandum de eodem objecto; sed, prout Corpus aptus est, ut in eo hujus, vel illius objecti imago excitetur, ita Mentem aptiorem esse ad hoc, vel illud objectum contemplandum. At dicent ex solis legibus naturae, quatenus corporea tantum consideratur, fieri non posse, ut causae aedificiorum, picturarum, rerumque hujus-

dir. Çünkü şimdiye dek hiç kimse bedenini yapısını tüm işlevlerini açıklayabilecek denli doğru olarak anlamış değildir, üstelik hayvanlarda insanın anlayış keskinliğini çok çok aşan birçok şeyin gözlenmiş olması, ve uyur gezerlerin uykularında uyanırken yapmayı göze alamadıkları birçok şeyi yapmaları gibi olgular bir yana; ve tüm bunlar bedenini kendisinin anlığın hayranlık duyacağı birçok şeyi yalnızca kendi doğasının yasalarından yapabileceğini gösterir. Yine, hiç kimse anlığın bedeni hangi yolda ya da hangi araçla devindirdiğini bilmez, ne de bedene iletebileceği kaç devim derecesi olduğunu ve onu hangi hızla devindirebileceğini bilir. Bundan şu çıkar ki, insanlar bedenini şu ya da bu eyleminin onun üzerinde gücü olan anlıktan kaynaklandığını söylerken ne dediklerini bilmezler, ve yalnızca gösterişli sözlerle eylemin nedeni konusunda hiçbirşey bilmediklerini ve onda hayret edilecek hiçbirşey görmediklerini itiraf ederler. Ama, anlığın bedeni hangi araç yoluyla devindirdiğini bilsinler ya da bilmesinler, herşeye karşın insan anlığı düşünmeye yatkın olmamış olsaydı, bedenin eylemsiz kalacak olduğunu deneyim yoluyla bulduklarını söyleyeceklerdir. Yine, yalnızca anlığın hem konuşma hem de sessiz kalma gücünü taşıdığını, ve bu nedenle anlığın kararına bağımlı gördükleri başka birçok şeyi yapabildiğini deneyim yoluyla bildiklerini söylerler. Ama ilk nokta üzerine, onlara deneyimin, tersine, beden devimsizken anlığın aynı zamanda düşünmeye yatkın olduğunu öğretip öğretmediğini sorarım. Çünkü beden uykuda dinginken, anlık da onunla birlikte uykuya dalar ve uyanırken olan düşünme gücünü göstermez. Yine inanıyorum ki, herkes anlığın aynı nesne üzerinde düşünmeye her zaman eşit ölçüde yatkın olmadığını, ama bedenini onda şu ya da bu nesnenin imgesinin yaratılması için yatkınlığı ile orantılı olarak anlığın şu ya da bu nesneyi düşünmek için daha yatkın olacağını deneyimlemiş olmalıdır. Ama diyeceklerdir ki yapıların, tabloların ve yalnızca insan sanatının ürünleri olan bu tür şeylerin nedenlerinin salt cisimsel olarak görülen doğanın

yasalarından çıkarsanması diye birşey olamaz; ve insan bedeni, anlık tarafından belirlenmedikçe ve güdülenmedikçe, örneğin bir tapınak yapmayı başaramaz. Ama şimdi gösterdiğim gibi, bedenin neler yapabileceğini bilmezler, ne de yalnızca doğasının irdelemesinden çıkarsanabilecek olanları bilebilirler, ve anlığın yönetimi olmaksızın olanaklı olacağına hiçbir zaman inanmayacakları birçok şeyin yalnızca doğanın yasalarına göre olduğunu kendi deneyimleriyle bulurlar, örneğin uyur-gezerlerin uyuklarında yaptıkları ve uyanırken kendilerinin hayret ettikleri şeyler gibi. Burada işçilikte insan sanatı tarafından yapılan her şeyi çok çok aşan insan bedeninin yapısının kendisine dikkati çekebilirim—üstelik daha önce tanıtlamış olduğum gibi, hangi yüklem altında düşünülürse düşünülün doğadan sonsuz sayıda şeyin doğması olgusu bir yana. İkinci noktalarına gelince, belirtmem gerek ki, eğer sessiz kalmak ve konuşmak eşit ölçüde insanın gücü içinde olsaydı, durum insan sorunları açısından çok daha sevindirici olurdu. Ama deneyim yeterinden öte gösterir ki, hiçbirşey insan denetiminden dil denli uzak değildir, ve insanlar başka hiçbirşeyde itkilerini denetlemede olduğundan daha az başarılı değildir; bu yüzden ki birçokları yalnızca çok az istediğimiz şeyleri yapmada özgür olduğumuza inanırlar, çünkü bu tür şeyler için itki kolayca sık sık anımsadığımız bir başka şeyin anımsanması yoluyla kısıtlanabilir; buna karşı, bir başka şeyin anımsanması yoluyla yatıştırılamayacak denli büyük bir heyecanla istenen şeyler açısından hiçbir biçimde özgür değildir. Ama daha sonra yapmış olmaktan üzüntü duyduğumuz birçok şeyi yaptığımızı, ve sık sık çatışan duygular tarafından heyecanlandırıldığımızda “daha iyi olanı görüp gene de daha kötüsünü izlediğimizi”* görmemişlerse, hiçbirşey herşeyi özgürce yaptığımıza inanmalarının önüne geçemez. Böylece bebek memeyi özgürce aradığını, öfkeli çocuk öç almayı, korkak ise kaçmayı özgürce istediğini sanır. Ayyaş ayıkken kendine saklayacaklarını anlığının özgür bir buyruğu ile söylediğini

modi, quae sola humana arte fiunt, possint deduci, nec Corpus humanum, nisi a Mente determinaretur, ducereturque, pote esset ad templum aliquod aedificandum. Verum ego jam ostendi, ipsos nescire, quid Corpus possit, quidve ex sola ipsius naturae contemplatione possit deduci, ipsosque plurima experiri ex solis naturae legibus fieri, quae nunquam credidissent posse fieri, nisi ex Mentis directione, ut sunt ea, quae somnambuli in somnis agunt, quaeque ipsi, dum vigilant, admirantur. Adde hic ipsam Corporis humani fabricam, quae artificio longissime superat omnes, quae humana arte fabricatae sunt, ut jam taceam, quod supra ostenderim, ex natura, sub quovis attributo considerata, infinita sequi. Quod porro ad secundum attinet, sane longe felicius sese res humanae haberent, si aequae in hominis potestate esset tam tacere, quam loqui. At experientia satis superque docet, homines nihil minus in potestate habere, quam linguam, nec minus posse, quam appetitus moderari suos; unde factum, ut plerique credant, nos ea tantum libere agere, quae leviter petimus, quia earum rerum appetitus facile contrahi potest memoria alterius rei, cujus frequenter recordamur; sed illa minime, quae magno cum affectu petimus, & qui alterius rei memoria sedari nequit. Verumenimvero nisi experti essent, nos plura agere, quorum postea paenitet, nosque saepe, quando sc. contrariis affectibus conflictamur, meliora videre, & deteriora sequi, nihil impediret, quominus crederent, nos omnia libere agere. Sic infans, se lac libere appetere credit, puer autem iratus vindictam velle, & timidus fugam. Ebrius deinde credit, se ex libero Mentis decreto ea loqui, quae

*[Ovid, *Başkalaşımalar*, VII, 20-21. “video meliora proboque, deteriora sequor.”]

postea sobrius vellet tacuisse: sic delirans, garrula, puer, & huius farinae plurimi ex libero Mentis decreto credunt loqui; cum tamen loquendi impetum, quem habent, continere nequeant, ita ut ipsa experientia non minus clare, quam ratio doceat, quod homines ea sola de causa liberos se esse credant, quia suarum actionum sunt conscii, & causarum, a quibus determinantur, ignari; & praeterea quod Mentis decreta nihil sint praeter ipsos appetitus, quae propterea varia sunt pro varia Corporis dispositione. Nam unusquisque ex suo affectu omnia moderatur, & qui praeterea contrariis affectibus conflictantur, quid velint, nesciunt; qui autem nullo, facili momento huc, atque illuc pelluntur. Quae omnia profecto clare ostendunt, Mentis tam decretum, quam appetitum, & Corporis determinationem simul esse natura, vel potius unam, eandemque rem, quam, quando sub Cogitationis attributo consideratur, & per ipsum explicatur, decretum appellamus, & quando sub Extensionis attributo consideratur, & ex legibus motus, & quietis deducitur, determinationem vocamus; quod adhuc clarius ex iam dicendis patebit. Nam aliud est, quod hic apprimè notari vellem, nempe, quod nos nihil ex Mentis decreto agere possumus, nisi ejus recordemur. Ex. gr. non possumus verbum loqui, nisi ejusdem recordemur. Deinde in libera Mentis potestate non est rei alicujus recordari, vel ejusdem oblivisci. Quare hoc tantum in Mentis potestate esse creditur, quod rem, cujus recordamur, vel tacere, vel loqui ex solo Mentis decreto possumus. Verum cum nos loqui somniamus, credimus nos ex libero Mentis decreto loqui, nec tamen loquimur, vel, si loquimur, id ex Corporis spontaneo motu fit. Somniamus deinde, nos quaedam homines celare, idque eodem Mentis decreto, quo, que vigilamus, ea, quae scimus, taceamus. Somniamus denique, nos

sanır; böylece bir deli, bir geveze, bir çocuk ve bu türden başkaları tümü de anlığın özgür bir buyruğu ile konuştuklarına inanırken, buna karşı gerçekte konuşma dürtülerini kısıtlayacak güçleri yoktur, öyle ki deneyimin kendisi, ustan daha az açık olmamak üzere, insanların yalnızca eylemlerinin bilincinde iken buna karşın onları belirleyen nedenler konusunda bilgisiz oldukları için özgür olduklarına inandıklarını öğretir; yine, anlığın kararlarının itkilerin kendilerinden başka birşey olmadığını, ve bunların beden değişik yatkınlıklarına göre değiştiğini de öğretir. Çünkü herkes herşeyi duygularına göre yönetir; çatışan duygulardan ötürü heyecana kapılanlar ne istediklerini bilmezler; öte yandan hiçbir duygu tarafından etkilenmeyenler kolayca oraya buraya sürüklenirler. Tüm bunlar açıkça gösterir ki, anlığın kararı, itki, ve beden belirlenimi doğada eşzamanlıdır; ya da daha doğrusu bir ve aynı şeydir ki, düşünme yüklemi altında görüldüğünde ve onun tarafından anıldığında karar [*decretum*] olarak, ve uzam yüklemi altında görüldüğünde ve devim ve dinginlik yasalarından çıkarsandığında belirlenim [*determinationio*] olarak adlandırılır; ama bunlar konu üzerine söylenecek olanlardan daha iyi anlaşılacaktır. Çünkü burada özellikle belirtmeyi istediğim bir başka nokta daha var: anlığın bir kararı ile bir şeyi yapabilmek için onu önceden yapmış olduğumuzu anımsamamız gerekir. Örneğin önceden öyle yaptığımızı anımsamadıkça bir sözcüğü kullanamayız. Ama herhangi bir şeyi anımsamak ya da unutmak anlığın gücü içinde değildir. Bu yüzden anımsadığımız şey üzerine anlığın kararına göre sessiz kalmanın ya da konuşmanın yalnızca anlığın gücü içinde olduğuna inanılır. Ama düşüme de konuştuğumuz zaman, bunu anlığın özgür kararına göre yaptığımıza inanırız, ve gene de konuşmayız, ya da eğer konuşuyorsak, bu beden kendiliğinden bir deviminin sonucudur. Dahası, düşüme insanlardan bir şeyler gizleriz, ve bunu anlığın uyanırken bildiğimiz şeyler üzerine sessiz kalmamızı sağlayana benzer bir kararı ile yaptığımızı

sanırız. Yine, düşümüzde anlığın bir kararı ile uyanıkken yapmayı göze alamayacağımız şeyleri yaparız; ve bu yüzden anlıkta biri düşlemsel ve öteki özgür olan iki tür karar olup olmadığını bilmek isterim. Eğer bu çok büyük bir saçmalık-
sa, anlığın özgür olduğuna inanılan bu kararın imgelem ya da anımsamadan ayırdedilemez olduğunu, ve bir idea tarafından, bir idea olduğu ölçüde, zorunlu olarak içerilen doğrulama-
dan başka birşey olmadığını zorunlu olarak kabul etmeliyiz (Bölüm 2, Ön. 49). Anlığın bu kararları öyleyse anlıkta edimsel olarak varolan şeylerin ideaları ile aynı zorunluktan doğarlar. Buna göre, anlığın özgür bir kararına göre konuştuklarını, sustuklarını sananlar, ya da başka herhangi birşeyi yaptıklarını inananlar gözleri açık düş görenlerdir.

ÖNERME 3

Anlığın eylemleri yalnızca yeterli idealardan doğar; tutkular ise yalnızca yetersiz olanlara bağlıdır.

Tanıt. Anlığın özünü oluşturan ilk şey edimsel olarak varolan bir bedeninin ideasından başka birşey değildir (Bölüm 2, Ön. 11 ve 13); ve bu idea (Bölüm 2, Ön. 15) bir dizi başka ideadan oluşur ki, bunlardan kimileri yeterli (Bölüm 2, Ön. 38'e Sonurgu) ve başkaları yetersizdir (Bölüm 2, Ön. 29'a Sonurgu). Öyleyse anlığın doğasından doğan ve anlığın yaklaşık nedeni olduğu ve bu neden yoluyla anlaşılması gereken herşey zorunlu olarak yeterli ya da yetersiz bir ideadan doğmalıdır. Ama anlık (Bölüm 3, Ön. 1) yetersiz idealar taşıdığı sürece zorunlu olarak edilmelidir; dolayısıyla anlığın eylemleri yalnızca yeterli idealardan doğar, ve buna göre anlık yalnızca yetersiz idealar taşıdığı için edilmelidir.—Q.E.D.

Not. Böylece görürüz ki anlık olumsuzlama içeren birşey taşımadıkça, başka bir deyişle, doğanın başka şeyler olmaksızın kendi başına açık ve seçik olarak algılanamayan bir parçası olarak görülmedikçe, tutkular onunla ilişkili değildir; ve bu uslamlama yoluyla, tutkuların tekil şeylerle

ex Mentis decreto quaedam agere, quae, dum vigilamus, non audemus, atque adeo perversim scire, an in Mente duo decretorum genera dentur, Phantasticorum unum, & Liberorum alterum? Quod si eo usque insinire non libet, necessario concedendum est, hoc Mentis decretum, quod liberum esse creditur, ab ipsa imaginatione, sive memoria non distingui, nec aliud esse praeter illam affirmationem, quam idea, quatenus idea est, necessario involvit (vide Prop. 49 p. 2). Atque adeo haec Mentis decreta eadem necessitate in Mente oriuntur, ac ideae rerum actu existentium. Qui igitur credunt, se ex libero Mentis decreto loqui, vel tacere, vel quicquam agere, oculis apertis somniant.

Propositio III

Mentis actiones ex solis ideis adaequatis oriuntur; passiones autem a solis inadaequatis pendunt.

Demonstratio. Primum, quod Mentis essentiam constituit, nihil aliud est, quam idea Corporis actu existentis (per Prop. 11 & 13 p. 2), quae (per Prop. 15 p. 2) ex multis aliis componitur, quarum quaedam (per Coroll. Prop. 38 p. 2) sunt adaequatae, quaedam autem inadaequatae (per Coroll. Prop. 29 p. 2). Quicquid ergo ex Mentis natura sequitur, & cuius Mens causa est proxima, per quam id debet intelligi, necessario ex idea adaequata, vel inadaequata sequi debet. At quatenus Mens (per Prop. 1 huius) ideas habet inadaequatas, eatenus necessario patitur; ergo Mentis actiones ex solis ideis adaequatis sequuntur, & Mens propterea tantum patitur, quia ideas habet inadaequatas. Q.E.D.

Scholium. Videmus itaque passionem ad Mentem non referri, nisi quatenus aliquid habet, quod negationem involvit, sive quatenus consideratur ut naturae pars, quae per se absque aliis non potest clare, & distincte percipi; & hac ratione ostende-

re possem, passiones eodem modo ad res singulares, ac ad Mentem referri, nec alia ratione posse percipi; sed meum institutum est, de sola Mente humana agere.

Propositio IV

Nulla res, nisi a causa externa, potest destrui.

Demonstratio. Haec Propositio per se patet; definitio enim cuius-cunque rei ipsius rei essentiam affirmat, sed non negat; sive rei essentiam ponit, sed non tollit. Dum itaque ad rem ipsam tantum, non autem ad causas externas attendimus, nihil in eadem poterimus invenire, quod ipsam possit destruere. Q.E.D.

Propositio V

Res eatenus contrariae sunt naturae, hoc est, eatenus in eodem subjecto esse nequeunt, quatenus una alteram potest destruere.

Demonstratio. Si enim inter se convenire, vel in eodem subjecto simul esse possent, posset ergo in eodem subjecto aliquid dari, quod ipsum posset destruere, quod (per Prop. praeced.) est absurdum. Ergo res &c. Q.E.D.

Propositio VI

Unaquaeque res, quantum in se est, in suo esse perseverare conatur.

Demonstratio. Res enim singulares modi sunt, quibus Dei attributa certo, & determinato modo exprimuntur (per Coroll. Prop. 25 p. 1), hoc est (per Prop. 34 p. 1) res, quae Dei potentiam, quae Deus est, & agit, certo, & determinato modo exprimunt; neque ulla res aliquid in se habet, a quo possit destrui, sive quod ejus existentiam tollat (per Prop. 4 hujus); sed contra ei omni, quod ejusdem existentiam potest tollere, opponitur (per Prop. praeced.), adeoque quantum potest, & in se est, in suo esse perseverare conatur. Q.E.D.

Propositio VII

Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsius rei actualem essentiam.

tıpkı anlık ile olduđu gibi ilişkili olduklarını, ve başka herhangi bir yolda algılanamayacaklarını gösterebilirdim; ama amacım yalnızca insan anlığını irdelemektir.

ÖNERME 4

Hiçbir şey dışsal bir neden yoluyla olmaksızın yokedilemez.

Tanıt. Bu önerme kendiliğinden açıktır, çünkü verili herhangi bir şeyin tanımı şeyin özünü doğrular, ama yadsımaz; başka bir deyişle, şeyin özünü ortaya koyar, ama ortadan kaldırmaz. Öyleyse dışsal nedenleri değil ama yalnızca şeyin kendisini göz önüne aldığımız sürece, onda onu yokedebilecek hiçbirşey bulamayız.—Q.E.D.

ÖNERME 5

Şeyler biri ötekini yokedebildiği sürece aykırı doğaldırlar, eş deyişle, aynı öznede olamazlar.

Tanıt. Eğer birbirleri ile bağdaşabilselerdi, ya da aynı öznede aynı zamanda olabilselerdi, o zaman o öznede onu yokedebilecek birşey olurdu, ki (Bölüm 3, Ön. 4) saçmadır. Öyleyse şeyler vs.—Q.E.D.

ÖNERME 6

Her şey, kendinde olduğu ölçüde, kendi varlığında sürmeye çabalar.

Tanıt. Bireysel şeyler Tanrının yüklemelerini belli ve belirli bir yolda anlatan kiplerdir (Böl. I, Ön. 25), eş deyişle (Bölüm 1, Ön. 25'e Sonurğu), Tanrının belli ve belirli bir yolda var ve etkin olmasını sağlayan gücünü anlatan şeylerdir; ne de bir şey kendinde onu yokedebilecek ya da varoluşunu ortadan kaldırabilecek birşey taşır (Bölüm 3, Ön. 4); tersine, varoluşunu ortadan kaldırabilecek herşeye karşıttır (Bölüm 3, Ön. 5); öyleyse elinden geldiği ve kendinde olduğu sürece varlığını saklamaya çabalar.—Q.E.D.

ÖNERME 7

Her şeyin kendi varlığında sürmeye çalışma çabası şeyin kendisinin edimsel özünden başka birşey değildir.

Tanıt. Her bir şeyin verili özünden belli şeyler zorunlu olarak doğar (Bölüm 1, Ön. 36), ne de şeyler belirli doğalarından zorunlu olarak doğandan başka birşeyi yapabilirler (Bölüm 1, Ön. 29); öyleyse bir şeyin ya kendi başına ya da başkaları ile birlikte herhangi birşeyi yapmasını ya da yapmaya çalışmasını sağlayan güç ya da çaba [*potentia sive conatus*], başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 6), kendi varlığında sürmeye çabalamasını sağlayan güç ya da çaba şeyin kendisinin verili ya da edimsel özünden başka birşey değildir.—Q.E.D.

ÖNERME 8

*Her şeyin kendi varlığında sürmeye 'çabalamasını' sağlayan çaba sonlu değil ama belirsiz bir zamanı içerir.**

Tanıt. Eğer bu çaba şeyin süresini belirleyen sınırlı bir zamanı içerseydi, o zaman yalnızca şeyin varolmasını sağlayan o güçten şeyin o sınırlı zamandan sonra varolamayacağı, ama yokolması gerektiği sonucu çıkardı; ama bu (Bölüm 3, Ön. 4) saçmadır; öyleyse bir şeyin varolmasını sağlayan çaba belirli bir zaman içermez; ama tersine (Bölüm 3, Ön. 4), eğer şey hiçbir dışsal neden tarafından yokedilmezse, şimdi varolmasını sağlayan aynı güç yoluyla her zaman varolmayı sürdürecektir; öyleyse bu çaba belirsiz bir zamanı içerir.—Q.E.D.

ÖNERME 9

Anlık, hem açık ve seçik hem de karışık idealar taşıdığı sürece, belirsiz bir süre varlığında sürmeye çabalar, ve bu çabasının bilincindedir.

Tanıt. Anlığın özü yeterli ve yetersiz idealarından oluşur (yukarıda Bölüm 3, Ön. 3'te gösterdiğimiz gibi), ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 7), hem birincileri hem de ikincileri taşıdığı sürece varlığında sürmeye çabalar ve bunu belirsiz

Demonstratio. Ex data cujuscunque rei essentia quaedam necessario sequuntur (per Prop. 36 p. 1), nec res aliud possunt, quam id, quod ex determinata earum natura necessario sequitur (per Prop. 29 p. 1); quare cujuscunque rei potentia, sive conatus, quo ipsa vel sola, vel cum aliis quidquam agit, vel agere conatur, hoc est (per Prop. 6 hujus) potentia, sive conatus, quo in suo esse perseverare conatur, nihil est praeter ipsius rei datam, sive actualem essentiam. Q.E.D.

Propositio VIII

Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, nullum tempus finitum, sed indefinitum involvit.

Demonstratio. Si enim tempus limitatum involveret, quod rei durationem determinaret, tum ex sola ipsa potentia, qua res existit, sequeretur, quod res post limitatum illud tempus non posset existere, sed quod deberet destrui; atqui hoc (per Prop. 4 hujus) est absurdum: ergo conatus, quo res existit, nullum tempus definitum involvit; sed contra, quoniam (per eandem Prop. 4 hujus), si a nulla externa causa destruitur, eadem potentia, qua jam existit, existere perget semper; ergo hic conatus tempus indefinitum involvit. Q.E.D.

Propositio IX

Mens tam quatenus claras, & distinctas, quam quatenus confusas habet ideas, conatur in suo esse perseverare indefinita quadam duratione, & hujus sui conatus est conscia.

Demonstratio. Mentis essentia ex ideis adaequatis, & inadaequatis constituitur (ut in Prop. 3 hujus ostendimus), adeoque (per Prop. 7 hujus) tam quatenus has, quam quatenus illas habet, in suo esse perseverare conatur; idque (per

*["Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur ..."] şu çevirilerle karşılanır: "Das Bestreben, womit jedes Ding in seinem Sein zu verharren strebt, ... :: The effort by which each thing endeavours to persevere ... :: The endeavour wherewith a thing endeavours to persist... :: L'effort par lequel chaque chose s'efforce de persévérer ..."]

Prop. & hujus) indefinita quadam duratione. Cum autem Mens (per Prop. 23 p. 2) per ideas affectionum Corporis necessario sui sit conscia, est ergo (per Prop. 7 hujus) Mens sui conatus conscia. Q.E.D.

Scholium. Hic conatus, cum ad Mentem solam refertur, *Voluntas* appellatur; sed cum ad Mentem, & Corpus simul refertur, vocatur *Appetitus*, qui proinde nihil aliud est, quam ipsa hominis essentia, ex cujus natura ea, quae ipsius conservationi inserviunt, necessario sequuntur; atque adeo homo ad eadem agendum determinatus est. Deinde inter appetitum, & cupiditatem nulla est differentia, nisi quod cupiditas ad homines plerumque referatur, quatenus sui appetitus sunt conscii, & propterea sic definitur potest, nempe, *Cupiditas est appetitus cum ejusdem conscientia*. Constat itaque ex his omnibus, nihil nos conari, velle, appetere, neque cupere, quia id bonum esse judicamus; sed contra nos propterea, aliquid bonum esse, judicare, quia id conamur, volumus, appetimus, atque cupimus.

Propositio X

Idea, quae Corporis nostri existentiam secludit, in nostra Mente dari nequit, sed eidem est contraria.

Demonstratio. Quicquid Corpus nostrum potest destruere, in eodem dari nequit (per Prop. 5 hujus), adeoque neque ejus rei idea potest in Deo dari, quatenus nostri Corporis ideam habet (per Coroll. Prop. 9 p. 2), hoc est (per Prop. 11 & 13 p. 2), ejus rei idea in nostra Mente dari nequit; sed contra, quoniam (per Prop. 11 & 13 p. 2) primum, quod Mentis essentiam constituit, est idea corporis actu existentis, primum, & praecipuum nostrae Mentis conatus est (per Prop. 7 hujus), Corporis nostri existentiam affirmare; atque adeo idea, quae Corporis nostri existentiam negat, nostrae Menti est contraria &c. Q.E.D.

Propositio XI

Quicquid Corporis nostri agendi potentiam auget, vel minuit, juvat, vel coercet, ejus rei idea Mentis

bir süre için yapar (Bölüm 3, Ön. 8). Ama anlık (Bölüm 2, Ön. 23) bedenini deşiklerinin ideaları yoluyla zorunlu olarak kendinin bilincinde, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 7) çabasının bilincindedir.—Q.E.D.

Not. Bu çaba, yalnızca anlık ile ilişkili olduğu zaman, *istenç* olarak adlandırılır; ama aynı zamanda hem anlık hem de beden ile ilişkili olduğu zaman *itki* olarak adlandırılır ki, buna göre insanın özünden başka birşey değildir ve insanın sakınımına yardım eden şeyler zorunlu olarak onun doğasından doğar; buna göre insan bunları yapmaya belirlenir. Bu yüzden istek ve itki arasındaki biricik ayrım isteğin genellikle insanlarla onlar itkilerinin bilincinde oldukları sürece ilişkili olmasıdır, ve buna göre şöyle tanımlanabilir: *İstek bilinçli itkidir [=itkinin bilinci ile itkidir]*. Böylece tüm bunlardan açıktır ki, birşeye yönelik çabamız, istencimiz, itkimiz, isteğimiz o şeyi iyi saydığımız için değildir; ama tersine birşeye yönelik çabamız, istencimiz, itkimiz, isteğimiz olduğu içindir ki o şeyi iyi olarak yargılarız.

ÖNERME 10

Bedenin varoluşunu dışlayan bir idea anlıkta bulunamaz; böyle bir idea tersine ona aykırıdır.

Tanıt. Bedenimizi yokedeabilecek birşey onda olamaz (Bölüm 3, Ön. 5), ve dolayısıyla bedeninin ideasını taşıdığı sürece Tanrıda böyle bir şeyin ideası olamaz (Bölüm 2, Ön. 9'a Sonur-gu); başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 11 ve 13), böyle bir şeyin ideası anlığımızda olamaz, ama, tersine, (Bölüm 2, Ön. 11 ve 13) anlığın özünü oluşturan ilk şey edimsel olarak varolan bir bedeninin ideası olduğu için, anlığımızın ilk ve başlıca çabası bedenimizin varoluşunu doğrulamaktır (Bölüm 3, Ön. 7); buna göre bedenimizin varoluşunu yadsıyan idea anlığımıza aykırıdır vs.—Q.E.D.

ÖNERME 11

Bedenimizin etkinlik gücünü arttıran, azaltan, ona yardım eden ya da onu kısıtlayan ne olursa olsun,

o şeyin ideası anlığımızın düşünme gücünü artırır, azaltır, ona yardım eder ya da onu kısıtlar.

Tanıt. Bu önerme Bölüm 2, Ön. 7'den ve ayrıca Bölüm 2, Ön. 14'ten açıktır.

Not. Böylece anlığın büyük değişimlere uğrayabildiğini, ve şimdi daha büyük ve sonra daha küçük bir eksiksizliğe geçebildiğini görürüz; bu 'edilginlikler' bize *haz* [*laetitia*] ve *acı* [*tristitia*] duygularını açıklar. Buna göre, aşağıda *haz* ile *anlığın daha büyük bir eksiksizliğe geçmesini sağlayan edilginliği* anlıyorum. Buna karşı, *acı* ile *daha küçük bir eksiksizliğe geçmesini sağlayan edilginliği*. Yine, *eşzamanlı olarak hem anlık hem de beden ile ilişkili haz duygusuna hoşlaşma* [*titillatio*] ya da *neşe* [*hilaritas*], ama *acı duygusuna ise keder* [*dolor*] ya da *hüzün* [*melancholia*] diyeceğim. Ama belirtmek gerek ki, hoşlaşma ve keder bir insan ile ancak onun parçalarından biri geri kalanlardan daha çok etkilendiği zaman ilişkilidir; ama neşe ve hüzün ise tüm parçalar eşit olarak etkilendiği zaman. İsteğin ne olduğunu Bölüm 3, Ön. 9'a Notta açıkladım; ve bu üçü dışında hiçbir birincil duygu tanımlıyorum, çünkü tüm başkalarının bunlardan kaynaklandığını aşağıda göstereceğim. Ama daha öte ilerlemeden önce, Bölüm 3, Ön. 10'u daha tam olarak açıklayacağım, öyle ki bir ideanın bir ideaya hangi yolda aykırı olduğunu daha açık olarak anlayabilelim.

Bölüm 2, Ön. 17'ye Notta gösterdiğimiz gibi anlığın özünü oluşturan idea bedenin kendisi varolduğu sürece bedeninin varoluşunu içerir. Yine, Bölüm 2, Ön. 8'e Sonurgu ve Nottan çıktığı gibi, anlığımızın şimdiki varoluşu yalnızca anlığın bedeninin edimsel varoluşunu içermesine bağlıdır. Son olarak gösterdim ki, anlığın şeyleri imgelemesini ve anımsamasını sağlayan gücü ayrıca bedeninin edimsel varoluşunu içermesine de bağlıdır (Bölüm 2, Ön. 17, ve 18 ve Not). Bundan şu çıkar ki anlığın şimdiki varoluşu ve imgeleme gücü anlık bedeninin şimdiki varoluşunu doğrulamaya son verir vermez ortadan kalkar. Ama anlığın bedeninin bu varoluşu-

nostrae cogitandi potentiam auget, vel minuit, juvat, vel coerces.

Demonstratio. Haec Propositio patet ex Propositione 7 Partis 2, vel etiam ex Propositione 14 Partis 2.

Scholium. Videmus itaque Mentem magnas posse pati mutationes, & jam ad majorem, jam autem ad minorem perfectionem transire, quae quidem passiones nobis explicant affectus Laetitiae & Tristitiae. Per Laetitiam itaque in sequentibus intelligam passionem, qua Mens ad majorem perfectionem transit. Per Tristitiam autem passionem, qua ipsa ad minorem transit perfectionem. Porro affectum Laetitiae, ad Mentem, Corpus simul relatum, Titillationem, vel Hilaritatem voco; Tristitiae autem Dolorem, vel Melancholiam. Sed notandum, Titillationem, & Dolorem ad hominem referri, quando una ejus pars prae reliquis est affecta; Hilaritatem autem, & Melancholiam, quando omnes pariter sunt affectae. Quid deinde Cupiditas sit, in Scholio Propositionis 9 hujus Partis explicui, & praeter hos tres nullum alium agnosco affectum primum: nam reliquos ex his tribus oriri in seqq. ostendam. Sed antequam ulterius pergam, lubet hic fusius Propositionem 10 hujus Partis explicare, ut clarius intelligatur, qua ratione idea ideae sit contraria.

In Scholio Propositionis 17 Partis 2 ostendimus, ideam, quae Mentis essentiam constituit, Corporis existentiam tandiu involvere, quamdiu ipsum Corpus existit. Deinde ex iis, quae in Coroll. Prop. 8 Part. 2 & in ejusdem Schol. ostendimus, sequitur, praesentem nostrae Mentis existentiam ab hoc solo pendere, quod sc. Mens actualem Corporis existentiam involvit. Denique Mentis potentiam, qua ipsa res imaginatur, earumque recordatur, ab hoc etiam pendere ostendimus (vide Prop. 17 & 18 & p. 2 cum ejus Schol.), quod ipsa actualem Corporis existentiam involvit. Ex quibus sequitur, Mentis praesentem

existentiam, ejusque imaginandi potentiam tolli, simulatque Mens praesentem Corporis existentiam affirmare desinit. At causa, cur Mens hanc Corporis existentiam affirmare desinit, non potest esse ipsa Mens (per Prop. 4 hujus), nec etiam, quod Corpus esse desinit. Nam (per Prop. 6 p. 2) causa, cur Mens Corporis existentiam affirmat, non est, quia Corpus existere incepit: quare, per eandem rationem, nec ipsius Corporis existentiam affirmare desinit, quia Corpus esse desinit; sed (per Prop. 8 p. 2) hoc ab alia idea oritur, quae nostri Corporis, & consequenter nostrae Mentis, praesentem existentiam secludit, quae adeo ideae, quae nostrae Mentis essentiam constituit, est contraria.

Propositio XII

Mens, quantum potest, ea imaginari conatur, quae Corporis agendi potentiam augent, vel juvant.

Demonstratio. Quamdiu humanum Corpus affectum est modo, qui naturam corporis alicujus externi involvit, tamdiu Mens humana idem corpus, ut praesens, contemplabitur (per Prop. 17 p. 2), & consequenter (per Prop. 7 p. 2) quamdiu Mens humana aliquod externum corpus, ut praesens, contemplatur, hoc est (per ejusdem Prop. 17 Schol.), imaginatur, tamdiu humanum Corpus affectum est modo, qui naturam ejusdem corporis externi involvit; atque adeo, quamdiu Mens ea imaginatur, quae corporis nostri agendi potentiam augent, vel juvant, tamdiu Corpus affectum est modis, qui ejusdem agendi potentiam augent, vel juvant (vide Post. 1 hujus), & consequenter (per Prop. 11 hujus) tamdiu Mentis cogitandi potentia augetur, vel juvatur; ac proinde (per Prop. 6 vel 9 hujus) Mens, quantum potest, eadem imaginari conatur. Q.E.D.

Propositio XIII

Cum Mens ea imaginatur, quae Corporis agendi potentiam minuunt, vel coercent, conatur, quantum potest, rerum recordari, quae horum existentiam secludunt.

Demonstratio. Quamdiu Mens quicquam tale imaginatur, tamdiu Mentis, & Corporis potentia minuitur, vel

nu doğrulamaya son vermesinin nedeni anlığın kendisi olamaz (Bölüm 2, Ön. 4); ne de bedeninin varolmaya son vermesi olabilir. Çünkü (Bölüm 2, Ön. 6) anlığın bedeninin varoluşunu doğrulamasının nedeni bedeninin varolmaya başlaması değildir; ve dolayısıyla, aynı usamlama ile, beden varolmaya son verdiği için bedeninin varoluşunu doğrulamaya son vermez; ama (Bölüm 2, Ön. 17) bu bedenimizin ve dolayısıyla anlığımızın şimdiki varoluşunu dışlayan ve buna göre anlığımızın özünü oluşturan ideaya aykırı bir başka ideadan doğar.

ÖNERME 12

Anlık, yapabildiğince, bedeninin etkinlik gücünü arttıran ya da ona yardım eden şeyleri imgelemeye çabalar.

Tanıt. İnsan bedeni herhangi bir dışsal cismin doğasını içeren bir yolda etkilendiği sürece insan anlığı o cismi bulunuyor olarak görür (Bölüm 2, Ön. 17), ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 7) insan anlığı herhangi bir dışsal cismi bulunuyor olarak gördüğü, ya da (Bölüm 2, Ön. 17'ye Not) imgelediği sürece, insan bedeni o dışsal cismin doğasını içeren bir yolda etkilenir; buna göre, anlık bedenimizin etkinlik gücünü arttıracak ya da ona yardım edecek şeyleri imgelediği sürece, beden o gücü arttıran ya da ona yardım eden bir yolda etkilenir (Bölüm 3, Kon. 1), ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 11) anlığın düşünme gücü artar, ya da yardım görür; bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 6 ve 9) anlık, yapabildiğince, o şeyleri imgelemeye çabalar.—Q.E.D.

ÖNERME 13

Anlık ne zaman bedeninin etkinlik gücünü azaltan ya da kısıtlayan şeyleri imgelese, yapabildiğince, bunların varoluşunu dışlayan şeyleri anımsamaya çabalar.

Tanıt. Anlık bu tür birşeyi imgeledikçe, anlığın ve bedeninin gücü azalır ya da kısıtla-

mır (önceki önermede gösterdiğimiz gibi), ve gene de, anlık onun şimdiki varoluşunu dışlayacak başka birşeyi imgeleyinceye dek onu imgelemeyi sürdürecektir (Bölüm 2, Ön. 17); başka bir deyişle (yukarıda gösterdiğim gibi), anlığın ve bedenin gücü anlık onun varoluşunu dışlayan birşeyi imgeleyinceye dek azalır ya da kısıtlanır ve öyleyse (Bölüm 3, Ön. 9) anlık bunu elinden geldiği ölçüde imgelemeye ya da anımsamaya çabalar.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki anlık onun ve bedenin gücünü azaltan ya da kısıtlayan şeyleri imgelemeye isteksizdir.

Not. Bunlardan sevginin [*amor*] ve nefretin [*odium*] ne olduğu açıktır. *Sevgi dışsal bir nedenin ideasının eşliğindeki hazdan, ve nefret dışsal bir nedenin ideasının eşliğindeki acıdan* başka birşey değildir. Yine görürüz ki bir şeyi seven biri zorunlu olarak onu elinde tutmaya ve saklamaya çabalar, ve öte yandan bir şeyden nefret eden biri zorunlu olarak onu uzaklaştırmaya ve yoketmeye çalışır. Ama bu noktalar üzerine aşağıda uzunlamasına konuşacağız.

ÖNERME 14

Eğer anlık bir kez iki duygudan aynı zamanda etkilenmişse, daha sonra birinden etkilendiğinde ötekinden de etkilenecektir.

Tanıt. Eğer insan bedeni bir kez iki cisimden aynı zamanda etkilenmişse, daha sonra anlık ne zaman bunlardan birini imgeleyecek olsa, hemen ötekini de anımsayacaktır (Bölüm 2, Ön. 18). Ama anlığın imgeleri dışsal cisimlerin doğasından çok bedenimizin duygularını belirtir (Bölüm 2, Ön. 16'ya Sonurgu), ve öyleyse eğer beden, ve dolayısıyla anlık (Bölüm 3, Tan. 3) bir kez aynı zamanda iki duygudan birden etkilenmişse, daha sonra birinden etkilendiğinde ötekinden de etkilenecektir.—Q.E.D.

ÖNERME 15

Her şey ilineksel olarak haz, acı ya da istek nedeni olabilir.

coeretur (ut in praeced. Prop. demonstravimus), & nihilominus id tamdiu imaginabitur, donec Mens aliud imaginetur, quod hujus praesentem existentiam secludat (per Prop. 17 p. 2), hoc est (ut modo ostendimus), Mentis, & Corporis potentia tamdiu minuitur, vel coeretur, donec Mens aliud imaginetur, quod hujus existentiam secludit, quodque adeo Mens (per Prop. 9 hujus), quantum potest, imaginari, vel recordari conabitur. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, quod Mens ea imaginari aversatur, quae ipsius, & Corporis potentiam minuunt, vel coercent.

Scholium. Ex his clare intelligimus, quid Amor, quidque Odium sit. Nempe Amor nihil aliud est, quam Laetitia, concomitante idea causae externae, & Odium nihil aliud, quam Tristitia, concomitante idea causae externae. Videmus deinde, quod ille, qui amat, necessario conatur rem, quam amat, praesentem habere, & conservare; & contra, qui odit, rem, quam odio habet, amovere, & destruere conatur. Sed de his omnibus in seqq. prolixius.

Propositio XIV

Si Mens duobus affectibus simul affecta semel fuit, ubi postea eorum alterutro afficietur, afficietur etiam altero.

Demonstratio. Si Corpus humanum a duobus corporibus simul affectum semel fuit, ubi Mens postea eorum alterutrum imaginatur, statim & alterius recordabitur (per Prop. 18 p. 2). At Mentis imaginationes magis nostri Corporis affectus, quam corporum externorum naturam indicant (per Coroll. 2 Prop. 16 p. 2): ergo si Corpus, & consequenter Mens (vide Defin. 3 hujus) duobus affectibus semel affecta fuit, ubi postea eorum alterutro afficietur, afficietur etiam altero. Q.E.D.

Propositio XV

Res quaecunque potest esse per accidens causa Laetitiae, Tristitiae, vel Cupiditatis.

Demonstratio. Ponatur Mens duobus affectibus simul affici, uno scilicet, qui ejus agendi potentiam neque auget, neque minuit, & altero, qui eandem vel auget, vel minuit (vide Post. 1 hujus). Ex praecedenti Propositione patet, quod ubi Mens postea illo a sua vera causa, quae (per Hypothesin) per se ejus cogitandi potentiam nec auget, nec minuit, afficitur, statim & hoc altero, qui ipsius cogitandi potentiam auget, vel minuit, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus) Laetitia, vel Tristitia afficitur; atque adeo, illa res non per se, sed per accidens causa erit Laetitiae, vel Tristitiae. Atque hac eadem via facile ostendi potest, rem illam posse per accidens causam esse Cupiditatis. Q.E.D.

Corollarium. Ex eo solo, quod rem aliquam affectu Laetitiae, vel Tristitiae, cujus ipsa non est causa efficiens, contemplati sumus, eandem amare, vel odio habere possumus.

Demonstratio. Nam ex hoc solo fit (per Prop. 14 hujus), ut Mens hanc rem postea imaginando, affectu Laetitiae, vel Tristitiae afficiatur, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), ut Mentis, & Corporis potentia augeatur, vel minuatur, &c. Et consequenter (per Prop. 12 hujus) ut Mens eandem imaginari cupiat, vel (per Coroll. Prop. 13 hujus) aversetur, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), ut eandem amet, vel odio habeat. Q.E.D.

Scholium. Hinc intelligimus, qui fieri potest, ut quaedam amemus, vel odio habeamus, absque ulla causa nobis cognita; sed tantum ex Sympathia (ut ajunt) & Antipathia. Atque huc referenda etiam ea objecta, quae nos Laetitia, vel Tristitia afficiunt ex eo solo, quod aliquid simile habent objectis, quae nos iisdem affectibus afficere solent, ut in seq. Prop. ostendam. Scio equidem Auctores, qui primi haec nomina Sympathiae, & Antipathiae introduxerunt, significare iisdem voluisse rerum occultas quasdam qualitates; sed nihilominus credo nobis licere, per eadem notas, vel manifestas etiam qualitates intelligere.

Tanıt. Anlığın aynı zamanda iki duygu tarafından etkilendiğini, ve bunlardan birinin onun etkinlik gücünü ne artırdığını ne de azalttığını, ve ötekinin ise onu artırdığını ya da azalttığını varsayalım (Bölüm 3, Kon. 1). Önceki önermeden açıktır ki, anlık daha sonra onun düşünme gücünü (önsav gereği) kendiliğinden ne arttıran ne de azaltan ilk duygu tarafından gerçek nedeni yoluyla etkilenince, hemen onun düşünme gücünü arttıran ya da azaltan o öteki tarafından da etkilenecektir, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), haz ya da acı ile etkilenecektir; ve böylece şeyin kendisi, kendiliğinden değil ama ilineksel olarak, hazzın ya da acının nedeni olacaktır. Ve bu yolla aynı şeyin ilineksel olarak isteğin nedeni olabileceği de kolayca gösterilebilir.—Q.E.D.

Sonurgu. Yalnızca bir şeyi haz ya da acı duygusu ile görmüş olmamızdan ötürü, o şey duygunun etker nedeni olmamış olsa bile, o şeyi sevebilir ya da ondan nefret edebiliriz.

Tanıt. Çünkü salt buradan ortaya çıkar ki, (Bölüm 3, Ön. 14) anlık daha sonra bu şeyi imgelediğinde, haz ya da acı duygusu ile etkilenir, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11), anlığın ve bedeninin gücü artar ya da azalır, vb. Ve sonuçta (Bölüm 3, Ön. 12) anlık şeyi imgelemeye istekli ya da (Bölüm 3, Ön. 13'e Sonurgu) isteksizdir, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), anlık o şeyi sever ya da ondan nefret eder.—Q.E.D.

Not. Böylece belli şeyleri niçin bilinen herhangi bir neden olmaksızın, ama yalnızca, dedikleri gibi, duygudaşıktan [*sympathia*] sevdiğimizi ya da karşı-duygudaşıktan [*antipathia*] onlardan nefret ettiğimizi anlarız. Aşağıdaki önermelerde göstereceğimiz gibi, bizi haz ya da acı ile etkileyen nesneler de yalnızca genellikle bizi o duygularla etkileyen nesnelere bir benzerlik taşıdıkları için buraya aittir. Biliyorum ki sempati ve antipati sözcüklerini ilk kez getiren belli yazarlar bunlarla şeylerin belli gizli niteliklerini anlatmak istemişlerdir; ama gene de inanıyorum ki, o adlarla tanıdık ve açık nitelikleri anlamımıza izin verilebilir.

ÖNERME 16

Yalnızca bir şeyin genellikle anlığı haz ya da acı ile etkileyen bir nesneye benzerlik taşıdığını imgelediğimiz için, şeyin nesneye benzerliği bu duyguların etker nedeni olmasa bile, o şeyi sevecek ya da ondan nefret edeceğiz.

Tanıt. Şeyin nesneye benzerliğini nesnenin kendisinde (önsav gereği) haz ya da acı duygusu ile görmüştük; bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 14) anlık ne zaman [bu özelliğin] imgesi tarafından etkilenecek olsa hemen ilk ya da ikinci duygu ile de etkilendiği için, [bu özelliği] taşıdığını algıladığımız şey (Bölüm 3, Ön. 15) ilineksel olarak haz ya da acı nedeni olacaktır; öyleyse (Bölüm 3, Ön. 15), gerçi şeyin nesneye benzerliği bu duyguların etker nedeni olmasa da, gene de o şeyi sevecek ya da ondan nefret edeceğiz.—Q.E.D.

ÖNERME 17

Eğer genellikle bizi acı duygusu ile etkileyen bir şeyin genellikle bizi eşit ölçüde büyük bir haz duygusu ile etkileyen bir nesneye bir benzerliği olduğunu imgelersek, ondan nefret edecek ve aynı zamanda onu seveceğiz.

Tanıt. Bu şey (önsav gereği) kendinde acı nedenidir, ve (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) onu bu duygu ile imgelediğimiz sürece ondan nefret ederiz; ama onu genellikle bizi eşit ölçüde büyük bir haz duygusu ile etkileyen bir nesneye benzer olarak imgelediğimiz sürece, onu eşit ölçüde büyük bir haz çabası ile severiz (önceki Ön.), ve böylece ondan nefret eder ve aynı zamanda onu severiz.—Q.E.D.

Not. İki aykırı duygudan doğan bu ansal duruma ansal dalgalanma [*animi fluctatio*] denir ve duygular ile tıpkı kuşkunun imgelem ile ilişkili olması gibi ilişkilidir (Bölüm 2, Ön. 44'e Not); ne de ansal dalgalanma ile kuşku arasında büyüklük küçüklük ayrımından başka bir ayrım vardır. Ama dikkat etmek gerek ki, önceki önermede anlığın bu dalgalanmalarını biri kendinde bir duygunun nedeni iken, öteki ise olumsal olarak

Propositio XVI

Ex eo solo, quod rem aliquam aliquid habere imaginamur simile objecto, quod Mentem Laetitia, vel Tristitia afficere solet, quamvis id, in quo res objecto est similis, non sit horum affectuum efficiens causa, eam tamen amabimus, vel odio habebimus.

Demonstratio. Id, quod simile est objecto, in ipso objecto (per Hypothesin) cum affectu Laetitiae, vel Tristitiae contemplati sumus; atque adeo (per Prop. 14 hujus), cum Mens ejus imagine afficitur, statim etiam hoc, vel illo afficitur affectu, & consequenter res, quam hoc idem habere percipimus, erit (per Prop. 15 hujus) per accidens Laetitiae, vel Tristitiae causa; adeoque (per Coroll. praeced.), quamvis id, in quo objecto est similis, non sit horum affectuum causa efficiens, eam tamen amabimus, vel odio habebimus. Q.E.D.

Propositio XVII

Si rem, quae nos Tristitiae affectu afficere solet, aliquid habere imaginamur simile alteri, quae nos aequo magno Laetitiae affectu solet afficere, eandem odio habebimus, & simul amabimus.

Demonstratio. Est enim (per Hypothesin) haec res per se Tristitiae causa, & (per Schol. Prop. 13 hujus) quatenus eandem hoc affectu imaginamur, eandem odio habemus: & quatenus praeterea aliquid habere imaginamur simile alteri, quae nos aequo magno Laetitiae affectu afficere solet, aequo magno Laetitiae conamine amabimus (per Prop. praeced.); atque adeo eandem odio habebimus, & simul amabimus. Q.E.D.

Scholium. Haec Mentis constitutio, quae scilicet ex duobus contrariis affectibus oritur, animi vocatur fluctuatio, quae proinde affectum respicit, ut dubitatio imaginationem (vide Schol. Prop. 44 p. 2); nec animi fluctuatio, & dubitatio inter se differunt, nisi secundum majus & minus. Sed notandum, me in Propositione praecedenti has animi fluctuationes ex causis

deduxisse, quae per se unius, & per accidens alterius affectus sunt causa; quod ideo feci, quia sic facilius ex praecedentibus deduci poterant; at non, quod negem, animi fluctuationes plerumque oriri ab objecto, quod utriusque affectus sit efficiens causa. Nam Corpus humanum (per Post. 1 p. 2) ex plurimis diversae naturae individuus componitur, atque adeo (per Axiom. 1 post Lem. 3, quod vide post Prop. 13 p. 2) ab uno, eodemque corpore plurimis, diversisque modis potest affici; & contra, quia una, eademque res multis modis potest affici, multis ergo etiam, diversisque modis unam, eandemque corporis partem afficere poterit. Ex quibus facile concipere possumus, unum, idemque objectum posse esse causam multorum, contrariorumque affectuum.

Propositio XVIII

Homo ex imagine rei praeteritae, aut futurae eodem Laetitiae, & Tristitiae affectu afficitur, ac ex imagine rei praesentis.

Demonstratio. Quamdiu homo rei alicujus imagine affectus est, rem ut praesentem, tametsi non existat, contemplabitur (per Prop. 17 p. 2 cum ejusdem Coroll.), nec ipsam ut praeteritam, aut futuram imaginatur; nisi quatenus ejus imago juncta est imagini temporis praeteriti, aut futuri (vide Schol. Prop. 44 p. 2). Quare rei imago, in se sola considerata, eadem est, sive ad tempus futurum, vel praeteritum, sive ad praesens referatur, hoc est (per Coroll. 2 Prop. 16 p. 2), Corporis constitutio, seu affectus idem est, sive imago sit rei praeteritae, vel futurae, sive praesentis; atque adeo affectus Laetitiae & Tristitiae idem est, sive imago sit rei praeteritae, aut futurae, sive praesentis. Q.E.D.

Scholium I. Rem eatenus praeteritam, aut futuram hic voco, quatenus ab eadem affecti fuimus, aut afficiemur. Ex. gr. quatenus ipsam vidimus, aut videbimus, nos refecit, aut reficiet, nos laesit, aut laedet, &c. Quatenus enim eandem sic imaginamur, eatenus ejus existentiam affirmamus, hoc est, Corpus

öteki duygunun nedeni olan nedenlerden çıkarsamıştım; bunu duygular böylece öncekilerden daha kolayca çıkarsanabildiği için yaptım, ama anlığın dalgalanmalarının sık sık her iki duygunun etker nedeni olan nesneden kaynaklandığını yadsıdığım için değil. Çünkü insan bedeni (Bölüm 2, Kon. 1) değişik doğalaradaki pekçok tekil parçadan oluşmuştur, ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 13'ü izleyen Yard. Ön. 1'den sonraki Belit) bir ve aynı cisim tarafından çok değişik yollarda etkilenebilir; öte yandan, bir ve aynı şey pekçok değişik yolda etkilenebildiği için, bedenin bir ve aynı parçasını değişik yollarda etkileyebilir. Bu yüzden bir ve aynı nesnenin nasıl birçok aykırı duygunun nedeni olabileceğini kavramak kolaydır.

ÖNERME 18

İnsan geçmiş ya da gelecek bir şeyin imgesinden şimdiki bir şeyin imgesinden olanla aynı haz ya da acı duygusu ile etkilenir.

Tanıt. Bir insan herhangi birşeyin imgesi tarafından etkilendiği sürece, şey varolmasa bile onu bulunuyor olarak görür (Bölüm 2, Ön. 17 ve Sonurgu), ne de onu imgesi geçmiş ya da gelecek zamanın imgesi ile bağıntılı olmadıkça geçmiş ya da gelecek olarak imgeler (Bölüm 2, Ön. 44'e Not). Öyleyse şeyin imgesi, salt kendinde görüldüğünde, ister gelecek ister geçmiş isterse şimdiki zaman ile ilişkili olsun, aynıdır; eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 16'ya Sonurgu 2), imge ister geçmiş ister şimdiki isterse gelecek bir şeyin imgesi olsun, bedenin durumu ya da duygu aynıdır; öyleyse imge ister geçmiş ister şimdiki isterse gelecek bir şeyin imgesi olsun, haz ya da acı duygusu aynıdır.— Q.E.D.

Not 1. Burada bir şeye onun tarafından etkilenecek olduğumuz sürece geçmiş ya da gelecek diyorum. Örneğin onu görmüş ya da görecektik olduğumuz sürece, bizi güçlendirmiş ya da güçlendirecek ya da incitemiş ya da incitecek vb. olduğu sürece. Çünkü

onu böyle imgelediğimiz sürece varoluşunu doğrularız, eş deyişle, beden şeyin varoluşunu dışlayan hiçbir duygu tarafından etkilenmez; dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 17) beden şeyin imgesi tarafından sanki şeyin kendisi bulunuyormuş gibi etkilenir. Ama sık sık olduğu gibi, çok deneyimli olanlar bir şeyi geçmiş ya da gelecek olarak görürken yalpaladıkları ve ortaya çıkışı konusunda büyük ölçüde kuşkulu oldukları için (bkz. Bölüm 2, Ön. 44'e Not), şeylerin böyle imgelerinden kaynaklanan duygular değişmez değildir ve genellikle başka şeylerin imgeleri tarafından rahatsız edilirler, ta ki insanlar şeyin ortaya çıkışı konusunda pekinlik elde edinceye dek.

Not 2. Şimdi söylenmiş olanlardan umut [*spes*], korku [*metus*], güven [*securitas*], umutsuzluk [*desperatio*], sevinç [*gaudium*], duyuncu acısının [*conscientiae morsus*] ne olduğunu anlarız. *Umut ortaya çıkmasından kuşkulu olduğumuz gelecek ya da geçmiş bir şeyin imgesinden doğan kararsız bir hazdan başka birşey değildir. Buna karşı, korku kuşkulu bir şeyin imgesinden doğan kararsız bir acıdır. Eğer bu duygulardan kuşku giderilirse, o zaman umut güven ve korku umutsuzluk olur; başka bir deyişle, umutlanmış ya da korkmuş olduğumuz bir şeyin imgesinden doğan haz ya da acı. Sevinç ise ortaya çıkmasından kuşkulu olduğumuz geçmiş bir şeyin imgesinden doğan hazdır. Son olarak duyuncu acısı ise sevince karşıt olan acıdır.*

ÖNERME 19

Sevdiğinin yokolduğunu imgeleyen biri üzülecek, ama saklandığını imgelerse haz duyacaktır.

Tanıt. Anlık, elinden geldiğince, bedeninin etkinlik gücünü arttıran ya da ona yardım eden şeyleri imgelemeye (Bölüm 3, Ön. 12), eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), sevdiklerini imgelemeye çabalar. Ama imgelem bir şeyin varoluşunu konutlayan [*pono*] şeylerden yardım alırken, buna karşı onun varoluşunu dışlayanlar tarafından kısıtlanır (Bölüm 2, Ön. 17); öyleyse, sevilen şeyin varoluşunu konutlayan şeylerin imgeleri anlığın onu imgelemeye çabalamasını sağlayan çabasına

nullo affectu afficitur, qui rei existentiam secludat; atque adeo (per Prop. 17 p. 2) Corpus ejusdem rei imagine eodem modo afficitur, ac si res ipsa praesens adesset. Verumenimvero, quia plerumque fit, ut ii, qui plura sunt experti, fluctuant, quamdiu rem, ut futuram, vel praeteritam contemplantur, deque rei eventu ut plurimum dubitent (vide Schol. Prop. 44 p. 2), hinc fit, ut affectus, qui ex similibus rerum imaginibus oriuntur, non sint adeo constantes, sed ut plerumque aliarum rerum imaginibus perturbentur, donec homines de rei eventu certiores fiant.

Scholium II. Ex modo dictis intelligimus, quid sit Spes, Metus, Securitas, Desperatio, Gaudium, & Conscientiae morsus. Spes namque nihil aliud est, quam inconstans Laetitia, orta ex imagine rei futurae, vel praeteritae, de cujus eventu dubitamus. Metus contra inconstans Tristitia, ex rei dubiae imagine etiam orta. Porro si horum affectuum dubitatio tollatur, ex Spe fit Securitas, & ex Metu Desperatio, nempe Laetitia, vel Tristitia, orta ex imagine rei, quam metuimus, vel speravimus. Gaudium deinde est Laetitia, orta ex imagine rei praeteritae, de cujus eventu dubitavimus. Conscientiae denique morsus est tristitia, opposita gaudio.

Propositio XIX

Qui id, quod amat, destrui imaginatur, contristabitur; si autem conservari, laetabitur.

Demonstratio. Mens, quantum potest, ea imaginari conatur, quae Corporis agendi potentiam augment, vel juvant (per Prop. 12 hujus), hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), ea, quae amat. At imaginatio ab iis juvatur, quae rei existentiam ponunt, & contra coercetur iis, quae rei existentiam secludunt (per Prop. 17 p. 2); ergo rerum imagines, quae rei amatae existentiam ponunt, Mentis cona-

tum, quo rem amatam imaginari conatur, juvant, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), Laetitia Mentem afficiunt; & quae contra rei amatae existentiam secludunt, eundem Mentis conatum coercent, hoc est (per idem Schol.), Tristitia Mentem afficiunt. Qui itaque id, quod amat, destrui imaginatur, contristabitur, &c. Q.E.D.

Propositio XX

Qui id, quod odio habet, destrui imaginatur, laetabitur.

Demonstratio. Mens (per Prop. 13 hujus) ea imaginari conatur, quae rerum existentiam, quibus Corporis agendi potentia minuitur, vel coercetur, secludunt, hoc est (per Schol. ejusdem Prop.), ea imaginari conatur, quae rerum, quas odio habet, existentiam secludunt; atque adeo rei imago, quae existentiam ejus, quod Mens odio habet, secludit, hunc Mentis conatum juvat, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), Mentem Laetitia afficit. Qui itaque id, quod odio habet, destrui imaginatur, laetabitur. Q.E.D.

Propositio XXI

Qui id, quod amat, Laetitia, vel Tristitia affectum imaginatur, Laetitia etiam, vel Tristitia afficietur; & uterque hic affectus major, aut minor erit in amante, prout uterque major, aut minor est in re amata.

Demonstratio. Rerum imagines (at in Prop. 19 hujus demonstravimus), quae rei amatae existentiam ponunt, Mentis conatum, quo ipsam rem amatam imaginari conatur, juvant. Sed Laetitia existentiam rei laetae ponit, & eo magis, quo Laetitiae affectus major est: est enim (per Schol. Prop. 11 hujus) transitio ad majorem perfectionem: ergo imago Laetitiae rei amatae in amante ipsius Mentis conatum juvat, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), amantem Laetitia afficit, & eo majori, quo major hic affectus in re amata fuerit. Quod erat primum. Deinde quatenus res aliqua Tristitia afficitur, eatenus destruitur, & eo magis, quo majori afficitur Tristi-

yardım eder, ya da (Bölüm 2, Ön. 17), anlığı haz ile etkiler; buna karşı, sevilen şeyin varoluşunu dışlayanlar anlığın aynı çabasını kısıtlar, ya da (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), anlığı acı ile etkiler. Öyleyse sevdiğinin yokolduğunu imgeleyen biri üzülecek, vs.—Q.E.D.

ÖNERME 20

Nefret ettiği şeyin yokolduğunu imgeleyen biri haz duyacaktır.

Tanıt. Anlık (Bölüm 3, Ön. 13) bedeninin etkinlik gücünü azaltan ya da kısıtlayan şeylerin varoluşunu dışlayan şeyleri imgelemeye çabalar; eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), nefret ettiği şeylerin varoluşunu dışlayan şeyleri imgelemeye çabalar, ve dolayısıyla anlığın nefret ettiği şeyin varoluşunu dışlayan şeyin imgesi anlığın bu çabasına yardım eder; eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), anlığı haz ile etkiler. Öyleyse nefret ettiği şeyin yokolduğunu imgeleyen biri haz duyacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 21

Sevdiği şeyin haz ya da acı ile etkilendiğini imgeleyen kendisi de haz ya da acı ile etkilenecek, ve bu duygular sevilen şeyde büyük ya da küçük olmalarına göre sevende de büyük ya da küçük olacaktır.

Tanıt. Sevilen şeyin varoluşunu konutlayan şeylerin imgeleri (bu bölümde Ön. 19'da tanıtladığım gibi) anlığın onu sevilen şeyi imgelemeye götüren çabasına yardım eder. Ama haz ise haz duyan şeyin varoluşunu konutlar, ve bu ise haz duygusu ne denli büyükse o denli büyüktür, çünkü (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) haz daha büyük bir eksiksizliğe geçiştir; öyleyse sevilen nesnenin hazzının imgesi sevenin ansal çabasına yardım eder, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), seveni haz ile etkiler, ve bunu bu duygunun sevilen şeyde büyüklüğü ile orantılı olarak yapar. Tanıtlanacak ilk nokta buydu. Yine, herhangi birşey acı ile etkilendiği sürece, o düzeye dek yokolur, ve bu onu etkileyen acının

büyüklüğü ile orantılıdır (Bölüm 3, Ön. 11); öyleyse (Bölüm 3, Ön. 19) sevdiğinin acı ile etkilendiğini imgeleyen kendisi de acı ile etkilenecek, ve bu duygu sevilen nesnede ne denli büyük olmuşsa o denli çok etkilenecektir.—Q.E.D.

ÖNERME 22

Eğer birinin sevdiğimiz şeyi haz ile etkilediğini imgelersek, ona karşı sevgi ile etkileniriz. Tersine, eğer onu acı ile etkilediğini imgelersek, ona karşı nefret ile etkileniriz.

Tanıt. Sevdiğimiz şeyi haz ya da acı ile etkileyen biri, eğer sevilen şeyin haz ya da acı ile etkilendiğini imgelersek, benzer olarak bizi de haz ya da acı ile etkiler (Bölüm 3, Ön. 21). Ama bu haz ya da acının bizde dışsal bir neden ideasının eşliğinde varolması gerekir; öyleyse (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), eğer birinin sevdiğimiz şeyi haz ya da acı ile etkilediğini imgelersek, ona karşı sevgi ya da nefret ile etkileniriz.—Q.E.D.

Not. Ön. 21 bize *bir başkasının incinmesinden kaynaklanan acı* olarak tanımlayabileceğimiz *acımanın* ne olduğunu açıklar. Ama bir başkasının iyiliğinden kaynaklanan hazzın nasıl adlandırılacağını bilmiyorum.* Dahası, *bir başkasına iyilik yapan birine duyduğumuz sevgiye kayırma*, buna karşı *bir başkasına kötülük yapan birine duyduğumuz nefrete öfkelenme* diyeceğiz. Yine belirtmek gerek ki, Ön. 21'de gösterdiğimiz gibi, yalnızca sevdiğimiz şey için değil, ama kendisine daha önce hiçbir duygu yöneltmediğimiz şey için de acıma duyarız, yeter ki onu kendimize benzer olarak yargılayalım (daha sonra göstereceğim gibi). Böylece bize benzer olan nesneye herangi bir iyilik yapmış olanı kayırır, ve, buna karşı, ona herhangi bir kötülük yapmış olana öfkeleniriz.

ÖNERME 23

Nefret ettiği şeyin acı ile etkilendiğini imgeleyen biri haz duyacaktır; buna karşı, haz ile etkilendiğini

tia (per idem Schol. Prop. 11 hujus); adeoque (per Prop. 19 hujus) qui id, quod amat, Tristitia affici imaginatur, Tristitia etiam afficitur, & eo majori, quo major hic affectus in re amata fuerit. Q.E.D.

Propositio XXII

Si aliquem imaginamur Laetitia afficere rem, quam amamus, Amore erga eum afficiemur. Si contra eundem imaginamur Tristitia eandem afficere, contra Odio etiam contra ipsum afficiemur.

Demonstratio. Qui rem, quam amamus Laetitia, vel Tristitia afficit, ille nos Laetitia, vel Tristitia etiam afficit, si nimirum rem amatam Laetitia illa, vel Tristitia affectam imaginamur (per Prop. praeced.). At haec Laetitia, vel Tristitia in nobis supponitur dari, concomitante idea causae externae; ergo (per Schol. Prop. 13 hujus), si aliquem imaginamur Laetitia, vel Tristitia afficere rem, quam amamus, erga eundem Amore, vel Odio afficiemur. Q.E.D.

Scholium. Propositio 21 nobis explicat, quid sit *Commiseratio*, quam definire possumus, quod sit *Tristitia orta ex alterius damno*. Quo autem nomine appellanda sit Laetitia, quae ex alterius bono oritur, nescio. Porro *Amorem erga illum, qui alteri bene fecit, Favorem*, & *contra Odium erga illum, qui alteri male fecit, Indignationem* appellabimus. Denique notandum, nos non tantum misereri rei, quam amavimus (ut in Prop. 21 ostendimus), sed etiam ejus, quam antea nullo affectu persecuti sumus; modo eam nobis similem judicemus (ut infra ostendam). Atque adeo ei etiam favere, qui simili bene fecit, & contra in eum indignari, qui simili damnum intulit.

Propositio XXIII

Qui id, quod odio habet, Tristitia affectum imaginatur, laetabitur; si contra idem Laetitia affectum esse

* [Türkçe'de de bu duygu özel bir deyimle değil ama birçok yolda anlatılır. Almanca'da "Mitfreude" sözcüğü "birlikte sevinme"yi anlatır.]

imaginetur, contristabitur; & uterque hic affectus maior, aut minor erit, pro- ut ejus contrarius maior, aut minor est in eo, quod odio habet.

Demonstratio. Quatenus res odiosa Tristitia afficitur, eatenus destruitur, & eo magis, quo majori Tristitia afficitur (per Schol. Prop. 11 hujus). Qui igitur (per Prop. 20 hujus) rem, quam odio habet, Tristitia affici imaginatur, Laetitia contra afficitur; & eo majori, quo majori Tristitia rem odiosam affectam esse imaginatur; quod erat primum. Deinde Laetitia existentiam rei laetae ponit (per idem Schol. Prop. 11 hujus), & eo magis, quo major Laetitia concipitur. Si quis eum, quem odio habet, Laetitia affectum imaginatur, haec imaginatio (per Prop. 13 hujus) ejusdem conatum coercebit, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), is, qui odio habet, Tristitia afficitur, & Q.E.D.

Scholium. Haec Laetitia vix solida, & absque ullo animi conflictu esse potest. Nam (ut statim in Propositione 27 hujus ostendamus) quatenus rem sibi similem Tristitiae affectu affici imaginatur, eatenus contristari debet; & contra, si eandem Laetitia affici imaginatur. Sed hic ad solum Odium attendimus.

Propositio XXIV

Si aliquem imaginamur Laetitia afficere rem, quam odio habemus, Odio etiam erga eum afficiemur. Si contra eundem imaginamur Tristitia eandem rem afficere, Amore erga ipsum afficiemur.

Demonstratio. Demonstratur eodem modo haec Propositio, ac Propositio 22 hujus, quam vide.

Scholium. Hi, & similes Odii affectus ad Invidiam referuntur, quae propterea nihil aliud est, quam ipsum Odium, quatenus id consideratur hominem ila disponere, ut malo alterius gaudeat, & contra ut ejusdem bono contristetur.

Propositio XXV

Id omne de nobis, deque re amata affirmare conamur, quod nos, vel rem amatam Laetitia afficere, imagina-

imgelerse acı duyacaktır; ve bu duygular nefret edilen şeyde aykırı duyguların büyük ya da küçük olmasına göre büyük ya da küçük olacaktır.

Tanıt. Nefret edilen şey acı ile ne denli etkilense o ölçüde yokolur, ve etkilendiği acı ne denli büyükse bu o denli böyledir (Bölüm 3, Ön. 11'e Not). Öyleyse (Bölüm 3, Ön. 20) nefret ettiği şeyin acı ile etkilendiğini imgeleyen biri tersine haz ile etkilenecek, ve nefret ettiği şeyi daha büyük bir acı ile etkilenmiş olarak imgelemesi ile orantılı olarak hazı artacaktır; tanıtlanacak ilk nokta buydu. Yine, haz haz duyan şeyin varoluşunu konutlar (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), ve haz ne denli büyük olarak tasarlanırsa, bu o denli böyledir. Öyleyse eğer biri nefret ettiğinin haz ile etkilendiğini imgelerse, bu imge (Bölüm 3, Ön. 13) onun çabasını kısıtlayacak, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), nefret eden kişi acı ile etkilenecektir.—Q.E.D.

Not. Bu haz sağlam olamaz ve ansal çatışmadan bağışık kalamaz. Çünkü (ve hemen Ön. 27'de göstereceğim gibi) biri ona benzeyen bir şeyin acı ile etkilendiğini imgelediği sürece, acı duymalıdır; ve tersine, haz ile etkilendiğini imgelediği sürece haz duymalıdır. Ama burada yalnızca nefreti göz önüne alıyoruz.

ÖNERME 24

Eğer birinin nefret ettiğimiz bir şeyi haz ile etkilediğini imgelersek, ona karşı da nefret ile etkileniriz. Öte yandan, eğer o şeyi acı ile etkilediğini imgelersek, o zaman ona karşı sevgi ile etkileniriz.

Tanıt. Bu önerme Bölüm 3, Ön. 22 ile aynı yolda tanıtlanır; ona bakınız.

Not. Bu ve benzer nefret duyguları *haset* [*invidia*] ile ilgilidir ki, bu yüzden *birini başkasının başına gelen kötülüğe sevinmeye ve iyiliğe ise üzül-meye götürecek bir yolda belirliyor olarak görüldüğü sürece nefretin kendisinden başka birşey değildir.*

ÖNERME 25

Bizi ya da sevilen şeyi haz ile etkilediğini imgelediğimiz herşeyi hem kendimiz hem de şey için doğrula-

maya çabalarız; buna karşı, kendimizi ya da şeyi acı ile etkileyeceğini imgelediğimiz herşeyi yadsımaya çabalarız.

Tanıt. Sevilen şeyi haz ya da acı ile etkiliyor olarak imgelediğimiz herşey bizi de haz ya da acı ile etkiler (Bölüm 3, Ön. 21). Ama anlık (Bölüm 3, Ön. 12), elinden geldiğince, bizi haz ile etkileyen şeyleri imgelemeye, eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 17 ve Sonurgu), onları bulunuyor olarak görmeye çabalar; buna karşı (Bölüm 3, Ön. 13), bizi acı ile etkileyenlerin varoluşunu dışlamaya çabalar; dolayısıyla bizi ya da sevilen şeyi haz ile etkileyeceğini imgelediğimiz herşeyi hem kendimiz hem de şey için doğrulamaya çabalarız; ve evrik olarak.—Q.E.D.

ÖNERME 26

Nefret ettiğimiz bir şey için onu acı ile etkileyeceğini imgelediğimiz herşeyi doğrulamaya, ama buna karşı, onu haz ile etkileyeceğini imgelediğimiz herşeyi yadsımaya çabalarız.

Tanıt. Bu önerme Ön. 23'ten doğar, tıpkı önceki önermenin Ön. 21'den doğması gibi.

Not. Bundan bir insanın kendini ya da sevilen şeyi hak ettiğinden yüksek, ama nefret ettiği şeyi ise hak ettiğinden aşağı görmesinin ne denli kolay olabildiğini görürüz; bu imgeye kendini hak ettiğinden yüksek gören bir insan ile ilişki içinde kendini beğenmişlik [*superbia*] denir ve bir tür deliliktir, çünkü gözleri açikken yalnızca imgelemde eriştiği herşeyi yapabileceğini düşler; bu yüzden onları olgusalıklar olarak görür ve varoluşlarını dışlayacak ve kendi etkinlik gücünü sınırlayacak herhangi birşey imgeleyemediği sürece onlardan sevinç duyar. Öyleyse *kendini beğenmişlik bir insanın kendini doğru olandan daha yüksek görmesinden doğan hazdır. Ve bir başkasını doğru olandan daha yüksek görmekten doğan hazza büyümsene* [*existimatio*] denir; *bir başkasını çok aşağı görmesinden doğana ise küçümseme* [*despectus*].

mur; & contra id omne negare, quod nos, vel rem amatum Tristitia afficere, imaginamur.

Demonstratio. Quod rem amatum Laetitia, vel Tristitia afficere imaginamur, id nos Laetitia, vel Tristitia afficit (per Prop. 21 hujus). At Mens (per Prop. 12 hujus) ea, quae nos Laetitia afficiunt, quantum potest, conatur imaginari, hoc est (per Prop. 17 p. 2 & ejus Coroll.), ut praesentia contemplari; & contra (per Prop. 13 hujus), quae nos Tristitia afficiunt, eorum existentiam secludere; ergo id omne de nobis, deque re amata affirmare conamur, quod nos, vel rem amatum Laetitia afficere, imaginamur, & contra. Q.E.D.

Propositio XXVI

Id omne de re, quam odio habemus, affirmare conamur, quod ipsam Tristitia afficere imaginamur, & id contra negare, quod ipsam Laetitia afficere imaginamur.

Demonstratio. Sequitur haec Propositio ex Propositione 23 ut praecedens ex Propositione 21 hujus.

Scholium. His videmus, facile contingere, ut homo de se, deque re amata plus justo, & contra de re, quam odit, minus justo sentiat, quae quidem imaginatio, quando ipsum hominem respicit, qui de se plus justo sentit, Superbia vocatur, & species Delirii est, quia homo oculis apertis somniat, se omnia illa posse, quae sola imaginatione assequitur, quaeque propterea, veluti realia, contemplatur, isque exultat, quamdiu ea imaginari non potest, quae horum existentiam secludunt, & ipsius agendi potentiam determinant. Est igitur Superbia Laetitia ex eo orta, quod homo de se plus justo sentit. Deinde Laetitia, quae ex eo oritur, quod homo de alio plus justo sentit, Existimatio vocatur; & illa denique Despectus, quae ex eo oritur, quod de alio minus justo sentit.

Propositio XXVII

Ex eo, quod rem nobis similem, & quam nullo affectu persecuti sumus, aliquo affectu affici imaginamur, eo ipso simili affectu affici-mur.

Demonstratio. Rerum imagines sunt Corporis humani affectiones, quarum ideae corpora externa, veluti nobis praesentia, repraesentant (per Schol. Prop. 17 p. 2), hoc est (per Prop. 16 p. 2), quarum ideae naturam nostri Corporis, & simul praesentem externi corporis naturam involvunt. Si igitur corporis externi natura similis sit naturae nostri Corporis, tum idea corporis externi, quod imaginamur, affectionem nostri Corporis involvet similem affectioni corporis externi; & consequenter, si aliquem nobis similem aliquo affectu affectum imaginamur, haec imaginatio affectionem nostri Corpus huic affectui similem exprimet; adeoque ex hoc, quod rem aliquam nobis similem aliquo affectu affici imaginamur, simili cum ipsa affectu afficiemur. Quod si rem nobis similem odio habeamus, eatenus (per Prop. 23 hujus) contrario affectu cum ipsa afficiemur, non autem simili. Q.E.D.

Scholium. Haec affectuum imitatio, quando ad Tristitiam refertur, vocatur *Commiseratio* (de qua vide Schol. Prop. 22 hujus); sed ad Cupiditatem relata *Aemulatio*, quae proinde nihil aliud est, quam *alicujus res Cupiditas, quae in nobis ingeneratur ex eo, quod alios nobis similes eandem Cupiditatem habere imaginamur.*

Corollarium I. Si aliquem, quem nullo affectu persecuti sumus, imaginamur Laetitia afficere rem nobis similem, Amore erga eundem afficiemur. Si contra eundem imaginamur eandem Tristitia afficere, Odio erga ipsum afficiemur.

Demonstratio. Hoc eodem modo ex Propositione praecedente demonstratur, ac Propositio 22 hujus ex Propositione 21.

Corollarium II. Rem, cujus nos miseret, odio habere non possumus ex eo, quod ipsius miseria nos Tristitia afficit.

ÖNERME 27

Bize benzeyen ve kendisi için hiçbir duygu taşımadığımız bir şeyin herhangi bir duygu ile etkilendiğini imgelediğimizde aynı duygu ile etkileniriz.

Tanıt. Şeylerin imgeleri insan bedeninin değişikleridir, ve bedeninin ideaları bize dışsal cisimleri sanki bulunuyorlarmış gibi temsil eder (Bölüm 2, Ön. 17'ye Not); eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 16), bu idealar kendi bedenimizin doğasını ve aynı zamanda dışsal cismin şimdiki doğasını içerir. Bu yüzden, eğer dışsal cismin doğası bedenimizin doğasına benziyorsa, o zaman imgelediğimiz dışsal cismin ideası bedenimizin dışsal cismin değişikisine benzer bir değişikisini içerecektir; ve buna göre, eğer bize benzer birinin herhangi bir duygu tarafından etkilendiğini imgelersek, bu imgeleme bedenimizin o duyguya benzer bir değişikisini anlatacaktır; dolayısıyla bize benzer birşeyin herhangi bir duygu tarafından etkilendiğini imgelediğimiz için, kendimiz onunla birlikte benzer bir duygu tarafından etkileniriz. Ama eğer bize benzer birşeyden nefret edersek, o düzeye dek (Bölüm 3, Ön. 23) onu etkilemeye benzer değil ama karşı bir duygu tarafından etkileniriz.—Q.E.D.

Not. Duygulara bu öykünmeye, acı ile bağıntılı olduğu zaman, *acıma* denir (bkz. Bölüm 3, Ön. 22'ye Not); ve istek ile bağıntılı olduğu yerde, *yarışma* [*aemulatio*] denir ki, *bize benzer başkalarının aynı isteği taşıdıklarını imgelediğimiz için bizde herhangi birşey için yaratılan istekten başka birşey değildir.*—Q.E.D.

Sonurgu 1. Eğer kendisine yönelik hiçbir duygu taşımadığımız birinin bize benzer bir şeyi haz ile etkilendiğini imgelersek, bu yüzden ona karşı sevgi ile etkileniriz. Buna karşı, eğer onu acı ile etkilendiğini imgelersek, ona karşı nefret ile etkileniriz.

Tanıt. Bu sonurgu önceki önermeden tanıtlanır, tıpkı bu Bölümdeki Ön. 22'nin Ön. 21'den tanıtlanması gibi.

Sonurgu 2. Acıdığımız şeyin sefilliğinin bizi acı ile etkilemesi bizi ondan nefret etmeye götüremez.

Tanıt. Eğer şeyden bu nedenle nefret edebilsaydık, o zaman (Bölüm 3, Ön. 23) acısından haz duyardık, ki önsava aykırıdır.

Sonurğu 3. Acıdığımız bir şeyi elimizden geldiğince sefilliğinden kurtarmaya çalışırız.

Tanıt. Acıdığımız bir şeyi acı ile etkileyen şey bizi de benzer bir acı ile etkiler (Bölüm 3, Ön. 27); ve dolayısıyla onun varoluşunu ortadan kaldıran ya da şeyi yok eden herşeyi bulup çıkarmaya çabalarız (Bölüm 3, Ön. 13), ya da (Bölüm 3, Ön. 9'a Not), onu yoketmeyi ister ya da yoketmeye karar veririz; dolayısıyla acıdığımız şeyi sefilliğinden kurtarmaya çalışırız.

Not. İyilik yapmayı istediğimiz şeye acımamızdan doğan bu iyilik yapma istencine ya da itkisine *iyilikseverlik [benevolentia]* denir ki, öyleyse *acımadan doğan istekten başka birşey değildir.* Bize benzer olduğunu imgelediğimiz birine iyilik ya da kötülük yapmış olan kişiye yönelik sevgi ya da nefret için bkz. Bölüm 3, Ön. 22'ye Not.

ÖNERME 28

Hazza katkıda bulunduğunu imgelediğimiz herşeyin ortaya çıkışını iletletmeye, ve ona ters düşen ya da acıya katkıda bulunduğunu imgelediğimiz herşeyi uzaklaştırmaya ya da yoketmeye çabalarız.

Tanıt. Hazza katkıda bulunduğunu düşündüğümüz şeyi olanaklı olduğu ölçüde imgelemeye çabalarız (Bölüm 3, Ön. 12), eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 17), onu olanaklı olduğu ölçüde bulunuyor olarak ya da edimsel olarak varolan şey olarak görmeye çabalarız. Ama anlığın çabası ya da düşünme gücü doğal olarak beden çabasına ya da davranma gücüne eşit ve onunla eşzamanlıdır (Bölüm 2, Ön. 7'ye Sonurğu ve Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgudan açıkça çıktığı gibi); öyleyse saltık olarak hazza katkıda bulunan herşeyin varolmasına çabalarız, ya da (Bölüm 3, Ön. 9'a Not) onu ister ve amaçlarız; tanıtlanacak ilk nokta buydu. Yine, eğer acı nedeni olduğuna inandığımız, ya da (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), nefret ettiğimiz şeyin

Demonstratio. Si enim ex eo nos eandem odio habere possemus, tum (per Prop. 23 hujus) ex ipsius Tristitia laetaremur, quod est contra Hypothesin.

Corollarium III. Rem, cujus nos miseret, a miseria, quantum possumus, liberare conabimur.

Demonstratio. Id, quod rem, cujus nos miseret, Tristitia afficit, nos simili etiam Tristitia afficit (per Prop. praeced.); adeoque omne id, quod ejus rei existentiam tollit, sive quod rem destruit, comminisci conabimur (per Prop. 13 hujus), hoc est (per Schol. Prop. 9 hujus) id destruere appetemus, sive ad id destruendum determinabimur; atque adeo rem, cujus miseremur, a sua miseria liberare conabimur. Q.E.D.

Scholium. Haec voluntas, sive appetitus benefaciendi, qui ex eo oritur, quod rei, in quam beneficium conferre volumus, nos miseret, *Benevolentia* vocatur, quae proinde nihil aliud est, quam *Cupiditas ex commiseratione orta*. Caeterum de Amore, & Odio erga illum, qui rei, quam nobis similem esse imaginamur, bene, aut male fecit, vide Schol. Prop. 22 hujus.

Propositio XXVIII

Id omne, quod ad Laetitiam conducere imaginamur, conamur promovere, ut fiat; quod vero eidem repugnare, sive ad Tristitiam conducere imaginamur, amovere, vel destruere conamur.

Demonstratio. Quod ad Laetitiam conducere imaginamur, quantum possumus, imaginari conamur (per Prop. 12 hujus), hoc est (per Prop. 17 p. 2), id, quantum possumus, conabimur ut praesens, sive ut actu existens contemplari. Sed Mentis conatus, seu potentia in cogitando aequalis, & simul natura est cum Corporis conatu, seu potentia in agendo (ut clare sequitur ex Coroll. Prop. 7 & Coroll. Prop. 11 p. 2): ergo, ut id existat, absolute conamur, sive (quod per Schol. Prop. 9 hujus idem est) appetimus, & intendimus; quod erat primum. Deinde si id, quod Tristitiae causam esse credimus, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), si id, quod odio habemus, destrui imaginamur, laetabimur

(per Prop. 20 hujus), adeoque idem (per primam hujus partem) conabimur destruere, sive (per Prop. 13 hujus) a nobis amovere, ne ipsum, ut praesens contemplerur; quod erat secundum. Ergo id omne, quod ad Laetitiam, & Q.E.D.

Propositio XXIX

Nos id omne etiam agere conabimur, quod homines cum Laetitia aspicere imaginamur, & contra id agere aversabimur, quod homines aversari imaginamur.*

Demonstratio. Ex eo, quod imaginamur homines aliquid amare, vel odio habere, nos idem amabimus, vel odio habebimus (per Prop. 27 hujus), hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), eo ipso ejus rei praesentia laetabimur, vel contristabimur; adeoque (per Prop. praeced.) id omne, quod homines amare, sive cum Laetitia aspicere imaginamur, conabimur agere, &c. Q.E.D.

Scholium. Hic conatus aliquid agendi, & etiam omittendi, ea sola de causa, ut hominibus placeamus, vocatur *Ambitio*, praesertim quando adeo impense vulgo placere conamur, ut cum nostro, aut alterius damno quaedam agamus, vel omittamus; alias *Humanitas* appellari solet. Deinde Laetitiam, qua alterius actionem, qua nos conatus est delectari, imaginamur, *Laudem* voco; Tristitiam vero, qua contra ejusdem actionem aversamur, *Vituperium* voco.

Propositio XXX

Si quis aliquid egit, quod reliquos Laetitia afficere imaginatur, is Laetitia, concomitante idea sui, tanquam causa, afficietur; sive se ipsum cum Laetitia contemplantur. Si contra aliquid egit, quod reliquos Tristitia afficere imaginatur, se ipsum cum Tristitia contra contemplantur.

yokolduğunu imgelersek, haz duyarız (Bölüm 3, Ön. 20); ve dolayısıyla (bu tanıtın ilk bölümü) onu bulunuyor olarak algılamayalım diye yoketmeye ya da (Bölüm 3, Ön. 13) kendimizden uzaklaştırmaya çabalarız; tanıtılanacak ikinci nokta buydu. Öyleyse, hazza katkıda bulunduğunu imgelediğimiz şeyi vs.—Q.E.D.

ÖNERME 29

İnsanların haz ile bakacaklarını imgelediğimiz her şeyi yapmaya çabalayacağız, ve tersine, insanların tiksindiklerini imgelediğimiz her şeyden tiksineceğiz.*

Tanıt. İnsanların bir şeyi sevdiklerini ya da nefret ettiklerini imgelediğimiz için o şeyi benzer olarak sevecek ya da ondan nefret edeceğiz (Bölüm 3, Ön. 27), ya da (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), bu şeyin bulunuşundan haz ya da üzüntü duyacağız; dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 28) insanların sevdiklerini ya da haz ile bakıklarını imgelediğimiz her şeyi yapmaya çabalayacağız, vb.—Q.E.D.

Not. Yalnızca insanları hoşnut edebilmek için bir şeyi yapmak ya da bırakmak için gösterilen bu çabaya *hırs* [*ambitio*] denir, özellikle eğer kalabalığı hoşnut etme isteğimiz giderek yaptıklarımız ya da bıraktıklarımız kendimize ya da başkalarına zarar verecek denli aşırı ise; bunun dışında bu çabaya genellikle *insanlık* [*humanitas*] denir. Yine, başka bir kimsenin amacı bizi hoşnut etmek olan eylemini imgelerken duyduğumuz hazza *övgü* [*laus*], ve bizi aykırı türdeki bir eylemden geri döndüren acıya *yergi* [*vituperium*] diyorum.

ÖNERME 30

Eğer biri başkalarını haz ile etkileyeceğini imgelediği bir şey yapmışsa, neden olarak kendisinin ideası eşliğinde haz ile etkilenecek, ya da kendine haz ile bakacaktır. Buna karşı, başkalarını acı ile etkileyeceğini imgelediği bir şey yapmışsa, kendine acı ile bakacaktır.

*Burada ve aşağıdaki önermelerde kendileri için hiçbir duygu taşımadığımız insanlar anlaşılmalıdır.

Tant. Başkalarını haz ya da acı ile etkilediğini imgeleyen biri tam o nedenle haz ya da acı ile etkilenir (Bölüm 3, Ön. 27). Ama insan onu eyleme belirleyen değişkiler aracılığıyla kendinin bilincinde olduğu için (Bölüm 2, Ön. 19 ve 23), başkalarını haz ile etkileyeceğini imgelediği herhangi birşeyi yapmış olan biri neden olarak kendisinin bilincinin eşliğindeki haz ile etkilenecek, ya da, kendine haz ile bakacaktır; buna karşı vs.—Q.E.D.

Not. Sevgi (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) dışsal bir nedenin ideası eşliğindeki haz olduğu, ve nefret dışsal bir nedenin ideası eşliğindeki acı olduğu için, bu haz ve acı bir tür sevgi ve nefret olacaktır. Ama sevgi ve nefret dışsal nesneler ile ilgili oldukları için, bu duyguları ayrı bir adla belirteceğiz; ve içsel bir nedenin ideası* eşliğindeki bu tür hazza *gurur* [*gloria*], ve buna aykırı acı duygusuna *utanç* [*pudor*] diyeceğiz, ve burada haz ve acının insan övüldüğüne ya da yerildiğine inandığı için doğduğu anlaşılabilecektir; yoksa içsel bir neden ideası eşliğindeki bu hazza *kendinden-hoşnutsuluk* [*acquiescentia in se*], ama aykırı acı duygusuna *pişmanlık* [*paenitentia*] diyeceğim. Yine, (Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurgu) birinin başkalarını etkilediğini imgelediği haz pekala yalnızca imgesel olabileceği için, ve (Bölüm 3, Ön. 25) herkes kendisi açısından kendini haz ile etkileyeceğini imgelediği şeyi imgelemeye çabaladığı için, gururlu birinin kendini beğenmiş olması ve herkesi hoşnut ettiğini imgelerken herkese sıkıntı vermesi gibi bir durum kolayca ortaya çıkabilir.

ÖNERME 31

Eğer birinin sevdiğimiz, istediğimiz ya da nefret ettiğimiz birşeyi sevdiğini, istediğini ya da ondan nefret ettiğini imgelersek, tam bu nedenle o şeyi daha kararlı olarak seveceğiz vb. Buna karşı, sevdiğimiz şeye isteksiz olduğunu ya da tersini imgelersek, o zaman bir ansal dalgalanmaya uğrayacağız.

Demonstratio. Qui se reliquos Laetitia, vel Tristitia afficere imaginatur, eo ipso (per Prop. 27 hujus) Laetitia, vel Tristitia afficitur. Cum autem homo (per Prop. 19 & 23 p. 2) sui sit conscius per affectiones, quibus ad agendum determinatur, ergo, qui aliquid egit, quod ipse imaginatur, reliquos Laetitia afficere, Laetitia cum conscientia sui, tanquam causa, afficitur, sive seipsum cum Laetitia contemplabitur, & contra. Q.E.D.

Scholium. Cum Amor (per Schol. Prop. 13 hujus) sit Laetitia, concomitante idea causae externae, & Odium Tristitia concomitante etiam idea causae externae, erit ergo haec Laetitia, & Tristitia Amoris, & Odii species. Sed quia Amor, & Odium ad objecta externa referuntur, ideo hos Affectus aliis nominibus significabimus; nempe Laetitiam, concomitante idea causae externae, *Gloriam*, & Tristitiam huic contrariam *Pudorem* appellabimus: Intellige, quando Laetitia, vel Tristitia ex eo oritur, quod homo, se laudari, vel vituperari credit, alias Laetitiam, concomitante idea causae internae, *Acquiescentiam in se ipso*, Tristitiam vero eidem contrariam *Poenitentiam* vocabo. Deinde quia (per Coroll. Prop. 17 p. 2) fieri potest, ut Laetitia, qua aliquis se reliquos afficere imaginatur, imaginaria tantum sit, & (per Prop. 25 hujus) unusquisque de se id omne conatur imaginari, quod se Laetitia afficere imaginatur, facile ergo fieri potest, ut gloriosus superbus sit, & se omnibus gratum esse imaginetur, quando omnibus molestus est.

Propositio XXXI

Si aliquem imaginamur amare, vel cupere, vel odio habere aliquid, quod ipsi amamus, cupimus, vel odio habemus, eo ipso rem constantius amabimus, &c. Si autem id, quod amamus, eum aversari imaginamur, vel contra, tum animi fluctuationem patiemur.

*[Latince metinde: "idea causae externae" :: "dışsal bir nedenin ideası." Boyle'un düzeltisi Hollandaca özgün metin tarafından da doğrulanır ve Latince metinde biraz aşağıda "Acquiescentiam in se ipso" durumunda kullanılan sözcük de "iternus"tur.]

Demonstratio. Ex eo solo, quod aliquem aliquid amare imaginamur, eo ipso idem amabimus (per Prop. 27 hujus). At sine hoc nos idem amare supponimus; accedit ergo Amori nova causa, a qua fovetur; atque adeo id, quod amamus, hoc ipso constantius amabimus. Deinde ex eo, quod aliquem aliquid aversari imaginamur, idem aversabimur (per eandem Prop.). At si supponamus, nos eodem tempore id ipsum amare, eodem ergo tempore hoc idem amabimus, & aversabimur, sive (vide Schol. Prop. 17 hujus) animi fluctuationem patiemur. Q.E.D.

Corollarium. Hinc, & ex Prop. 28 hujus sequitur, unumquemque, quantum potest, conari, ut unusquisque id, quod ipse amat, amet, & quod ipse odit, odio etiam habeat; unde illud Poetae:

*Speremus pariter, pariter metuamus amantes;
Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.*

Scholium. Hic conatus efficiendi, ut unusquisque probet id, quod ipse amat, vel odio habet, revera est Ambitio (vide Schol. Prop. 29 hujus); atque adeo videmus, unumquemque ex natura appetere, ut reliqui ex ipsius ingenio vivant, quod dum omnes pariter appetunt, pariter sibi impedimento, & dum omnes ab omnibus laudari, seu amari volunt, odio invicem sunt.

Propositio XXXII

Si aliquem re aliqua, qua unus solus potiri potest, gaudere imaginamur, conabimur efficere, ne ille illa re potitur.

Demonstratio. Ex eo solo, quod aliquem re aliqua gaudere imaginamur (per Prop. 27 hujus cum ejusdem Coroll. 1), rem illam amabimus, eaque gaudere cupiemus. At (per Hypothesin) huic Laetitia obstat imaginamur, quod ille eadem hac re gaudeat; ergo (per Prop. 2& hujus), ne ille eadem potitur, conabimur. Q.E.D.

Tanıt. Salt birinin bir şeyi sevdiğini imgelediğimiz için biz de onu seveceğiz (Bölüm 3, Ön. 27). Ama onu bu olmaksızın sevdiğimizi sanırız; dolayısıyla sevgimiz için onu besleyecek yeni bir neden ortaya çıkmış olur; ve bu yüzden sevdiğimizi daha kararlı olarak severiz. Yine, birinin bir şeye isteksiz olduğunu imgelediğimiz için biz de ondan kaçınıyoruz (Bölüm 3, Ön. 27). Ama aynı zamanda onu sevdiğimizi sanırsak, onu aynı zamanda hem sever hem de ona isteksizlik duyarız, ya da (Bölüm 3, Ön. 17'ye Not), ansal bir dalgalanmaya uğrarız.

Sonurgu. Buradan ve Bölüm 3, Ön. 28'den şu çıkar ki, herkes sevdiği şeyi elinden geldiğince başkalarına sevdirmeye, nefret ettiği şeyden nefret ettirmeye çabalar; bu yüzden ozan der ki:

*Birlikte umudeder ve birlikte korkar sevenler;
Demirdendir ötekinin bıraktığını seven.**

Not. Birinin kendi sevdiğini ya da nefret ettiğini herkese kabul ettirme çabası gerçekte hırsırdır (Bölüm 3, Ön. 29 ve Not); ve böylece herkesin doğal olarak başkalarının da kendi anlayışına göre yaşamasını istediğini görürüz; ama bu herkes tarafından eşit ölçüde istenecek olursa, o zaman herkes eşit ölçüde birbirine engeldir, ve eğer herkes herkes tarafından övülme ya da sevlmeyi isterse, herkes birbirinden nefret eder.

ÖNERME 32

Eğer birinin salt bir kişinin iye olabileceği bir şeyden yararlandığını imgelersek, buna iyeliğini önlemeye çalışırız.

Tanıt. Eğer birinin bir şeyden yararlandığını imgelersek, bu (Bölüm 3, Ön. 27 ve Sonurgu 1) şeyi sevecek ve ondan yararlanmayı isteyeceğiz. Ama (önsav gereği) şeyden yararlanmasının hazzımıza engel olduğunu imgeler ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 28) ona iye olmasını önlemeye çalışırız.—Q.E.D.

*[Ovid, *Amores*, Kitap II, Elegi 19, satırlar 5, 6.]

Not. Böylece gördüğümüz gibi insan doğası çoğunlukla öyle bir yolda oluşmuştur ki, kişi işleri kötü gidenlere acır ve iyi gidenlere haset eder, ve (önceki Ön.) başkasının iye olduğunu imgelediği şeyi ne denli çok severse o denli büyük bir nefretle haset eder. Yine görürüz ki, insanların kıskanç ve hırslı olmaları da insan doğasının onları birbirlerine acımaya götüren aynı özelliğinden doğar. Son olarak, deneyime başvuracak olursak, onun da özellikle yaşamımızın ilk yıllarını göz önüne aldığımızda bize bunları öğrettiğini bulacağız. Çünkü görürüz ki çocuklar, bedenleri bir bakıma sürekli olarak denge durumunda olduğu için, salt başkalarının da aynı şeyi yaptığını gördükleri için güler ya da ağlarlar; başkaları tarafından yapıldığını gördükleri herşeye hemen öykünmeyi ister, ve başkalarına haz verdiğini imgeledikleri herşeyi kendileri için isterler; ve bunun nedeni, dediğimiz gibi, şeylerin imgelerinin insan bedeninin değişiklerinin kendileri olması, ya da dışsal nedenler tarafından etkileniş ve şunu ya da bunu yapmaya yatkın kılınış yolları olmasıdır.

ÖNERME 33

Bize benzer bir şeyi seversek, elimizden geldiğince, karşılık olarak ona kendimizi sevdirmeye çalışırız.

Tanıt. Sevdığımız şeyi elimizden geldiğince geri kalan herşeyden daha çok imgelemeye çabalarız (Bölüm 3, Ön. 12). Buna göre, eğer bize benziyorsa, onu başka herşeyden çok haz ile etkilemeye çabalayacağız (Bölüm 3, Ön. 29), başka bir deyişle, elimizden geldiğince, sevilen şeyin kendi ideamız eşliğinde haz ile etkilenmesini sağlamaya, ya da, (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), karşılık olarak ona kendimizi sevdirmeye çabalayacağız.—Q.E.D.

ÖNERME 34

Sevilen şeyin bize karşı ne denli büyük bir duygu ile etkilendiğini imgelersek, o denli gurur duyarız.

Tanıt. Elimizden geldiğince sevilen bir şeyin karşılık olarak bizi sevmesini (Bölüm 3, Ön. 33),

Scholium. Videmus itaque, cum hominum natura plerumque ita comparatum esse, ut eorum, quibus male est, misereantur, & quibus bene est, invideant, & (per Prop. praeced.) eo majore odio, quo rem, quae alium potius imaginantur, magis amant. Videmus deinde, ex eadem naturae humanae proprietate, ex qua sequitur, homines esse misericordes, sequi etiam eosdem esse invidiosos, & ambitiosos. Denique, si ipsam experientiam consulere velimus, ipsam haec omnia docere experiemur; praesertim si ad priores nostrae aetatis annos attenderimus. Nam pueros, quia eorum corpus continuo veluti in aequilibrio est, ex hoc solo ridere, vel flere experimur, quod alios ridere, vel flere vident; & quicquid praeterea vident alios facere, id imitari statim cupiunt, & omnia denique sibi cupiunt, quibus alios delectari imaginantur; nimirum quia rerum imagines, uti diximus, sunt ipsae humani Corporis affectiones, sive modi, quibus Corpus humanum a causis externis afficitur, disponiturque ad hoc, vel illud agendum.

Propositio XXXIII

Cum rem nobis similem amamus, conamur, quantum possumus, efficere, ut nos contra amet.

Demonstratio. Rem, quam amamus, prae reliquis, quantum possumus, imaginari conamur (per Prop. 12 hujus). Si igitur res nobis sit similis, ipsam prae reliquis Laetitia afficere conabimur (per Prop. 29 hujus) sive conabimur, quantum possumus, efficere, ut res amata Laetitia afficiatur, concomitante idea nostri, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), ut nos contra amet. Q.E.D.

Propositio XXXIV

Quo majori affectu rem amalam erga nos affectam esse imaginamur, eo magis gloriamur.

Demonstratio. Nos (per Prop. praeced.) conamur, quantum possumus, ut res amata nos cont-

ra amet, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), ut res amata Laetitia afficiatur, concomitante idea nostri. Quo itaque rem amatam majori Laetitia nostra de causa affectam esse imaginamur, eo magis hic conatus juvatur, hoc est (per Prop. 11 hujus cum ejus Schol.), eo majore Laetitia afficimur. At cum ex eo laetemur, quod alium nobis similem Laetitia affecimus, tum nosmet cum Laetitia contemplamur (per Prop. 30 hujus): ergo quo majori affectu rem amatam erga nos affectam esse imaginamur, eo majori Laetitia nosmet contemplabimur, sive (per Schol. Prop. 30 hujus) eo magis gloriabimur. Q.E.D.

Propositio XXXV

Si quis imaginatur rem amatam eodem, vel arctiore vinculo Amicitiae, quo ipse eadem solus potiebatur, alium sibi jungere, Odio erga ipsam rem amatam afficietur, & illi alteri invidet.

Demonstratio. Quo quis majore amore rem amatam erga se affectam esse imaginatur, eo magis gloriabitur (per Prop. praeced.), hoc est (per Schol. Prop. 30 hujus), laetabitur; adeoque (per Prop. 28 hujus) conabitur, quantum potest, imaginari, rem amatam ipsi quam arctissime devinctam, qui quidem conatus, sive appetitus fomentatur, si alium idem sibi cupere imaginatur (per Prop. 31 hujus). At hic conatus, sive appetitus ab ipsius rei amatae imagine, concomitante imagine illius, quem res amata sibi jungit, coerceri supponitur; ergo (per Schol. Prop. 11 hujus) eo ipso Tristitia afficietur, concomitante idea rei amatae, tanquam causa, & simul imagine alterius, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), odio erga rem amatam afficietur, & simul erga illum alterum (per Coroll. Prop. 15 hujus), cui propterea (per Prop. 23 hujus) quod re amata delectatur, invidet. Q.E.D.

Scholium. Hoc Odium erga rem amatam Invidiae junctum *Zelotypia* vocatur, quae proinde

ya da (Bölüm 3, Ön. 15'e Not), bizim ideamızı eşliğinde haz ile etkilenmesini sağlamaya çabalarız. Böylece sevilen şeyi ne denli nedeni kendimiz olan bir haz ile etkilenmiş olarak imgelersek, çabamız o denli yardım görür, eş deyişle, (Bölüm 3, Ön. 11 ve Not) daha büyük bir haz ile etkileniriz. Ama kendimize benzer bir başkasını haz ile etkilediğimiz için haz duyduğumuzda, kendimize haz ile bakarız (Bölüm 3, Ön. 30); ve dolayısıyla sevilen nesnenin bize karşı ne denli büyük bir duygu ile etkilendiğini imgelersek, kendimize o denli büyük bir haz ile bakarız, ya da (Bölüm 3, Ön. 30'a Not), o denli gurur duyarız.— Q.E.D.

ÖNERME 35

Eğer biri sevilen bir şeyin bir başkası ile aynı ya da onu yalnızca ona bağlayandan daha güçlü bir dostluk bağı ile birleştiğini imgelerse, sevilen şeyin kendisine karşı nefret ile etkilenir ve ötekine haset eder.

Tanıt. Biri sevilen bir şeyin ona karşı ne denli büyük bir sevgi ile etkilendiğini imgelerse, o denli büyük gurur duyacaktır (Bölüm 3, Ön. 34), eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 30'a Not), daha büyük bir haz duyacaktır; buna göre (Bölüm 3, Ön. 28) elinden geldiğince sevilen şeyin ona en sıkı bağla bağlandığını imgelemeye çabalayacaktır; ve eğer bir başkasının aynı şeyi kendi için istediğini imgelerse bu çaba ya da itki güçlenecektir (Bölüm 3, Ön. 31). Ama bu çabanın ya da itkinin sevilen şeyin kendisi ile bağladığı kişinin imgesinin eşliğindeki imgesi tarafından durdurulması gerekir; bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) kişi neden olarak sevilen şeyin ideası ile ve aynı zamanda o başkasının imgesi eşliğindeki acı ile etkilenecektir; başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), sevilen şeye karşı, ve aynı zamanda sevilen şeyden haz duyduğu için haset edeceği (Bölüm 3, Ön. 23) o başkasına karşı nefret ile etkilenecektir (Bölüm 3, Ön. 15'e Sonurgu).— Q.E.D.

Not. Sevilen bir şeye karşı bu nefrete, haset ile birleştiğinde, *kıskançlık* [*zelotypia*] denir ki, anlı-

ğın eşzamanlı sevgi ve nefretten kaynaklanan bir dalgalanmasıdır ve haset edilen bir başkasının ideasının eşliğinde yer alır. Dahası, sevilen nesneye karşı bu nefret kıskanç insanın genellikle sevilen şeyin karşılık düşen sevgisi yoluyla etkilendiği haz ile orantılı olarak, ve ayrıca sevilen nesne ile birleştiğini imgelediği kişiye karşı etkilendiği duygu ile orantılı olarak büyük olacaktır. Çünkü eğer bu kişiden nefret etmişse, tam bu nedenle sevilen şeyden nefret edecektir (Bölüm 3, Ön. 24), çünkü kendisinin nefret ettiği şeyi onun haz ile etkilediğini imgeler; ve ayrıca (Bölüm 3, Ön. 15'e Sonurgu) sevilen nesnenin imgesini nefret ettiği kişinin imgesi ile bağlamaya zorlanır; bu durum genellikle sevgi bir kadına yönelik olduğu zaman ortaya çıkar, çünkü sevdiği kadının bir başkası ile fahişelik yaptığını imgeleyen bir erkek salt itkisi kısıtlandığı için acı çekmekle kalmaz, ama sevilen şeyin imgesini bir başkasındaki utanç ve dışkı parçalarıyla birleştirmek zorunda kaldığı için de ondan kaçınır; ve son olarak eklemek gerek ki, kıskanç kişi sevilen şeyin daha önce ona gösterdiği aynı güler yüzle karşılanmaz, ve seven biri olarak, şimdi göstereceğim gibi, bundan da acı duyar.

ÖNERME 36

Bir zamanlar ona haz vermiş olan şeyi anımsayan biri ona ondan ilk kez haz almış olduğu zamanki koşullar altında iye olmayı ister.

Tanıt. Bir insanın ona haz vermiş olan bir şey ile aynı zamanda gördüğü herşey (Bölüm 3, Ön. 15) onun için ilineksel olarak bir haz nedeni olacaktır; dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 28) ona haz vermiş olan şey ile aynı zamanda tümüne de iye olmayı isteyecektir; başka bir deyişle, şeye ondan ilk kez haz duymuş olduğu zaman varolan her koşul ile birlikte iye olmayı isteyecektir.—Q.E.D.

Sonurgu. Öyleyse, seven biri bu koşullardan birinin eksik olduğunu bulursa acı duyacaktır.

Tanıt. Çünkü koşullardan birinin eksik olduğunu bulduğu ölçüde, şeyin varoluşunu dışlayan birşeyi imgeler. Ama (Bölüm 3, Ön. 36) şeyi

nihil aliud est, quam animi fluctuatio orta ex Amore, & Odio simul, concomitante idea alterius, cui invidetur. Praeterea hoc Odium erga rem amatam majus erit pro ratione Laetitiae, qua Zelotypus ex reciproco rei amatae Amore solebat affici, & etiam pro ratione affectus, quo erga illum, quem sibi rem amatam jungere imaginatur, affectus erat. Nam si eum oderat, eo ipso rem amatam (per Prop. 24 hujus) odio habebit, quia ipsam id, quod ipse odio habet, Laetitia afficere imaginatur; & etiam (per Coroll. Prop. 15 hujus) ex eo, quod rei amatae imaginem imaginem ejus, quem odit, jungere cogitur, quae ratio plerumque locum habet in Amore erga facinam; qui enim imaginatur mulierem, quam amat, alteri sese prostituere, non solum ex eo, quod ipsius appetitus coercetur, contristabitur; sed etiam, quia rei amatae imaginem pudendis, & excrementis alterius jungere cogitur, eandem aversatur; ad quod denique accedit, quod Zelotypus non eodem vultu, quem res amata ei praeberet solebat, ab eadem excipitur, qua etiam de causa amans contristatur, ut jam ostendam.

Propositio XXXVI

Qui rei, qua semel delectatus est, recordatur, cupit eadem cum iisdem potiri circumstantiis, ac cum primo ipsa delectatus est.

Demonstratio. Quicquid homo simul cum re, quae ipsum delectavit, vidit, id omne (per Prop. 15 hujus) erit per accidens Laetitiae causa; adeoque (per Prop. 28 hujus) omni eo simul cum re, quae ipsum delectavit, potiri cupiet, sive re cum omnibus iisdem circumstantiis potiri cupiet, ac cum primo eadem delectatus est. Q.E.D.

Corollarium. Si itaque unam ex iis circumstantiis deficere comperit, amans contristabitur.

Demonstratio. Nam quatenus aliquam circumstantiam deficere comperit, eatenus aliquid imaginatur, quod ejus rei existentiam

secludit. Cum autem ejus rei, sive circumstantiae (per Prop. praeced.) sit prae amore cupidus, ergo (per Prop. 19 hujus), quatenus eandem deficere imaginatur, contristabitur. Q.E.D.

Scholium. Haec Tristitia, quatenus absentiam ejus, quod amamus, respicit, *Desiderium* vocatur.

Propositio XXXVII

Cupiditas, quae prae Tristitia, vel Laetitia, praequae Odio, vel Amore oritur, eo est major, quo affectus major est.

Demonstratio. Tristitia hominis agendi potentiam (per Schol. Prop. 11 hujus) minuit, vel coercet, hoc est (per Prop. 7 hujus), conatum, quo homo in suo esse perseverare conatur, minuit, vel coercet; adeoque (per Prop. 5 hujus) huic conatui est contraria; & quicquid homo Tristitia affectus conatur, est Tristitiam amovere. At (per Tristitiae Defin.) quo Tristitia major est, eo majori parti hominis agendi potentiae necesse est opponi; ergo quo major Tristitia est, eo majore agendi potentia conabitur homo contra Tristitiam amovere, hoc est (per Schol. Prop. 9 hujus), eo majore cupiditate, sive appetitu conabitur Tristitiam amovere. Deinde, quoniam Laetitia (per idem Schol. Prop. 11 hujus) hominis agendi potentiam auget, vel juvat, facile eadem via demonstratur, quod homo, Laetitia affectus, nihil aliud cupit, quam eandem conservare, idque eo majore Cupiditate, quo Laetitia major erit. Denique, quoniam Odium, & Amor sunt ipsi Tristitiae, vel Laetitiae affectus, sequitur eodem modo, quod conatus, appetitus, sive Cupiditas, quae prae Odio, vel Amore oritur, major erit pro ratione Odii, & Amoris. Q.E.D.

Propositio XXXVIII

Si quis rem amatam odio habere inciperit, ita ut Amor plane aboleatur, eandem majore odio, ex pari causa, prosequetur, quam si ipsam nunquam amavisset, & eo majori, quo Amor antea major fuerat.

ya da koşulu sevgiden ötürü istediği için, bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 19) o koşulun eksik olduğunu imgelediği sürece acı duyacaktır.—Q.E.D.

Not. Bu acı, sevdiğimiz şeyin yokluğu ile ilişkili olduğu sürece, *özlem* [*desiderium*] olarak adlandırılır.

ÖNERME 37

Acı ya da hazdan, nefret ya da sevgiden kaynaklanan istek duygunun büyüklüğü ile orantılı olarak büyüktür.

Tanıt. Acı bir insanın eylem gücünü azaltır ya da kısıtlar (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 7), bir insanın kendi varlığını sakınma çabasını azaltır ya da kısıtlar, ve öyleyse (Bölüm 3, Ön. 5) bu çabaya aykırıdır; buna göre, acı ile etkilenen bir insanın yapmaya çabaladığı şey o acıyı uzaklaştırmaktır. Ama (acıнын tanımına göre) acı ne denli büyükse insanın etkinlik gücüne karşıtlığı zorunlu olarak o denli büyük olacak, ve dolayısıyla insan acıyı ortadan kaldırmak için o denli büyük bir etkinlik gücü ile, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 9'a Not), o denli büyük bir istek ile ya da o denli büyük bir itki ile çabalayacaktır. Yine, haz (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) bir insanın etkinlik gücünü arttırdığı ya da ona yardım ettiği için, aynı yöntemle kolayca tanıtlanabilir ki, haz ile etkilenen bir insan hiçbir şeyi onu saklamaktan daha çok istemez, ve haz ne denli güçlü ise isteği o denli güçlü olur. Son olarak, sevgi ve nefretin kendileri haz ya da acı duyguları oldukları için, bundan aynı yolda şu çıkar ki nefretten ya da sevgiden doğan çaba, itki ya da istek nefret ya da sevgi ne denli büyükse o denli büyük olacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 38

Eğer biri sevilen şeyden onun için sevgisinin bütünüyle yiteceği bir yolda nefret etmeye başlamışsa, bu nedenle ondan onu hiçbir zaman sevmemiş olduğundan daha çok nefret edecek, ve nefreti önceki sevgisi denli büyük olacaktır.

Tanıt. Çünkü eğer biri sevdiği bir şeyden nefret etmeye başlarsa, onu hiçbir zaman sevmemiş olduğundan daha çok itkisi kısıtlanır. Sevgi aslında hazdır (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) ki, insan onu elinden geldiğince saklamaya çabalar (Bölüm 3, Ön. 28); ve bunu hem sevilen şeyi buluyor görerek (Bölüm 3, Ön. 13) hem de onu elinden geldiğince haz ile etkileyerek yapar (Bölüm 3, Ön. 21); çabası (Bölüm 3, Ön. 37) sevgisinin büyüklüğü denli büyüktür, ve sevilen şeyin karşılık olarak onu sevmesini sağlama çabası için de bu böyledir (Bölüm 3, Ön. 33). Ama bu çabalar sevilen şeye karşı nefret tarafından kısıtlanır (Bölüm 3, Ön. 13'e Sonurgu, ve Ön. 23); dolayısıyla seven (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) bu nedenle acı ile de etkilenir, ve sevgi ne denli büyük olmuşsa o denli çok etkilenir, eş deyişle, nefretin nedeni olmuş olan acıya ek olarak şeyi sevmiş olmasından doğan bir başka acı daha vardır; ve buna göre sevilen şeyi daha büyük bir acı duygusu ile görecektir, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), ondan onu sevmemiş olduğundan daha çok nefret edecek, ve nefreti önceki sevgisi ne denli büyük olmuşsa o denli büyük olacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 39

Başkasından nefret eden biri ondan daha büyük bir kötülük göreceğinden korkmadıkça ona kötülük yapmaya çabalayacaktır; ve, buna karşı, başkasını seven biri aynı yasaya göre ona iyilik yapmaya çabalayacaktır.

Tanıt. Birinden nefret etmek (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) onu bir acı nedeni olarak imgelemektir, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 28) başkasından nefret eden biri onu ortadan kaldırmaya ya da yoketmeye çabalayacaktır. Ama bundan başına daha acı verici birşeyin, ya da (ki aynı şeydir) daha büyük bir kötülüğün geleceğinden korkarsa, ve bunu nefret ettiği kişiye onun için tasarladığı kötülüğü yapmayarak önleyebileceğine inanırsa, o kötülüğü yapmaktan kaçınmayı isteyecektir (Bölüm 3, Ön. 28); ve bu çaba onu kötülükte bulunmaya götürenden daha büyük

Demonstratio. Nam si quis rem, quam amat, odio habere incipit, plures ejus appetitus coercentur, quam si eandem non amavisset. Amor namque Laetitia est (per Schol. Prop. 13 hujus), quam homo, quantum potest (per Prop. 28 hujus) conservare conatur; idque (per idem Schol.) rem amatam, ut praesentem, contemplando, eandemque (per Prop. 21 hujus) Laetitia, quantum potest, afficiendo, qui quidem conatus (per Prop. praeced.) eo est major, quo amor major est, ut & conatus efficiendi, ut res amata ipsum contra amet (vide Prop. 33 hujus). At hi conatus odio erga rem amatam coercentur (per Coroll. Prop. 13 & per Prop. 23 hujus); ergo amans (per Schol. Prop. 11 hujus) hac etiam de causa Tristitia afficietur, & eo majori, quo Amor major fuerat, hoc est, praeter Tristitiam, quae Odii fuit causa, alia ex eo oritur, quod rem amavit; & consequenter majore Tristitiae affectu rem amatam contemplabitur, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), majori odio prosequetur, quam si eandem non amavisset, & eo majori, quo amor major fuerat. Q.E.D.

Propositio XXXIX

Qui aliquem Odio habet, ei malum inferre conabitur, nisi ex eo majus sibi malum oriri timeat; & contra, qui aliquem amat, ei eadem lege benefacere conabitur.

Demonstratio. Aliquem odio habere est (per Schol. Prop. 13 hujus) aliquem, ut Tristitiae causam, imaginari; adeoque (per Prop. 28 hujus) is, qui aliquem odio habet, eundem amovere, vel destruere conabitur. Sed si inde aliquid tristius, sive (quod idem est) majus malum sibi timeat, idque se vitare posse credit, non inferendo ei, quem odit, malum, quod meditabatur, a malo inferendo (per eandem Prop. 28 hujus) abstinere cupiet; idque (per Prop. 37 hujus) majore conatu, quam quo tenebatur inferendi

malum, qui propterea praevalēbit, ut volebamus. Secundae partis demonstratio eodem modo procedit. Ergo qui aliquem odio habet, &c. Q.E.D.

Scholium. Per bonum hic intelligo omne genus Laetitiae, & quicquid porro ad eandem conducit, & praecipue id, quod desiderio, quaecunque illud sit, satisfacit. Per malum autem omne Tristitiae genus, & praecipue id, quod desiderium frustratur. Supra enim (in Schol. Prop. 9 hujus) ostendimus, nos nihil cupere, quia id bonum esse judicamus, sed contra id bonum vocamus, quod cupimus; & consequenter id, quod aversamur, malum appellamus; quare unusquisque ex suo affectu judicat, seu aestimat, quid bonum, quid malum, quid melius, quid pejus, & quid denique optimum, quidve pessimum sit. Sic Avarus argenti copiam optimum, ejus autem inopiam pessimum judicat. Ambitiosus autem nihil aequae, ac Gloriam cupit, & contra nihil aequae, ac Pudorem, reformidat. Invidio deinde nihil jucundius, quam alterius infelicitas, & nihil molestius, quam aliena felicitas; ac sic unusquisque ex suo affectu rem aliquam bonam, aut malam, utilem, aut inutilem esse judicat. Caeterum hic affectus, quo homo ita disponitur, ut id, quod vult, nolit, vel ut id, quod non vult, velit, *Timor*, vocatur, qui proinde nihil aliud est, quam metus, quatenus homo ab eodem disponitur, ad malum, quod futurum judicat, minore vitandum (vide Prop. 28 hujus). Sed si malum, quod timet, Pudor sit, tum Timor appellatur *Verecundia*. Denique si cupiditas malum futurum vitandi coercetur Timore alterius mali, ita ut quid potius velit, nesciat, tum Metus vocatur *Consternatio*, praecipue si utrumque malum, quod timetur, ex maximis sit.

Propositio XL

Qui se odio haberi ab aliquo imaginatur, nec se ulla odii causam illi dedisse credit, eundem odio contra habebit.

olacak (Bölüm 3, Ön. 37) ve dolayısıyla üstünlük kazanacaktır; önermenin ilk bölümü buydu. İkinci bölüm de aynı yola tanıtlanır. Öyleyse başkasından nefret eden biri vs.—Q.E.D.

Not. İyilik [*bonum*] ile burada her tür hazzi, ve ona katkıda bulunan herşeyi, ama özellikle ne olursa olsun özlemi doyurana anlıyorum. Kötülük [*malum*] ile her tür acıyı, ve özellikle özlemi düşkırıklığına uğratanı anlıyorum. Çünkü yukarıda gösterdiğim gibi (Bölüm 3, Ön. 9'a Not) bir şeyi onu iyi saydığımız için istemeyiz: tersine, ona onu istediğimiz için iyi deriz, ve, buna göre, kaçındığımız her şeye kötü deriz; öyleyse herkes neyin iyi neyin kötü, neyin daha iyi neyin daha kötü, ve neyin en iyi neyin en kötü olduğunu duygusuna göre yargılar ya da hesaplar. Böylece açgözlü biri paranın bolluğunu en iyi, yokluğunu en kötü şey olarak yargılar. Hırslı insan hiçbirşeyi gurur denli istemez, ve buna karşı hiçbirşeyden utanç denli kaçınmaz. Yine, hasetçi biri için hiçbirşey bir başkasının talihsizliğinden daha hoş, ve hiçbirşey bir başkasının talihinden daha nahoş değildir; ve böylece herkes kendi duygusuna göre bir şeyi iyi ya da kötü olarak, yararlı ya da yararsız olarak yargılar. Dahası, bir insanı istediğini istemeye ve istemediğini istemeye götüren duyguya *ürkellik* [*timor*] denir ki, bu yüzden *kişiyi onu kaygılandıran gelecek bir kötülükten kaçınabilmek için daha küçük bir kötülüğü göze almaya yönelten korkudan başka birşey değildir* (Bölüm 3, Ön. 28). Eğer korktuğu kötülük utanç ise, o zaman korku *çekingenliktir* [*verecundia*]. Son olarak, gelecek bir kötülükten kaçınma isteği bir başka ürkü tarafından insanın ikisinden hangisini istediğini bilmediği bir yolda kısıtlanırsa, o zaman bu korkuya *şaşkınlık* [*consternatio*] denir, özellikle ürkü veren her iki kötülük de çok büyüксе.

ÖNERME 40

Eğer biri başkasının ondan nefret ettiğini imgelerse, ve nefretine neden olacak hiçbirşey yapmadığına inanırsa, kendi payına ondan nefret edecektir.

Tanıt. Başka birinin nefret ile etkilendiğini imgeleyen biri tam bu nedenle nefret ile etkilenecektir (Bölüm 3, Ön. 27), eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), dışsal bir nedenin ideasının eşliğindeki acı ile etkilenecektir. Ama (önsav gereği) bu acı için ondan nefret eden kişinin dışında hiçbir neden imgelemez; öyleyse başka birinin ondan nefret ettiğini imgelediği için, ondan nefret edenin ideasının eşliğindeki acı ile etkilenecek, ya da (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), ondan nefret edecektir.—Q.E.D.

Not. Ama eğer nefret için haklı bir neden verdiğini imgelerse, o zaman (Bölüm 3, Ön. 30 ve Not) utanç ile etkilenecektir. Ama bu (Bölüm 3, Ön. 25) seyrek olarak olur. Dahası, nefretin bu karşılıklı nefretin nefret edilen kişiye kötülükte bulunma girişimi tarafından izlenmesinden de doğabilir (Bölüm 3, Ön. 39). Öyleyse, başka birinin ondan nefret ettiğini imgeleyen biri, onu belli bir kötülüğün ya da acının nedeni olarak imgeleyecek, ve böylece acı ile ya da bir neden olarak ondan nefret eden kişinin ideasının eşliğindeki bir korku ile etkilenecektir; eş deyişle, yukarıda belirtildiği gibi, karşılık olarak ondan nefret edecektir.

Sonurğu 1. Eğer biri sevdiği kişinin ona karşı nefret ile etkilendiğini imgelerse, eşzamanlı sevgi ve nefret çatışmasına düşecektir. Çünkü onun kendisinden nefret ettiğini imgelediği sürece, karşılık olarak ondan nefret etmeye belirlecektir (Bölüm 3, Ön. 40). Ama (önsav gereği) gene de onu sevecek, ve dolayısıyla eşzamanlı sevgi ve nefret çatışmasına düşecektir.

Sonurğu 2. Şimdiye dek kendisine karşı hiçbir duygu taşımadığı birinin nefretinden bir kötülüğe uğradığını imgeleyen biri hemen karşılık olarak ona bir kötülükte bulunmaya çalışacaktır.

Tanıt. Birinin kendisine karşı nefret ile etkilendiğini imgeleyen kişi, karşılık olarak ondan nefret edecek (Bölüm 3, Ön. 40), ve (Bölüm 3, Ön. 26) onu acı ile etkileyebilecek herşeyi anımsamaya, ve dahası bunu onun üzerinde uygulamaya çalışacaktır (Bölüm 3, Ön. 39). Ama

Demonstratio. Qui aliquem odio affectum imaginatur, eo ipso etiam odio afficitur (per Prop. 27 hujus), hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus) Tristitia, concomitante idea causae externae. At ipse (per Hypothesin) nullam hujus Tristitiae causam imaginatur praeter illum, qui ipsum odio habet; ergo ex hoc, quod se odio haberi ab aliquo imaginatur, Tristitia afficitur, concomitante idea ejus, qui ipsum odio habet, sive (per idem Schol.) eundem odio habebit. Q.E.D.

Scholium. Quod si se justam Odii causam praeuissse imaginatur, tum (per Prop. 30 hujus & ejusdem Schol.) Pudore afficitur. Sed hoc (per Prop. 25 hujus) raro contingit. Praeterea haec Odii reciprocatio oriri etiam potest ex eo, quod Odium sequatur conatus malum inferendi ei, qui odio habetur (per Prop. 39 hujus). Qui igitur se odio haberi ab aliquo imaginatur, eundem alicujus mali, sive Tristitiae causam imaginabitur; atque adeo Tristitia afficitur, seu Metu, concomitante idea ejus, qui ipsum odio habet, tanquam causa, hoc est, odio contra afficitur, ut supra.

Corollarium I. Qui, quem amat, odio erga se affectum imaginatur, Odio, & Amore simul conflictabitur. Nam quatenus imaginatur, ab eodem se odio haberi, determinatur (per Prop. praeced.), ad eundem contra odio habendum. At (per Hypothesin) ipsum nihilominus amat: ergo Odio, & Amore simul conflictabitur.

Corollarium II. Si aliquis imaginatur, ab aliquo, quem antea nullo affectu persecutus est, malum aliquod prae Odio sibi illatum esse, statim idem malum eidem referre conabitur.

Demonstratio. Qui aliquem Odio erga se affectum esse imaginatur, eum contra (per Prop. praeced.) odio habebit, & (per Prop. 26 hujus) id omne comminisci conabitur, quod eundem possit Tristitia afficere, atque id eidem (per Prop. 39 hujus) inferre studebit. At (per Hypothesin)

primum, quod hujusmodi imaginatur, est malum sibi illatum; ergo idem statim eidem inferre conabitur. Q.E.D.

Scholium. Conatus malum inferendi ei, quem odimus, *ira* vocatur; conatus autem malum nobis illatum referendi *Vindicta* appellatur.

Propositio XLI

Si quis ab aliquo se amari imaginatur, nec se ullam ad id causam dedisse credit (quod per Coroll. Prop. 15 & per Prop. 16 hujus fieri potest), *eundem contra amabit.*

Demonstratio. Haec Propositio eadem via demonstratur, ac praecedens. Cujus etiam Scholium vide.

Scholium. Quod si se justam Amoris causam praebuisse crediderit gloriabitur (per Prop. 30 hujus cum ejusdem Schol.), quod quidem (per Prop. 25 hujus) frequentius contingit, & cujus contrarium evenire diximus, quando aliquis ab aliquo se odio haberi imaginatur (vide Schol. Prop. praeced.). Porro hic reciprocos Amor, & consequenter (per Prop. 39 hujus) conatus beneficiendi ei, qui nos amat, quique (per eandem Prop. 39 hujus) nobis benefacere conatur, Gratia, seu Gratitude vocatur; atque adeo apparet, homines longae paratiores esse ad Vindictam, quam ad referendum beneficium.

Corollarium. Qui ab eo, quem odio habet, se amari imaginatur, Odio, & Amore simul conflictabitur. Quod eadem via, qua primum Propositionis praecedentis Coroll. demonstratur.

Scholium. Quod si Odium praevaluerit, ei, a quo amatur, malum inferre conabitur, qui quidem affectus *Crudititas* appellatur, praecipue si illum, qui amat, nullam Odii communem causam praebuisse creditur.

Propositio XLII

Qui in aliquem, Amore, aut spe Gloriae motus, beneficium contulit, contristabitur, si viderit, beneficium ingrato animo accipi.

Demonstratio. Qui rem aliquam sibi similem amat, conatur, quantum potest, efficere, ut ab ipsa

(önsav gereği) anımsadığı ilk şey ona yapılan kötülüktür, ve dolayısıyla hemen bunu onun üzerinde uygulamaya çalışacaktır.—Q.E.D.

Not. Nefret ettiğimiz şeye kötülükte bulunma çabasına *öfke* [*ira*], ve kendimize yapılan kötülüğe karşılık verme çabasına *öç* [*vindicta*] denir.

ÖNERME 41

Başkası tarafından sevildiğini imgeleyen ve ona bunun için hiçbir neden verdiği inanan biri (ki bu bölümde Ön. 15'e Sonurgu ve Ön. 16'ya göre olabilir) *karşılık olarak onu sevecektir.*

Tanıt. Bu önerme önceki ile aynı yolda tanıtlanır; bkz. ayrıca bu önermeye not.

Not. Eğer sevgi için haklı bir neden verdiği imgelerse, bundan gurur duyacaktır (Bölüm 3, Ön. 30 ve Not); bu sık sık olur (Bölüm 3, Ön. 25), ve birinin başkasının ondan nefret ettiğini imgelediği zaman olduğunu söylediğimizin karşıtıdır (Bölüm 3, Ön. 40'a Not). Bu karşı sevgi, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 39) bizi seven ve (Bölüm 3, aynı Ön. 39) bize iyilik yapmaya çabalayan kişiye iyilik yapma çabası *minnet* ya da *minnettarlık* [*gratia seu gratitudo*] olarak adlandırılır; ve buradan nasıl insanların bir iyiliğe karşılık vermekten çok öç almaya hazır olduklarını görebiliriz.

Sonurgu. Nefret ettiği biri tarafından sevildiğini imgeleyen kişi eşzamanlı sevgi ve nefret çatışmasına düşecektir. Bu önceki önermeye sonurgu ile aynı yolda tanıtlanır.

Not. Eğer nefret egemense, onu seven kişiye kötülükte bulunmaya çalışacaktır; bu duyguya *acımasızlık* [*crudelitas*] denir, özellikle sevenin nefret için olağan bir neden yaratmadığına inanılırsa.

ÖNERME 42

Eğer biri sevgiden ya da gurur umudu ile bir başkasına iyilikte bulunmuşsa, iyiliğin iyilikbilmezlik ile karşılandığını gördüğünde acı duyacaktır.

Tanıt. Kendine benzer bir şeyi seven kişi elinden geldiğince karşılık olarak ona kendini sev-

dirmeye çabalayacaktır (Bölüm 3, Ön. 33). Öyleyse, birine sevgisinden ötürü bir iyilikte bulunan kişi bunu karşılık olarak sevebilsin diye, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 34), gurur ya da (Bölüm 3, Ön. 30'a Not) haz umudu ile yapar; ve öyleyse (Bölüm 3, Ön. 12) elinden geldiğince bu gurur nedenini imgelemeye ya da edimsel olarak varmış gibi görmeye çabalayacaktır. Ama (önsav gereği) o nedenin varoluşunu dışlayan başka birşeyi imgeler, ve öyleyse (Bölüm 3, Ön. 19) tam bu nedenle acı duyacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 43

Nefret karşı nefret ile artar, ama sevgi ile yokedilebilir.

Tanıt. Biri nefret ettiği kişinin ona karşı nefret ile etkilendiğini imgelerse, tam bu nedenle eski nefret (önsav gereği) sürerken yeni bir nefret üretilir (Bölüm 3, Ön. 40). Buna karşı, onun kendisine karşı sevgi ile etkilendiğini imgelerse, bunu imgelediği sürece (Bölüm 3, Ön. 30) kendisine haz ile bakacak ve (Bölüm 3, Ön. 29) ona haz vermeye çalışacak, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 41), ondan nefret etmemeye ve onu acı ile etkilememeye çabalayacaktır; bu çaba (Bölüm 3, Ön. 37) onu doğuran duyguya göre büyük ya da küçük olacak, ve buna göre eğer nefretten kaynaklanan ve (Bölüm 3, Ön. 26) nefret ettiği şeyi acı ile etkilemeye yönelik çabadan büyük olursa, o zaman ağır basacak ve anlıktan nefreti silecektir.—Q.E.D.

ÖNERME 44

Sevgi tarafından bütünüyle yenilen nefret sevgiye geçer; ve sevgi bu yüzden nefret tarafından öncelenmediğinde olacağından daha büyüktür.

Tanıt. Tanıt Bölüm 3, Ön. 38'in tanıtı ile aynı türdendir. Çünkü eğer biri nefret ettiği ya da acı ile görme alışkanlığında olduğu bir şeyi sevmeye başlarsa, sevgiden ötürü haz duyar; ve sevginin içerdiği bu hazza (Bölüm 3, Ön. 13'e Nottaki tanımına bakın), nefretin içerdiği acıyı

contra ametur (per Prop. 33 hujus). Qui igitur prae amore in aliquem beneficium contulit, id facit desiderio, quo tenetur, ut contra ametur, hoc est (per Prop. 34 hujus) spe Glorïae, sive (per Schol. Prop. 30 hujus) Laetitiae; adeoque (per Prop. 12 hujus) hanc Glorïae causam, quantum potest, imaginari, sive ut actu existentem contemplari conabitur. At (per Hypothesin) aliud imaginatur, quod ejusdem causae existentiam secludit: ergo (per Prop. 19 hujus) eo ipso contristabitur. Q.E.D.

Propositio XLIII

Odium reciproco odio augetur, & Amore contra deleri potest.

Demonstratio. Qui eum, quem odit, Odio contra erga se affectum esse imaginatur, eo ipso (per Prop. 40 hujus) novum Odium oritur, durante (per Hypothesin) adhuc primo. Sed si contra eundem amore erga se affectum esse imaginatur, quatenus hoc imaginatur, eatenus (per Prop. 30 hujus) se ipsum cum Laetitia contemplatur, & eatenus (per Prop. 29 hujus) eidem placere conabitur, hoc est, (per Prop. 41 hujus) eatenus conatur ipsum odio non habere, nulla Tristitia afficere; qui quidem conatus (per Prop. 37 hujus) major, vel minor erit, pro ratione affectus, ex quo oritur; atque adeo si major fuerit illo, qui ex odio oritur, & quo rem, quam odit (per Prop. 26 hujus) Tristitia afficere conatur, ei praevaleret, & Odium ex animo delebit. Q.E.D.

Propositio XLIV

Odium, quod Amore plane vincitur, in Amorem transit; & Amor propterea major est, quam si Odium non praecessisset.

Demonstratio. Eodem modo procedit, ac Propositionis 38 hujus. Nam qui rem, quam odit, sive quam cum Tristitia contemplari solebat, amare incipit, eo ipso, quod amat, laetatur, & huic Laetitiae, quam Amor involvit (vide ejus Defin. in Schol. Prop. 13 hujus), illa etiam

accedit, quae ex eo oritur, quod conatus amovendi Tristitiam, quam odium involvit (ut in Prop. 37 hujus ostendimus), prorsus juvat, concomitante idea ejus, quem odio habuit, tanquam causa.

Scholium. Quamvis res ita se habeat, nemo tamen conabitur rem aliquam odio habere, vel Tristitia affici, ut majori hac Laetitia fruatur; hoc est, nemo spe damnum recuperandi, damnum sibi inferri cupiet, nec aegrotare desiderabit spe convalescendi. Nam unusquisque suum esse conservare, & Tristitiam, quantum potest, amovere semper conabitur. Quod si contra concipi posset, hominem posse cupere aliquem odio habere, ut eum postea majori amore prosequatur, tum eundem odio habere semper desiderabit. Nam quo Odium majus fuerit, eo Amor erit major, atque adeo desiderabit semper, ut Odium magis magisque augeatur, & eadem de causa homo magis ac magis aegrotare conabitur, ut majori Laetitia ex restauranda valetudine postea fruatur; atque adeo semper aegrotare conabitur, quod (per Prop. 6 hujus) est absurdum.

Propositio XLV

Si quis aliquem sibi similem Odio in rem sibi similem, quam amat, affectum esse imaginatur, eum odio habebit.

Demonstratio. Nam res amata eum, qui ipsam odit, odio contra habet (per Prop. 40 hujus), adeoque amans, qui aliquem imaginatur rem amatam odio habere, eo ipso rem amatam Odio, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), Tristitia affectam esse imaginatur, & consequenter (per Prop. 21 hujus) contristatur, idque concomitante idea ejus, qui rem amatam odit tanquam causa, hoc est (per Schol. Prop. 13 hujus), ipsum odio habet. Q.E.D.

Propositio XLVI

Si quis ab aliquo cujusdam elassis, sive nationis a sua diversae, Laetitia, vel Tristitia affectus fuerit, concomi-

giderme çabasına (Bölüm 3, Ön. 37) yardım edilmesinden kaynaklanan yeni bir haz eklenir, ve buna nefret edilen kişinin ideası da neden olarak eşlik eder.

Not. Durumun böyle olmasına karşın, gene de hiç kimse bu daha büyük hazzı duyabilmek için bir şeyden nefret etmeye ya da acı ile etkilanmeye çalışmayacaktır; eş deyişle, hiç kimse zarardan geri dönme umuduyla kendine zarar vermeyi, ya da iyileşme uğruna hasta olmayı istemeyecektir. Çünkü herkes her zaman varlığını sakınmaya ve acıyı elinden geldiğince uzaklaştırmaya çabalayacaktır. Dahası, eğer bir insanın sonradan daha çok sevebilmek için bir başkasından nefret etmeyi isteyeceği tasarlanabilseydi, o zaman ondan sürekli olarak nefret etmeyi istemesi gerekirdi. Çünkü nefret nedenli büyük olursa, sevgi de o denli büyük olur, ve buna göre nefretin sürekli olarak artmasını istemesi gerekirdi; ve aynı nedenle, sonradan iyileştiğinde daha büyük bir haz duyabilmek için daha kötü hasta olmaya çabalayacak, dolayısıyla her zaman hasta olmaya çabalayacaktır, ki (Bölüm 3, Ön. 6) saçmadır.

ÖNERME 45

Eğer biri kendine benzeyen birinin kendine benzeyen ve sevdiği bir şeye karşı nefret ile etkilendiğini imgelerse, ondan nefret edecektir.

Tanıt. Çünkü sevilen şey ondan nefret edene karşı nefret duyar (Bölüm 3, Ön. 40), ve dolayısıyla seven biri başkasının onun sevdiği şeyden nefret ettiğini imgelediğinde tam bu nedenle sevilen şeyin nefret ile, eş deyişle acı ile (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) etkilendiğini imgeler; bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 21) acı duyacak, ve buna sevilen şeyden nefret edenin ideası bir neden olarak eşlik edecektir; başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not), ondan nefret edecektir.—Q.E.D.

ÖNERME 46

Eğer biri kendisinininkinden ayrı bir sınıfa ya da ulustan biri tarafından haz ya da acı ile etkilenmişse,

ve eğer buna o sınıf ya da ulusun evrensel adı altında o kişinin ideası neden olarak eşlik ediyorsa, yalnızca o kişiye değil ama o sınıf ya da ulusun tümüne de sevgi ya da nefret duyacaktır.

Tanıt. Bu önermenin tanıtı bu bölümde Ön. 16'den açıktır.

ÖNERME 47

Nefret ettiğimiz şeyin yok olduğunu ya da bir kötülüğe uğradığını imgelememizden doğan haz hiçbir zaman biraz ansal acı olmaksızın doğmaz.

Tanıt. Bu bölümde Ön. 27'den açıktır. Çünkü bize benzeyen bir şeyin acı ile etkilendiğini imgelediğimiz ölçüde üzüntü duyarız.

Not. Bu önerme ayrıca Bölüm 2, Ön. 17'ye Sonurgudan da tanıtlanabilir. Çünkü bir şeyi sık sık anımsadıkça, edimsel olarak var olmasa da varmış gibi görürüz, ve beden de aynı yolda etkilendir; bu yüzden, şeyin anısı diri kaldıkça, insan onu acı ile görecek bir yolda belirlenir, ve bu şeyin imgesi sürerken bu belirlenim o şeyin varoluşunu dışlayan şeylerin anımsanmasıyla kısıtlanır, ama ortadan kaldırılmaz; öyleyse insan ancak belirlenim kısıtlandığı sürece haz duyar, ve bundan şu çıkar ki, nefret ettiğimiz şeyin uğradığı kötülükten doğan haz bu şeyi anımsadıkça yenilenir. Çünkü, dediğimiz gibi, ne zaman imgesi uyandırılacak olsa, bu imge, şeyin varoluşunu içermesi ölçüsünde, insanı onu varolduğu zaman görmeye alıştığı o aynı acı ile görmeye belirler. Ama bu şeyin imgesi ile onun varoluşunu dışlayan başka şeylerin imgelerini bağladığı için, acı ile bu belirlenme hemen engellenir, ve insan yeniden haz duyar, ve bu durum yineleme sürdükçe sürer. Bu nedenledir ki insanlar ne zaman geçmiş bir kötülüğü anımsayacak olsalar bundan haz duyarlar, ve bu nedenledir ki kurtulmuş oldukları tehlikeleri anlatmaya bayılırlar. Çünkü ne zaman herhangi bir tehlikeyi imgeleyecek olsalar, onu sanki olmak üzereymiş gibi görüp ondan korkmaya belirlenirler; ama bu belirlenim yine teh-

tante ejus idea, sub nomine universali classis, vel nationis, tanquam causa: is non tantum illum, sed omnes ejusdem classis, vel nationis amabit, vel odio habebit.

Demonstratio. Hujus rei demonstratio patet ex Propositione 16 hujus Partis.

Propositio XLVII

Laetitia, quae ex eo oritur, quod scilicet rem, quam odimus, destrui, aut alio malo affici imaginamur, non oritur absque ulla animi Tristitia.

Demonstratio. Patet ex Prop. 27 hujus. Nam quatenus rem nobis similem Tristitia affici imaginamur, catenus contristamur.

Scholium. Potest haec Propositio etiam demonstrari ex Corollario Propositionis 17 Partis 2. Quoties enim rei recordamur, quamvis ipsa actu non existat, eandem tamen ut praesentem contemplamur, Corpusque eodem modo afficitur; quare quatenus rei memoria viget, catenus homo determinatur, ad eandem cum Tristitia contemplandum, quae determinatio, manente adhuc rei imagine, coercetur quidem memoria illarum rerum, quae hujus existentiam secludunt; sed non tollitur: atque adeo homo catenus tantum laetatur, quatenus haec determinatio coercetur; & hinc fit, ut haec Laetitia, quae ex rei, quam odimus, malo oritur, toties repetatur, quoties ejusdem rei recordamur. Nam, uti diximus, quando ejusdem rei imago excitatur, quia haec ipsius rei existentiam involvit, hominem determinat, ad rem cum eadem Tristitia contemplandum, quae eandem contemplari solebat, cum ipsa existeret. Sed quia ejusdem rei imaginem alias junxit, quae ejusdem existentiam secludunt, ideo haec ad Tristitiam determinatio statim coercetur, & homo de novo laetatur, & hoc toties, quoties haec repetitio fit. Atque haec eadem est causa, cur homines laetantur, quoties alicujus jam praeteriti mali recordantur, & cur pericula; a quibus liberati sunt, narrare gaudeant. Nam ubi aliquod periculum imaginantur, idem veluti adhuc futurum contemplantur, & ad id metuendum determinantur, quae determinatio de novo coercetur idea

libertatis, quam hujus periculi
ideae junxerunt, eum aeodem
liberati sunt, quaeque eos de
novo securos reddit, atque
adeo de novo laetantur.

Propositio XLVIII

Amor, & Odium, ex. gr. erga Petrum destruitur, si Tristitia, quam hoc, & Laetitia, quam ille involvit, ideae alterius causae jungatur; & eatenus uterque diminuitur, quatenus imaginamur Petrum non solum fuisse alterutrius causam.

Demonstratio. Patet ex sola Amoris, & Odii definitione; quam vide in Schol. Prop. 13 hujus. Nam propter hoc solum Laetitia vocatur Amor & Tristitia Odium erga Petrum, quia scilicet Petrus hujus, vel illius affectus causa esse consideratur. Hoc itaque prorsus, vel ex parte sublato, affectus quoque erga Petrum prorsus, vel ex parte diminuitur. Q.E.D.

Propositio XLIX

Amor, & Odium erga rem, quam liberam esse imaginamur, major ex pari causa uterque debet esse, quam erga necessariam.

Demonstratio. Res, quam liberam esse imaginamur, debet (per Defin. 7 p. 1) per se absque aliis percipi. Si igitur eandem Laetitiae, vel Tristitiae causam esse imaginemur, eo ipso (per Schol. Prop. 13 hujus) eandem amabimus, vel odio habebimus, idque (per Prop. praeced.) summo Amore, vel Odio, qui ex dato affectu oriri potest. Sed si rem, quae ejusdem affectus est causa, ut necessariam imaginemur, tum (per eandem Defin. 7 p. 1) ipsam non solum, sed cum aliis ejusdem affectus causam esse imaginabimur, atque adeo (per Prop. praeced.) Amor, & Odium erga ipsam minor erit Q.E.D.

Scholium. Hinc sequitur, homines, quia se liberos esse existimant, majore Amore, vel Odio se invicem prosequi, quam alia; ad quod accedit affectuum imitatio, de qua vide Prop. 27, 34, 40 & 43 hujus.

likeden kurtuldukları zaman onun ideası ile bağladıkları özgürlük ideası tarafından kısıtlanır, ve bu özgürlük ideası onları yine korkusuz kılar, ve böylece yeniden haz duyarlar.

ÖNERME 48

Örneğin Peter'e karşı sevgi ve nefret, eğer birincinin içerdiği haz ve ikincinin içerdiği acı neden olarak bir başka şeyin ideasına bağlanırsa, yokolurlar; ve Peter'in onların biricik nedeni olmaması olduğunu imgelediğimiz sürece biri gibi öteki de azalır.

Tanıt. Bu sevgi ve nefretin tanımının kendisinin açıktır; bkz. bu bölümde Ön. 13'e Not. Çünkü hazza Peter için sevgi ve acıya ona karşı nefret denir, ve bunun nedeni yalnızca Peter'in şu ya da bu duygunun nedeni olarak görülmesidir. Bu yüzden bu ne zaman bütünsel ya da bölümsel olarak ortadan kalksa, ona karşı duygu da bütünsel ya da bölümsel olarak azalır.—Q.E.D.

ÖNERME 49

Özgür olduğunu imgelediğimiz bir şeye karşı sevgi ya da nefret aynı nedenle zorunlu bir şeye karşı olandan büyük olmalıdır.

Tanıt. Özgür olduğunu imgelediğimiz bir şey (Böl. 1, Tan. 7) başkası olmaksızın kendisi yoluyla algılanmalıdır. Öyleyse, eğer onu haz ya da acı nedeni olarak imgelersek, tam bu nedenle (Bölüm 3, Ön. 13'e Not) onu sevecek ya da ondan nefret edeceğiz, ve bu verili duygudan kaynaklanabilecek en büyük sevgi ya da en büyük nefret ile olacaktır. Ama bu duygunun nedeni olan şeyin zorunlu olduğunu imgelersek, o zaman (aynı Böl. 1, Tan. 7 ile) onu yalnız başına değil ama başka şeyler ile birlikte bu duygunun nedeni olarak imgeleyeceğiz ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 48) ona karşı sevgi ve nefretimiz azalacaktır.—Q.E.D.

Not. Bundan şu çıkar ki, insanlar birbirlerini özgür gördükleri için birbirlerine karşı başka şeylere karşı olduğundan daha büyük nefret ya da sevgi duyarlar; ve buna duygulara öykünme de eklenir, ki bu nokta üzerine bkz. Bölüm 3, Ön. 27, 34, 40 ve 43.

ÖNERME 50

Her şey ilineksel olarak umut ya da korku nedeni olabilir.

Tanıt. Bu önerme bu bölümdeki Ön. 15 ile aynı yolda tanıtlanır, ve buna bu bölümde Ön. 18'e Not ile birlikte bakınız.

Not. İlineksel olarak umut ya da korku nedeni olan şeylere *iyi* ya da *kötü işaretler* denir. Bu işaretler umut ya da korku nedeni olmaları ölçüsünde (Bölüm 3, Ön. 18'e Not 2'deki umut ve korku Tanımına göre) *haz* ya da *acı* nedenleridirler, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 15'e Sonurgu) bu düzeye dek onları sever ya da onlardan nefret ederiz, ve (Bölüm 3, Ön. 28) onları umut ettiğimiz şeyleri elde etmek için araçlar olarak kullanmaya, ya da engeller ya da korku nedenleri olarak ortadan kaldırmaya çabalarız. Yine, bu bölümde Ön. 25'ten çıktığı gibi, doğamız öyle bir yolda oluşmuştur ki, umut ettiğimiz şeylere kolayca ve korktuğumuz şeylere güçlükle inanırız, ve birincileri büyümserken ikincileri küçümseriz. Böylece boşınançlar doğmuştur ki, insanlar her yerde bunlar tarafından yakalanmışlardır. Ama burada anlığın umut ve korkudan doğan tüm o dalgalanmalarının göstermeye değer olduğunu sanmıyorum, çünkü, yalnızca bu duyguların tanımından çıktığı gibi, umut korkusuz varolamaz, ne de korku umutsuz olabilir (yeri geldiğinde daha uzun olarak açıklayacağımız gibi); ve bundan başka, bir şey için umut ya da korku beslediğimiz süreç onu sever ya da ondan nefret ederiz, ve dolayısıyla nefret ve sevgi üzerine söylenmiş olan herşey kolayca umut ve korkuya uygulanabilir.

ÖNERME 51

Değişik insanlar bir ve aynı nesne tarafından değişik yollarda etkilenebilirler, ve aynı insan bir ve aynı nesne tarafından değişik zamanlarda değişik yollarda etkilenebilir.

Tanıt. İnsan bedeni (Bölüm 2, Kon. 3) dışsal cisimler tarafından birçok yolda etkilenir. Buna göre, iki insan aynı zamanda değişik yollarda

Propositio L

Res quaecunque potest esse per accidens Spei, aut Metus causa.

Demonstratio. Haec Propositio eadem via demonstratur, qua Propositio 15 hujus, quam vide una cum Schol. 2 Propositionis 18 hujus.

Scholium. Res, quae per accidens Spei, aut Metus sunt causae, *bona*, aut *mala omina* vocantur. Deinde quatenus haec eadem omina sunt Spei, aut Metus causa, eatenus (per Defin. Spei & Metus, quam vide in Schol. 2 Prop. 18 hujus) Laetitiae, aut Tristitiae sunt causa, & consequenter (per Coroll. Prop. 15 hujus) eatenus eadem amamus, vel odio habemus, & (per Prop. 28 hujus) tanquam media ad ea, quae speramus, adhibere, vel tanquam obstacula, aut Metus causas amovere conamur. Praeterea ex Propositione 25 hujus sequitur nos natura ita esse constitutos, ut ea, quae speramus, facile, quae autem timemus, difficile credamus, & ut de iis plus, minusve justo sentiamus. Atque ex his ortae sunt Superstitiones, quibus homines ubique conflictantur. Caeterum non puto operae esse pretium, animi hic ostendere fluctuationes, quae ex Spe, & Metu oriuntur; quandoquidem ex sola horum affectuum definitione sequitur, non dari Spem sine Metu, neque Metum sine Spe (ut fusius suo loco explicabimus); & praeterea quandoquidem quatenus aliquid speramus, aut metuiamus, eatenus idem amamus, vel odio habemus; atque adeo quicquid de Amore, & Odio diximus, facile unusquisque Spei, & Metui applicare poterit.

Propositio LI

Diversi homines ab uno, eodemque objecto diversimode affici possunt, & unus, idemque homo ab uno, eodemque objecto potest diversis temporibus diversimode affici.

Demonstratio. Corpus humanum (per Post. 3 p. 2) a corporibus externis plurimis modis afficitur. Possunt igitur eodem tempore duo homines diversimode esse

affecti; atque adeo (per Axiom. 1, quod est post Lem. 3, quod vide post Prop. 13 p. 2) ab uno, eodemque objecto possunt diversimode affici. Deinde (per idem Post.) Corpus humanum potest jam hoc, jam alio modo esse affectum; & consequenter (per idem Axiom.) ab uno, eodemque objecto diversis temporibus diversimode affici. Q.E.D.

Scholium. Videmus itaque fieri posse, ut quod hic amat, alter odio habeat; & quod hic metuit, alter non metuat; & ut unus, idemque homo, jam amet, quod antea oderit, & ut jam audeat, quod antea timuit, &c. Deinde, quia unusquisque ex suo affectu judicat, quid bonum, quid malum, quid melius, & quid pejus sit (vide Schol. Prop. 39 hujus), sequitur homines tam judicio, quam affectu variare* posse; & hinc fit, ut cum alios alii comparamus, ex sola affectuum differentia a nobis distinguantur, & ut alios intrepidus, alios timidos, alios denique alio nomine appellemus. Ex. gr. illum ego *intrepidum* vocabo, qui malum contemnit, quod ego timere soleo; & si praeterea ad hoc attendam, quod ejus Cupiditas malum inferendi ei, quem odit, & benefaciendi ei, quem amat, non coercetur timore mali, a quo ego condneri soleo, ipsum *audacem* appellabo. Deinde ille mihi *timidus* videbitur, qui malum timet, quod ego contemnere soleo, & si insuper ad hoc attendam, quod ejus Cupiditas coercetur timore mali, quod me continere nequit, ipsum *pusillanimum* esse dicam, & sic unusquisque judicabit. Denique ex hac hominis natura, & judicii inconstantia, ut & quod homo saepe ex solo affectu de rebus judicat, & quod res, quas ad Laetitiam, vel Tristitiam facere credit, quasque propterea (per Prop. 28 hujus), ut fiant, promovere, vel amovere conatur, saepe non nisi imaginariae sint, ut jam

etkilenebilir, ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 13'ü izleyen Yard. Ön. 3'ten sonraki Bel. 1) bir ve aynı nesne tarafından değişik yollarda etkilenebilir. Yine (Bölüm 2, Kon. 3), insan bedeni şimdi bu ve daha sonra şu yolda etkilenebilir, dolayısıyla (aynı Belite göre) bir ve aynı nesne tarafından değişik zamanlarda değişik yollarda etkilenebilir.—Q.E.D.

Not. Böylece görürüz ki birinin başkasının nefret ettiğini sevmesi, birinin korktuğundan ötekini korkmaması, ve bir ve aynı insanın daha önce nefret ettiğini şimdi sevmesi ve daha önce korktuğunu şimdi göze alması olanaklıdır. Yine, herkes neyin iyi neyin kötü, neyin daha iyi neyin daha kötü olduğunu kendi duygusuna göre yargıladığı için (Bölüm 3, Ön. 39), bundan şu çıkar ki insanlar yargılarında tıpkı duygularında olduğu gibi değişebilirler;* ve bu yüzdendir ki insanları karşılaştırdığımız zaman onları yalnızca duygularındaki ayrımlar yoluyla ayırdeder, kimilerine *atılğan* [*intrepido*], kimilerine *ürkek* [*timidus*] deriz, ve başkalarını başka adlarla adlandırırız. Örneğin genellikle ürktüğüm bir kötülüğü küçümseyen birine *atılğan* diyeceğim; ve dahası, eğer onun nefret ettiği birine kötülük ya da sevdiği birine iyilik yapma isteğinin beni genellikle durduran kötülük korkusu tarafından kısıtlanmadığını düşünürsem, ona *gözüpek* [*audax*] diyeceğim. Öte yandan, genellikle küçümseydiğim bir kötülükten korkan biri bana *ürkek* görünecektir, ve eğer, bunun yanısıra, isteğinin beni kısıtlayacak hiçbir gücü olmayan bir kötülük korkusu tarafından kısıtlandığını düşünürsem, ona *ödlek* [*pusillanimis*] derim; ve herkes bu yolda yargıda bulunacaktır. Yine, insan doğası ve yargısının tutarsızlığı karşısında, eş deyişle, sık sık şeyleri yalnızca duygusundan çıkararak yargılaması ve haz ya da acıya katkıda bulunduklarına inandığı ve bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 28) ortaya çıkarmaya ya da ortadan kaldırmaya çabaladığı şeylerin sık sık yalnızca imgesel olmaları olgusu

*İnsan anlığı tanrısal anlığın parçası olsa da, durumun böyle olduğunu Bölüm 2, Ön. 12'ye Sonurguda göstermişim.

karşısında,—ikinci bölümde şeylerin belirsizliği konusunda gösterilenlerden bütünüyle ayrı olarak—, kolayca görülebileceği gibi, sık sık bir insanın kendisi acısının ya da hazzının nedeni olabilir, ya da nedeni olarak kendisinin ideası eşliğindeki haz ya da acı ile etkilenebilir, öyle ki pişmanlık ve kendinden hoşnut olmanın ne demek olduklarını kolayca anlayabiliriz. *Pişmanlık neden olarak kendinin ideası eşliğindeki acıdır, ve kendinden hoşnutluk neden olarak kendinin ideası eşliğindeki hazdır*, ve bu duygular çok yeğindir, çünkü insanlar özgür olduklarına inanırlar (bkz. bu bölümde Ön. 49).

ÖNERME 52

Daha önce başkalarıyla aynı zamanda gördüğümüz, ya da başka birçok şeye de ortak olmayan birşey taşıdığını imgelemediğimiz bir nesneyi bu düzeye dek kendisinde tekil birşey taşıdığını imgelediğimiz bir nesne olarak görmeyeceğiz.

Tanıt. Ne zaman başkaları ile birlikte gördüğümüz bir nesneyi imgelese, hemen bu başkalarını da anımsarız (Bölüm 2, Ön. 18 ve Not), ve böylece bir nesnenin ansal gözleminden hemen bir başkasının gözlemine geçeriz. Bu ayrıca başka birçokları ile ortak olmayan hiçbirşey taşımadığını imgelediğimiz bir nesne için de geçerlidir. Çünkü tam bu yolla onda daha önce başkalarıyla birlikte görmediğimiz hiçbirşeyi gözlemediğimizi varsayarız. Ama eğer bir nesnede daha önce hiç görmediğimiz tekil birşeyi imgelediğimizi varsayarsak, bu, anlığın, bu nesneyi gözlerken, kendi içinde, gözlemine o nesnenin gözleminden geçebileceği başka hiçbirşey taşımadığını söylemekle aynı şeydir; ve dolayısıyla yalnızca bu nesneyi gözlemeye belirlenir. Öyleyse, daha önce başkalarıyla, vs.—Q.E.D.

Not. Anlığın bu değişkisi, ya da tekil bir şeyin bu imgesi, anlıkta yalnızca o bulunduğu süreç, *hayret* [*admiratio*] olarak adlandırılır; ama korktuğumuz bir nesne tarafından uyandırılırsa, ona *şaşıklık* [*consternatio*] denir, çünkü kötülüğe duyulan hayret insanı onun gözleminde öyle bir

taceam alia, quae in 2. Parte ostendimus, de rerum incertitudine, facile concipimus hominem posse saepe in causa esse, tam ut contristetur, quam ut laetetur, sive ut tam Tristitia, quam Laetitia afficiatur, concomitante idea sui, tanquam causa; atque adeo facile intelligimus, quid Poenitentia, & quid Acquiescentia in se ipso sit. Nempe Poenitentia est Tristitia, concomitante idea sui, & Acquiescentia in se ipso est Laetitia, concomitante idea sui, tanquam causa, & hi affectus vehementissimi sunt, quia homines si liberos esse credunt. (Vide Prop. 49 hujus.)

Propositio LII

Objectum, quod simul cum aliis antea vidimus, vel quod nihil habere imaginamur, nisi quod commune est pluribus, non tamdiu contemplabimur, ac illud, quod aliquid singulare habere imaginamur.

Demonstratio. Simulatque objectum, quod cum aliis vidimus, imaginamur, statim & aliorum recordamur (per Prop. 18 p. 2., cujus etiam Schol. vide), & sic ex unius contemplatione statim in contemplationem alterius incidimus. Atque eadem est ratio objecti, quod nihil habere imaginamur, nisi quod commune est pluribus. Nam eo ipso supponimus, nos nihil in eo contemplari, quod antea cum aliis non viderimus. Verum cum supponimus, nos in objecto aliquo aliquid singulare, quod antea nunquam vidimus, imaginari, nihil aliud dicimus, quam quod Mens, dum illud objectum contemplatur, nullum aliud in se habeat, in cujus contemplationem ex contemplatione illius incidere potest; atque adeo ad illud solum contemplandum determinata est. Ergo objectum, &c. Q.E.D.

Scholium. Haec Mentis affectio, sive rei singularis imaginatio, quatenus sola in Mente versatur, vocatur *Admiratio*, quae si ab objecto, quod timemus, moveatur, *Consternatio* dicitur, quia mali Admiratio hominem suspensum in sola sui contemplatione ita

tenet, ut de aliis cogitare non valeat, quibus illud malum vitare posset. Sed si id, quod admiramur, sit hominis alicujus prudentia, industria, vel aliquid hujusmodi, quia eo ipso hominem nobis longe antecellere contemplamur, tum Admiratio vocatur *Veneratio*; alias *Horror*, si hominis iram, invidiam, &c. admiramur. Deinde, si hominis, quem amamus, prudentiam, industriam, &c. admiramur, Amor eo ipso (per Prop. 12 hujus), major erit, & hunc Amorem Admiratio, sive Venerationi junctum *Devotionem* vocamus. Et ad hunc modum concipere etiam possumus, Odium, Spem, Securitatem, & alios Affectus Admirationi junctos; atque adeo plures Affectus deducere poterimus, quam qui receptis vocabulis indicari solent. Unde apparet, Affectuum nomina inventa esse magis ex eorum vulgari usu, quam ex eorumdem accurata cognitione.

Admiratio opponitur *Contemptus*, cujus tamen causa haec plerumque est, quod sc. ex eo, quod aliquem rem aliquam admirari, amare, metuere &c. videmus, vel ex eo, quod res aliqua primo aspectu apparet similis rebus, quas admiramus, amamus, metuimus &c. (per Prop. 15 cum ejus Coroll. & Prop. 27 hujus) determinamur ad eandem rem admirandum, amandum, metuendum &c. Sed si ex ipsius rei praesentia, vel accuratiore contemplatione, id omne de eadem negare cogamur, quod causa Admirationis, Amoris, Metus &c. esse potest, tum Mens ex ipsa rei praesentia magis ad ea cogitandum, quae in objecto non sunt, quam quae in ipso sunt, determinata manet; cum tamen contra ex objecti praesentia id praecipue cogitare soleat, quod in objecto est. Porro sicut Devotio ex rei, quam amamus, Admiratione, sic *Irrisio* ex rei, quam odimus, vel metuimus, Contemptu oritur, & *Detignatio* ex stultitiae Contemptu, sicuti Veneratio ex Admiratione prudentiae. Possumus denique Amorem, Spem, Gloriam, & alios Affectus junctos Contemptui concipere, atque inde alios praeterea Affectus deducere, quos etiam

yolda askıya alır ki, kötülükten kaçınmasını sağlayabilecek başka birşeyi düşünemez olur. Öte yandan, eğer bizi hayrete düşüren şey bir insanın sağgörü, çalışkanlığı ya da bu tür birşeyse, söz konusu insanın bize çok üstün olduğunu gördüğümüz için hayrete *hürmet* [*veneratio*] denir; buna karşı, eğer bir insanın öfkesine, hasetine ya da bu türden birşeye hayret ediyorsak, o zaman *dehşet* [*horror*] denir. Yine, eğer sevdiğimiz bir insanın sağgörü ya da çalışkanlığı bizi hayrete düşürmüştü, sevgimiz tam bu nedenle (Bölüm 3, Ön. 12) daha büyük olacaktır, ve böyle hayret ya da hürmet ile birleşen sevgiye *tapınma* [*devotio*] deriz. Aynı yolda nefret, umut, güven ve başka duyguları hayret ile birleşmiş olarak düşünebilir ve böylece gündelik kullanımdaki sözcüklerin belirttiğinden daha çok duygu türetebiliriz. Böylece duyguların adlarının onların doğru bir bilgisinden çok gündelik kullanımlarından alındığı görülür.

Hayret *küçümsemeye* karşıttır, ve bu sonuncunun nedeni çoğunlukla birinin birşeye hayret ettiğini, onu sevdiğini ya da ondan korktuğunu vb. gördüğümüz için, ya da birşey ilk bakışta bizim hayret ettiğimiz, sevdiğimiz, korktuğumuz vb. şeylere benzer görüldüğü için (Bölüm 3, Ön. 15 ve Notu ve Ön. 27), o şeyden hayret etmeye, onu sevmeye ya da ondan korkmaya vb. belirlenmemizdir. Ama nesnenin bulunuşu ya da daha tam bir irdenelenişi bizi onun açısından hayret, sevgi, korku vb. nedeni olabilecek herşeyi yadsımaya zorlarsa, o zaman anlık, şeyin bulunuşu yoluyla onda olanlardan çok olmayanları düşünmeye belirlenir; öte yandan, bir nesnenin bulunuşu nedeniyle anlık başlıca onda olanları düşünmeye alışmıştır. Yine tapınma sevdiğimiz bir şeye hayretten kaynaklanırken, *alay* ise nefret ettiğimiz ya da korktuğumuz bir şeyi küçümsemeden kaynaklanır; ve *hor görme* ise budalalığı küçümsemeden doğar, tıpkı hürmetin sağgörüye hayretten doğması gibi. Son olarak sevgi, umut, gurur ve daha başka duyguları küçümseme ile bağlı olarak düşünebilir, ve başkalarından tikel adlarla ayırdetme

alışkanlığında olmadığımız duyguları türetebiliriz.

ÖNERME 53

Anlık kendini ve etkinlik gücünü gözlediği zaman haz duyar, ve kendini ve etkinlik gücünü ne denli seçik olarak imgelerse hazzı o denli artar.

Tanıt. İnsan kendini ancak bedeninin değişiklikleri ve bunların ideaları yoluyla bilir (Bölüm 2, Ön. 19 ve 23). Öyleyse, anlık ne zaman kendini gözleyebilirse, tam bu yolla daha büyük bir eksiksizliğe geçtiği, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), haz ile etkilendiği kabul edilir, ve kendini ve etkinlik gücünü ne denli seçik olarak imgeleyebilirse hazzı o denli artar.—Q.E.D.

Sonurğu. Bir insan ne denli başkaları tarafından övüldüğünü imgelerse, bu haz o denli beslenir. Çünkü ne denli başkaları tarafından övüldüğünü imgelerse, o denli başkalarını bir neden olarak kendi ideasının eşliğindeki haz ile etkilediğini imgeler (Bölüm 3, Ön. 29'a Not); dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 27) kendi ideasının eşliğinde olan daha büyük bir haz ile etkilenir.—Q.E.D.

ÖNERME 54

Anlık yalnızca etkinlik gücünü ortaya koyan şeyleri imgelemeye çabalar.

Tanıt. Anlığın çabası ya da gücü anlığın kendisinin özüdür (Bölüm 3, Ön. 7); ama anlığın özü (kendiliğinden-açık olduğu gibi) yalnızca anlık olan şeyi ve yapabileceği şeyi doğrular, olmadığı ve yapamayacağı şeyi değil; dolayısıyla anlık yalnızca etkinlik gücünü doğrulayan ya da ortaya koyan şeyi imgelemeye çabalar. Q.E.D.

ÖNERME 55

Anlık güçsüzlüğünü imgelerse, tam bu nedenle acı duyar.

Tanıt. Anlığın özü yalnızca anlığın olduğu ya da yapabileceği şeyi doğrular, ya da, anlığın doğası yalnızca etkinlik gücünü ortaya koyan şeyleri imgelemektir (Bölüm 3, Ön. 54). Öyley-

nullo singulari vocabulo ab aliis distinguere solemus.

Propositio LIII

Cum Mens se ipsam, suamque agendi potentiam contemplatur, laetatur, & eo magis, quo se, suamque agendi potentiam distinctius imaginatur.

Demonstratio. Homo se ipsum non cognoscit, nisi per affectiones sui Corporis, earumque ideas (per Prop. 19 & 23 p. 2). Cum ergo fit, ut Mens se ipsam possit contemplari, eo ipso ad maiorem perfectionem transire, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus), laetitia affici supponitur, & eo majori, quo se, suamque agendi potentiam distinctius imaginari potest. Q.E.D.

Corollarium. Haec Laetitia magis magisque fovetur, quo magis homo se ab aliis laudari imaginatur. Nam quo magis se ab aliis laudari imaginatur, eo majori Laetitia alios ab ipso affici imaginatur, idque concomitante idea sui (per Schol. Prop. 29 hujus); atque adeo (per Prop. 27 hujus) ipse majore Laetitia, concomitante idea sui, afficitur. Q.E.D.

Propositio LIV

Mens ea tantum imaginari conatur, quae ipsius agendi potentiam ponunt.

Demonstratio. Mentis conatus, sive potentia est ipsa ipsius Mentis essentia (per Prop. 7 hujus); Mentis autem essentia (ut per se notum) id tantum, quod Mens est, & potest, affirmat; at non id, quod non est, neque potest; adeoque id tantum imaginari conatur, quod ipsius agendi potentiam affirmat, sive ponit. Q.E.D.

Propositio LV

Cum Mens suam impotentiam imaginatur, eo ipso contristatur.

Demonstratio. Mentis essentia id tantum, quod Mens est, & potest, affirmat, sive de natura Mentis est ea tantummodo imaginari, quae ipsius agendi potentiam ponunt

(per Prop. praeced.). Cum itaque dicimus, quod Mens, dum se ipsam contemplatur, suam imaginatur impotentiam, nihil aliud dicimus, quam quod, dum Mens aliquid imaginari conatur, quod ipsius agendi potentiam ponit, hic ejus conatus coercetur, sive (per Schol. Prop. 11 hujus) quod ipsa contristatur. Q.E.D.

Corollarium. Haec Tristitia magis ac magis fovetur, si se ab aliis vituperari imaginatur; quod eodem modo demonstratur, ac Coroll. Prop. 53 hujus.

Scholium. Haec Tristitia, concomitante idea nostrae imbecillitatis, *Humilitas* appellatur; Laetitia autem, quae ex contemplatione nostri oritur, *Philautia*, vel *Acquiescentia in se ipso* vocatur. Et quoniam haec toties repetitur, quoties homo suas virtutes, sive suam agendi potentiam contemplatur, hinc ergo etiam fit, ut unusquisque facta sua narrare, suique tam corporis, quam animi vires ostentare gestiat, & ut homines hac de causa sibi invicem molesti sint. Ex quibus iterum sequitur, homines natura esse invidos (vide Schol. Prop. 24 & Schol. Prop. 32 hujus), sive ob suorum aequalium imbecillitatem gaudere, & contra propter eorum virtutem contristari. Nam quoties unusquisque suas actiones imaginatur, toties Laetitia (per Prop. 53 hujus) afficitur, & eo majore, quo actiones plus perfectionis exprimere, & easdem distinctius imaginatur, hoc est (per illa, quae in Schol. 1 Prop. 40 p. 2 dicta sunt), quo magis easdem ab aliis distinguere, & ut res singulares contemplari potest. Quare unusquisque ex contemplatione sui tunc maxime gaudebit, quando aliquid in se contemplatur, quod de reliquis negat. Sed si id, quod de se affirmat, ad universalem hominis, vel animalis ideam refert, non tantopere gaudebit; & contra contristabitur, si suas, ad aliorum actiones comparatas, imbecilliores esse imaginetur, quam quidem Tristitiam (per Prop. 28 hujus) amovere conabitur, idque suorum aequalium actiones perperam interpretando, vel suas, quantum potest adornando. Apparet igitur

se eğer anlık kendini gözlerken güçsüzlüğünü imgeler dersek, yalnızca anlığın etkinlik gücünü ortaya koyan birşeyi imgelemeye çabalar-ken bu çabasının engellendiğini, ya da (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), acı duyduğunu söylemiş oluruz.—Q.E.D.

Sonurgu. Bu acı anlık başkaları tarafından kınandığını imgeledikçe beslenir; bunun tanıtılması bu bölümde Ön. 53'e Sonurgu ile aynı yoldadır.

Not. Bu acıya, zayıflığımızın ideasının eşliğinde olduğu zaman, *kendini küçük görme* [*humilitas*], ve kendimizi irdelemekten doğan hazzı ise *öz-sevgi* [*philautia*] ya da *kendinden-hoşnutsuluk* denir. Bu haz insan kendi erdemlerini ya da etkinlik gücünü gözden geçirdikçe yinelediği için, sonuç olarak herkes kendi edimlerini anlatmayı ve hem bedeninin hem de anlığının kuvvetlerini sergilemeyi sever, ve bu nedenle insanlar birbirleri için birer sıkıntı olurlar. Bundan şu da çıkar ki, insanlar doğallıkla haset ederler (Bölüm 3, Ön. 24'e Not, ve Ön. 32'ye Not), ya da kendi eşitlerinin zayıflığından sevinç, buna karşı kuvvetlerinden acı duyarlar. Çünkü biri ne zaman kendi eylemlerini imgeleyecek olsa haz ile etkilenir (Bölüm 3, Ön. 53), ve eylemlerinin daha büyük bir eksiksizlik anlatması ve onları daha seçik olarak imgelemesi ölçüsünde, başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 40'a Not 1'de söylendiği gibi), onları başkalarından ayırdedebilmesi ve tek tek görebilmesi ölçüsünde hazzı artar. Bu yüzden biri kendini gözlemekten en büyük hazzı kendinde başkalarına yadsıdığı birşeyi gördüğü zaman alacaktır. Ama eğer kendisinde doğruladığı şey evrensel insan ya da hayvan ideasına bağlanırsa, bundan o denli büyük bir haz duymayacaktır; öte yandan, eylemlerinin başkalarınıninki ile karşılaştırıldığında daha zayıf olduklarını imgelerse bundan acı duyacak, ve bu acıyı (Bölüm 3, Ön. 28) ya eşitlerinin eylemlerini yanlış yorumlayarak ya da kendininkileri elinden geldiğince süsleyerek gidermeye çabalayacaktır. Bu yüzden açıktır ki insanlar doğal olarak nef-

ret ve hasete eğilimlidirler, ve buna eğitimleri de yardım eder. Çünkü ebeveynler çocuklarını erdeme çoğu kez yalnızca onur ve haset uyarısı yoluyla yüreklendirirler. Ama belki de bu noktada duraksanabilir, ve sık sık insanların erdemlerine hayran olduğumuz ve onlara hürmet ettiğimiz düşünülebilir. Bunu giderebilmek için şu sonurguyu ekleyeceğim.

Sonurgu. Hiç kimse eşiti olmayan birinin erdemine haset etmez.

Tanıt. Haset nefretin kendisidir (Bölüm 3, Ön. 24'e Not), ya da (Bölüm 3, Ön. 13), acıdır, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), insanın çabasını ya da eylem gücünü kısıtlayan bir değişkidir. Ama (Bölüm 3, Ön. 9'a Not) insan verili doğasından doğabilenler dışında hiçbir şeyi yapmak için çaba ya da istek göstermez; dolayısıyla bir başka doğaya özgü ve kendi doğasına yabancı bir etkinlik gücünü, ya da (yine aynı şey), bir erdemi kendine yüklemeyi istemez; öyleyse ona benzemeyen herhangi birindeki bir erdemi gördüğü için isteği engellenemez, ya da (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) acı duyamaz, ve dolayısıyla ona haset edemez. Ama ancak onunla aynı doğayı taşıması gereken eşitine haset edecektir.—Q.E.D.

Not. Öyleyse, bu bölümde Ön. 52'ye Notta dediğimiz gibi, bir insana sağgörü ve yürekliğine vb. hayretimizden hürmet gösterdiğimiz zaman, bunun nedeni (önermenin kendisinden açık olduğu gibi) bu erdemlerin ona özgü olduklarını ve bizim doğamıza ortak olmadıklarını imgelememizdir; bu yüzden onlara bir ağacın yüksekliğine ve aslanın yürekliliğine vb. haset etmekten daha çok haset etmeyiz.

ÖNERME 56

Haz, acı ve isteğin, ve sonuçta ya ansal dalgalanma gibi onlardan bileşmiş, ya da sevgi, nefret, umut ve korku gibi onlardan türemiş her duygunun bizi etkileyen nesneler denli türü vardır.

Tanıt. Haz ve acı, ve sonuçta onlardan bileşmiş ya da onlardan türemiş olan duygular tut-

homines natura proclives esse ad Odium, & Invidiam, ad quam accedit ipsa educatio. Nam parentes solo Honoris & Invidiae stimulo liberos ad virtutem concitare solent. Sed scrupulus forsitan remanet, quod non raro hominum virtutes admiremur, eosque veneremur. Hunc ergo ut amoveam, sequens addam Corollarium.

Corollarium. Nemo virtutem alii, nisi aequali, invidet.

Demonstratio. Invidia est ipsum Odium (vide Schol. Prop. 24 hujus), sive (per Schol. Prop. 13 hujus) Tristitia, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus) affectio, qua hominis agendi potentia, seu conatus coercetur. At homo (per Schol. Prop. 9 hujus) nihil agere conatur, neque cupit, nisi quod ex data sua natura sequi potest; ergo homo nullam de se agendi potentiam, seu (quod idem est) virtutem praedicari cupiet, quae naturae alterius est propria, & suae aliena; adeoque ejus Cupiditas coerceri, hoc est (per Schol. Prop. 11 hujus) ipse contristari nequit ex eo, quod aliquam virtutem in aliquo ipsi dissimili contemplatur, & consequenter neque ei invidere poterit. At quidem suo aequali, qui cum ipso ejusdem naturae supponitur. Q.E.D.

Scholium. Cum igitur supra in Scholio Propositionis 52 hujus Partis, dixerimus, nos hominem venerari ex eo, quod ipsius prudentiam, fortitudinem, &c. admiramur, id fit (ut ex ipsa Prop. patet), quia has virtutes ei singulariter inesse, & non ut nostrae naturae communes imaginamur; adeoque eadem ipsi non magis invidemus, quam arboribus altitudinem, & leonibus fortitudinem, &c.

Propositio LVI

Laetitiae, Tristitiae, & Cupiditatis, & consequenter uniuscujusque affectus, qui ex his componitur, ut animi fluctuationis, vel qui ab his derivatur, nempe Amoris, Odii, Spei, Metus, &c. tot species dantur, quot sunt species objectorum, a quibus afficiuntur.

Demonstratio. Laetitia, & Tristitia, & consequenter affectus, qui ex his componuntur, vel ex his deri-

vantur, *passiones sunt* (per Schol. Prop. 11 hujus); nos autem (per Prop. 1 hujus) *necessario patimur*, quatenus *ideas habemus inadaequatas*; & quatenus *easdem habemus* (per Prop. 3 hujus), *eatenus tantum patimur*, hoc est (vide Schol. Prop. 40 p. 2), *eatenus tantum necessario patimur*, quatenus *imaginamur*, sive (vide Prop. 17 p. 2 cum ejus Schol.) *quatenus afficimur affectu*, qui *naturam nostri Corporis*, & *naturam corporis externi involvit*. Natura igitur *uniuscujusque passionis ita necessario debet explicari*, ut *objecti*, a quo *afficitur*, *natura exprimitur*. Nempe *Laetitia*, quae ex *objecto*, ex. gr. *A* oritur, *naturam ipsius objecti A*, & *Laetitia*, quae ex *objecto B* oritur, *ipsius objecti B naturam involvit*, atque adeo hi duo *Laetitiae affectus* *natura sunt diversi*, quia ex *causis diversae naturae oriuntur*. Sic etiam *Tristitia affectus*, qui uno *objecto* oritur, *diversus natura est a Tristitia*, quae ab *alia causa* oritur; quod etiam de *Amore*, *Odio*, *Spe*, *Metu*, *animi Fluctuatione*, &c. intelligendum est: ac proinde *Laetitiae*, *Tristitiae*, *Amoris*, *Odii*, &c. *tot species necessario dantur*, quot sunt *species objectorum*, a quibus *afficitur*. At *Cupiditas est ipsa uniuscujusque essentia*, seu *natura*, quatenus ex *data quacunque ejus constitutione determinata concipitur ad aliquid agendum* (vide Schol. Prop. 9 hujus); ergo, prout unusquisque a *causis externis* hac, aut illa *Laetitiae*, *Tristitiae*, *Amoris*, *Odii*, &c. *specie afficitur*, hoc est, prout ejus *natura* hoc, aut alio modo constituitur, ita ejus *Cupiditas alia*, atque *alia esse*, & *natura unius a natura alterius Cupiditatis tantum differre* necesse est, quantum *affectus*, a quibus unaquaeque oritur, inter se differunt. Dantur itaque tot species *Cupiditatis*, quot sunt species *Laetitiae*, *Tristitiae*, *Amoris*, &c. & consequenter (per jam ostensa) quot sunt *objectorum species*, a quibus *afficitur*. Q.E.D.

Scholium. Inter affectuum species, quae (per Prop. praeced.) *per plurimae esse debent*, insignes sunt *Luxuria*, *Ebrietas*, *Libido*, *Avaritia*, & *Ambitio*, quae non nisi *Amoris*, vel *Cupiditatis* sunt *notiones*; quae hujus utriusque *affectus naturam*

kulardır (Bölüm 3, Ön. 11'e Not); ama (Bölüm 3, Ön. 1) yetersiz idealar taşıdığımız sürece zorunlu olarak edilginizdir; ve (Bölüm 3, Ön. 3) ancak onları taşıdığımız sürece edilginizdir; eş deyişle (Bölüm 2, Ön. 40'a Not), imgelediğimiz sürece, ya da (Bölüm 2, Ön. 17 ve Not) bedenimizin doğasını ve dışsal bir cismin doğasını içeren bir duygu tarafından etkilediğimiz sürece zorunlu olarak edilginizdir. Öyleyse her tutkunun doğası zorunlu olarak bizi etkileyen nesnenin doğasının anlatıldığı bir yolda açıklanmalıdır. Örneğin bir *A* nesnesinden doğan haz *A* nesnesinin kendi doğasını içerir, ve *B* nesnesinden kaynaklanan haz *B* nesnesinin kendi doğasını içerir; öyleyse bu iki haz duygusu değişik bir doğadadırlar çünkü değişik doğalı nedenlerden doğarlar. Buna göre bir nesneden doğan acı duygusu da doğasına göre bir başka nedenden doğan acıdan ayrıdır ve aynı şey sevgi, nefret, umut, korku, anlığın dalgalanması vb. için de geçerlidir, öyle ki zorunlu olarak bizi etkileyen nesnelerin türü denli haz, acı, nefret vb. türü vardır. Oysa istek bir kişinin özü ya da doğasıdır, ama ancak doğasının herhangi bir durumundan herhangi birşeyi yapmaya belirlenmiş olarak görüldüğü sürece (Bölüm 3, Ön. 9'a Not); öyleyse, birinin dışsal nedenler yoluyla şu ya da bu tür haz, acı, sevgi, nefret vb. ile etkilenmesine, eş deyişle, doğasının şu ya da bu durumda olmasına göre, isteği şu ya da bu olacak ve bir isteğin doğası zorunlu olarak bir başkasının doğasından ayrı olacaktır, tıpkı her bir isteğe kaynak olan duyguların kendi aralarında ayrı olmaları gibi. Buna göre haz, acı, sevgi vb. türleri denli, ve dolayısıyla (şimdi gösterdiğimiz gibi) bizi etkileyen nesnelerin türleri denli istek türü vardır.—Q.E.D.

Not. Önceki önermeye göre çok sayıda olması gereken değişik duygu türleri arasında en dikkate değerler sefahat [*luxuria*], ayyaşlık [*ebrietas*], kösnü [*libido*], açgözlülük [*avaritia*] ve hırsır [*ambitio*] ki, bunlar sevgi ya da istek kavramlarından başka birşey değildirler

ki, şu ya da bu duygunun doğasını ilişkili oldukları nesneler yoluyla açıklarlar. Çünkü sefahat, ayyaşlık, kösnü, açgözlülük ve hırs ile şölen için, içki içmek için, çiftleşmek için, varsıllık ve gurur için ölçüsüz bir sevgi ya da istekten başka birşey anlamayız. Bunun dışında belirtmek gerek ki, bu duyguları birbirlerinden yalnızca ilgili nesneleri ile ayırdettiğimiz sürece, birer karşıtları yoktur. Çünkü sırasıyla sefahata, ayyaşlığa ve kösnüye karşıt olarak görme alışkanlığında olduğumuz ılımlılık, ağırbaşlılık ve iffet birer duygu ya da tutku değildirler, ama yalnızca anlığın bu duyguları denetleme gücünü belirtirler. Geri kalan duygu türlerini burada açıklayamam (çünkü bunlar nesnelerin türlü-lüğü denli çoktur), ne de, eğer açıklayabilecek olsaydım bunu yapmak zorunlu olurdu. Çünkü önümüzdeki amaç için, eş deyişle, duyguların kuvvetini ve anlığın onlar üzerindeki gücünü belirlemek için, her bir duygunun genel bir tanımını bulmak yeterlidir. Kısaca, anlığın duyguları denetleme ve kısıtlamadaki gücünün nitelik ve niceliğini belirlemek için anlığın ve duyguların ortak özelliklerini anlamak yeterlidir. Bu yüzden, şu ya da bu sevgi, nefret, ya da istek duygusu arasında büyük bir ayrım olsa da,—örneğin çocuklara duyulan sevgi ve eşlere duyulan sevgi—, bu ayrımları tanımak ya da duyguların doğa ve kökenlerini daha öte araştırmak gerekli değildir.

ÖNERME 57

Her bir bireyin her duygusu başkasının duygusundan birinin özünün ötekinin özünden ayrılması ölçüsünde ayrılır.

Tanıt. Bu önerme Bölüm 2, Ön. 13'e Nottan sonra Yard. Ön. 3'ü izleyen Belit 1'den açıktır. Gene de onu üç birincil duygunun tanımlarından tanıtlayacağız.

Tüm duygular, onlar için verdiğimiz tanımların gösterdiği gibi, istek, haz, ya da acı ile ilişkilidir. Ama istek her bir şeyin doğası ya da özüdür (bu bölümde Ön. 9'a Not'taki tanımını

explicant per objecta, ad quae referuntur. Nam per Luxuriam, Ebrietatem, Libidinem, Avaritiam, & Ambitionem nihil aliud intelligimus, quam convivandi, potandi, coeundi, divitiarum, & gloriae immoderatum Amorem vel Cupiditatem. Praeterea hi affectus, quatenus eos per solum objectum, ad quod referuntur, ab aliis distinguimus, contrarios non habent. Nam Temperantia, quam Luxuriae, & Sobrietatis, quam Ebrietati, & denique Castitatis, quam Libidini opponere solemus, affectus, seu passiones non sunt; sed animi indicant potentiam, quae hos affectus moderatur. Ceterum reliquas affectuum species hic explicare nec possum (quia tot sunt, quot objectorum species), nec, si possem, necesse est. Nam ad id, quod intendimus, nempe ad affectuum vires, & Mentis in eodem potentiam determinandum, nobis sufficit, uniuscujusque affectus generalem habere definitionem. Sufficit, inquam, nobis affectuum, & Mentis communes proprietates intelligere, ut determinare possimus, qualis, & quanta sit Mentis potentia in moderandis, & coercendis affectibus. Quamvis itaque magna sit differentia inter hunc, & illum Amoris, Odii, vel Cupiditatis affectum, ex. gr. inter Amorem erga liberos, & inter Amorem erga uxorem, nobis tamen has differentias cognoscere, & affectuum naturam, & originem ulterius indagare, non est opus.

Propositio LVII

Quilibet uniuscujusque individui affectus ab affectu alterius tantum discrepat, quantum essentia unius ab essentia alterius differt.

Demonstratio. Haec Propositio patet ex Axiom. 1, quod vide post Lem. 3 Schol. Prop. 13 p. 2. At nihilominus eandem ex trium primitivorum affectuum definitionibus demonstrabimus.

Omnes affectus ad Cupiditatem, Laetitiam, vel Tristitiam referuntur, ut eorum, quas dedimus definitiones ostendunt. At Cupiditas est ipsa uniuscujusque natura, seu

essentia (vide ejus Defin. in Schol. Prop. 9 hujus); ergo uniuscujusque individui Cupiditas, a Cupiditate alterius tantum discrepat, quantum natura, seu essentia unius ab essentia alterius differt. Laetitia deinde, & Tristitia passiones sunt, quibus uniuscujusque potentia, seu conatus in suo esse perseverandi augeatur, vel minuitur, juvatur, vel coercetur (per Prop. 11 hujus & ejus Schol.). At per conatum in suo esse perseverandi, quatenus ad Mentem, & Corpus simul refertur, Appetitum, & Cupiditatem intelligimus (vide Schol. Prop. 9 hujus); ergo Laetitia, & Tristitia est ipsa Cupiditas, sive Appetitus, quatenus a causis externis augeatur, vel minuitur, juvatur, vel coercetur, hoc est (per idem Schol.), est ipsa cujusque natura; atque adeo uniuscujusque Laetitia, vel Tristitia, a Laetitia, vel Tristitia alterius tantum etiam discrepat, quantum natura, seu essentia unius ab essentia alterius differt, & consequenter quilibet uniuscujusque individui affectus ab affectu alterius tantum discrepat, &c. Q.E.D.

Scholium. Hinc sequitur affectus animalium, quae irrationalia dicuntur (bruta enim sentire nequaquam dubitare possumus, postquam Mentis novimus originem) ab affectibus hominum tantum differre, quantum eorum natura a natura humana differt. Fertur quidem equus, & homo Libidine procreandi; at ille Libidine equina, hic autem humana. Sic etiam Libidines, & Appetitus Insectorum, piscium, & avium alii atque alii esse debent. Quamvis itaque unumquodque individuum sua, qua constat natura, contentum vivat, eaque gaudeat, vita tamen illa, qua unumquodque est contentum, & gaudium nihil aliud est, quam idea, seu anima ejusdem individui, atque adeo gaudium unius a gaudio alterius tantum natura discrepat, quantum essentia unius ab essentia alterius differt. Denique ex praecedenti Propositione sequitur, non parum etiam interesse, inter gaudium, quo ebrius ex. gr. ducitur, & inter gaudium, quo potitur Philosophus, quod hic in transitu mone-re volui. Atque haec de affectibus, qui ad hominem referuntur, quate-

na bkz.); öyleyse bir bireyin isteği bir başkasının isteğinden tıpkı birinin doğasının ya da özünün bir başkasının doğasından ya da özünden ayrı olması ölçüsünde ayrıdır. Yine, haz ve acı birinin gücünü ya da kendi varlığında sürme çabasını arttıran ya da azaltan, ona yardım eden ya da onu engelleyen edimlerdir (bu bölümde Ön. 11 ve Not). Ama kendi varlığında sürme çabası ile, bu çaba aynı zamanda anlık ve beden ile ilişkili olduğu sürece, itki ve isteği anlıyoruz (Bölüm 3, Ön. 9'a Not); öyleyse haz ve acı dışsal nedenler yoluyla artırıldığı, azaltıldığı, yardım gördüğü ya da kısıtlandığı sürece isteğin ya da itkinin kendisidir; başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 9'a Not) herkesin asıl doğasıdır; buna göre, birinin haz ya da acısı bir başkasının haz ya da acısından tıpkı doğasının ya da özünün ötekini doğasından ya da özünden ayrı olması denli ayrıdır, ve sonuçta her bir bireyin her duygusu bir başkasının duygusundan birinin özünün vs.—Q.E.D.

Not. Bundan şu çıkar ki, hayvanların usdışı denilen duyguları (çünkü anlığın kökenini öğrendikten sonra hiçbir yolda hayvanların duyumsadıklarından kuşku duyamayız) insan duygularından doğalarının insanın doğasından ayrı olması ölçüsünde ayrıdır. At da hiç kuşkusuz tıpkı insan gibi bir üreme isteği taşır; ama birincinin isteği ata özgü iken, ikincinin insansaldır. Böceklerin, balıkların ve kuşların kösnü ve itkileri de birbirlerinden ayrı olmalıdır. Böylece her birey onu oluşturan doğasında hoşnutluk içinde yaşar ve ondan haz duyarken, gene de hoşnut olduğu ve haz duyduğu yaşam o bireyin ideasından ya da ruhundan başka birşey değildir; ve buna göre birinin hazzı ötekini hazzından ancak birinin özünün ötekini özünden ayrı olması denli ayrıdır. Son olarak, önceki önermeden şu çıkar ki, söz gelimi ayyaşı yakalayan haz felsefecinin payına düşenden bütünüyle ayrıdır —bir noktaya ki, yalnızca geçerken değinmek istedim. Edilgin olduğu sürece insan ile ilgili duygular üzerine söylemek istediklerim bunlardır. Geri-

ye yalnızca etkin olduğu sürece onunla ilgili olan duygular üzerine söylemem gereken bir-kaç söz kalıyor.

ÖNERME 58

Tutkular olan haz ve acının yanısıra, etkin olduğumuz sürece bizimle ilişkili olan daha başka haz ve acı duyguları vardır.

Tanıt. Anlık kendini ve etkinlik gücünü kavradığı zaman haz duyar (Bölüm 3, Ön. 53); ama anlık gerçek ya da yeterli bir ideayı kavradığı her zaman zorunlu olarak kendini görür (Bölüm 2, Ön. 43). Ve anlık kimi yeterli ideaları kavrar (Bölüm 2, Ön. 40'a Not 2); öyleyse, yeterli ideaları kavradığı sürece, ya da (Bölüm 3, Ön. 1), etkin olduğu sürece, haz duyar. Dahası, anlık hem açık ve seçik ideaları hem de karışık ideaları olduğu sürece varlığında sürmeye çabalar (Bölüm 3, Ön. 9); ama çaba ile isteği anlarız (Bölüm 3, Ön. 9'a Not); öyleyse anladığımız sürece, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 1), etkin olduğumuz sürece, istek de bizimle ilişkilidir.—Q.E.D.

ÖNERME 59

Etkin olduğu sürece anlık ile ilişkili tüm duygular arasında haz ya da istek ile ilişkili olmayan hiçbir duygu yoktur.

Tanıt. Tüm duygular, verdiğim tanımlarının gösterdiği gibi, istek, haz, ya da acı ile ilişkilidir. Ama acı ile anlığın düşünme gücünün azalmasını ya da kısıtlanmasını anlarız (Bölüm 3, Ön. 11'e Not); buna göre anlık acı duyduğu sürece düşünme gücü, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 1), etkinlik gücü azalır ya da kısıtlanır; öyleyse etkin olduğu sürece anlık ile hiçbir acı duygusu değil ama yalnızca haz ve istek duyguları ilişkili olabilir, ve bunlar (önceki önermeye göre) bu düzeye dek anlık ile ilişkilidirler.—Q.E.D.

Not. Anlamakta olduğu sürece anlık ile ilişkili olan duygulardan doğan tüm eylemleri dayanıklılığa [*fortitudo*] yüklüyor, ve bunu da

nus patitur. Superest, ut pauca addam de iis, qui ad eundem referuntur, quatenus agit.

Propositio LVIII

Praeter Laetitiam, & Cupiditatem, quae passiones sunt, alii Laetitiae, & Cupiditatis affectus dantur, qui ad nos, quatenus agimus, referuntur.

Demonstratio. Cum Mens se ipsam, suamque agendi potentiam concipit, laetatur (per Prop. 53 hujus): Mens autem se ipsam necessario contemplatur, quando veram, sive adaequatam ideam concipit (per Prop. 43 p. 2). At Mens quasdam ideas adaequatas concipit (per Schol. 2 Prop. 40 p. 2): Ergo eatenus etiam laetatur, quatenus ideas adaequatas concipit, hoc est (per Prop. 1 hujus), quatenus agit. Deinde Mens tam quatenus claras, & distinctas, quam quatenus confusas habet ideas, in suo esse perseverare conatur (per Prop. 9 hujus): At per conatum Cupiditatem intelligimus (per ejusdem Schol.); ergo Cupiditas ad nos refertur, etiam quatenus intelligimus, sive (per Prop. 1 hujus) quatenus agimus. Q.E.D.

Propositio LIX

Inter omnes affectus, qui ad Mentem, quatenus agit, referuntur, nulli sunt, quam qui ad Laetitiam, vel Cupiditatem referuntur.

Demonstratio. Omnes affectus ad Cupiditatem, Laetitiam, vel Tristitiam referuntur, ut eorum, quae dedimus, definitiones ostendunt. Per Tristitiam autem intelligimus, quod Mentis cogitandi potentia minuit, vel coercet (per Prop. 11 hujus & ejus Schol.); adeoque Mens, quatenus contristatur, eatenus ejus intelligendi, hoc est, ejus agendi potentia (per Prop. 1 hujus) minuitur, vel coercetur; adeoque nulli Tristitiae affectus ad Mentem referri possunt, quatenus agit; sed tantum affectus Laetitiae, & Cupiditatis, qui (per Prop. praeced.) eatenus etiam ad Mentem referuntur. Q.E.D.

Scholium. Omnes actiones, quae sequuntur ex affectibus, qui ad Mentem referuntur, quatenus intel-

ligit, ad Fortitudinem refero, quam in Animositatem, & Generositatem distinguo. Nam per Animositatem intelligo Cupiditatem, qua unusquisque conatur suum esse ex solo rationis dictamine conservare. Per Generositatem autem Cupiditatem intelligo, qua unusquisque ex solo rationis dictamine conatur reliquos homines juvare, & sibi amicitia jungere. Eas itaque actiones, quae solum agentis utile intendunt, ad Animositatem, & quae alterius etiam utile intendunt, ad Generositatem refero. Temperantia igitur, Sobrietas, & animi in periculis praesentia, &c. Animositatis sunt species; Modestia autem, Clementia &c. species Generositatis sunt. Atque his puto me praecipuos affectus, animique fluctuationes, quae ex compositione trium primitivorum affectuum, nempe Cupiditatis, Laetitiae, & Tristitiae oriuntur, explicuisse, perque primas suas causas ostendisse. Ex quibus apparet, nos a causis externis multis modis agitari, nosque, perinde ut maris undae, a contrariis ventis agitatae, fluctuari, nostri eventus, atque fati inscios. At dixi, me praecipuos tantum, non omnes, qui dari possunt, animi conflictus ostendisse. Nam eadem via, qua supra, procedendo facile possumus ostendere Amorem esse junctum Poenitentiae, Dignationi, Pudori, &c. Imo unicuique ex jam dictis clare constare credo, affectus tot modis alii cum aliis posse componi, indeque tot variationes oriri, ut nullo numero definiri queant. Sed ad meum institutum praecipuos tantum enumeravisse sufficit; nam reliqui, quos omisi, plus curiositatis, quam utilitatis habent. Attamen de Amore hoc notandum restat, quod scilicet saepissime contingit, dum re, quam appetebamus, fruimur, ut Corpus ex ea fruitione novam acquirat constitutionem, a qua aliter determinatur, & aliae rerum imagines in eo excitantur, & simul Mens alia imaginari, aliaque cupere incipit. Ex. gr. cum aliquid, quod nos sapore delect-

yürekliplik [*animositas*] ve yüceğönüllülük [*generositas*] olarak ayırıyorum. Çünkü *yürekliplik ile herkesin yalnızca usun buyruğundan kendi varlığını korumaya çabalamasını sağlayan isteği* anlıyorum. *Yüceğönüllülük ile herkesin yalnızca usun buyruğundan başka insanlara yardımda bulunmaya ve onları dostlukta kendisi ile birleştirmeye çabalamasını sağlayan isteği* anlıyorum. Öyleyse yalnızca etkin bireyin üstünlüğünü amaçlayan eylemleri yürekliliğe, buna karşı başkalarının üstünlüğünü amaçlayanları yüceğönüllülüğe yüklüyorum. Buna göre ılımlılık [*temperantia*], ağırbaşlılık [*sobrietas*] ve tehlike karşısında aklını başında tutma vb. yürekliplik türleriyken, alçakgönüllülük [*modestia*] ve merhamet [*clementia*] ise yüceğönüllülük türleridir. Ve sanırım böylelikle üç birincil duygunun, eş deyişle istek, haz ve acının bileşimleri olan birincil duyguları ve anlığın dalgalanmalarını açıklamış ve ilk nedenleri yoluyla ortaya koymuş oldum. Söylenmiş olanlardan açıktır ki, dışsal nedenler tarafından birçok yolda şuraya buraya sürüklenir, denizde ters rüzgarların karıştırdığı dalgalar gibi başımıza geleceklere ve yazgımıza ilişkin bilgisizlik içinde savrulur dururuz. Gene de, söylediğim gibi, anlığın yalnızca birincil çatışmalarını gösterdim, olabilecek herşeyi değil. Çünkü yukarıda olduğu gibi ilerleyerek kolayca sevginin pişmanlık, hor görme, utanç vb. ile birleştiğini gösterebiliriz. Ama sanırım duyguların birbirleri ile birçok yolda bileşebildikleri ve bu bileşimlerden birçok duygu türünün doğabileceği, böylece sayılarına hiçbir sınır getirilemeyeceği tüm bu söylenenlerden herkes için daha şimdiden açıktır. Gene de amacım için yalnızca önemli olanları sıralamış olmak yeterlidir; ve atladıklarım ise yararlı olmaktan çok ilginçtirler. Ama sevgi ile ilgili olarak sık sık yineleyen bir nokta vardır ki, üzerinde durmak gerekir: İstemiş olduğumuz şeyden yararlanırken, beden bu yararlanımdan onu başka türlü belirleyen yeni bir duruma girer ve onda başka şeylerin imgeleleri uyanır; böylelikle aynı zamanda anlık başka şeyleri imgelemeye ve istemeye başlar. Örneğin, genellikle tadı ile haz veren herhangi birşeyi

imgelediğimiz zaman, ondan haz duymayı, eş deyişle onu yemeyi isteriz. Ama ondan yararlanırlar yararlanmaz mide dolar ve beden başka bir duruma girer. Ama beden şimdiden bu durumdayken eğer ortada bulunan besinin imgesi ve dolayısıyla onu yeme çabası ya da isteği uyarılırsa, beden bu yeni durumu bu istek ya da çabaya karşıt olacak, ve buna göre istemiş olduğumuz besinin bulunuşu tiksindirici olacaktır, ve bu ise iğrenme ve usanç denilen şeydir. Bedenin duygular durumunda gözlenen ürperme, solgunluk, hıçkırma, gülme vb. gibi dışsal değişiklerine gelince, bunları anlık ile herhangi bir ilişki olmaksızın yalnızca bedene ait oldukları için gözardı ettim. Son olarak, duyguların tanımları konusunda söylenecek birşeyler kaldığı için, burada gerekli gördüğüm gözlemlerle birlikte tanımları sıra ile yineleyeceğim.

DUYGULARIN TANIMLARI

1. *İstek* [*cupiditas*], verili değişiklerinden biri tarafından eyleme belirlenmiş olarak kavrandığı sürece, insanın özünün kendisidir.

Açıklama. Yukarıda Bölüm 3, Ön. 9'a Notta belirttiğim gibi, istek itkinin bilinci ile itkidir, ve itki insanın sakınıma hizmet edecek şeyleri yapmak üzere belirlendiği sürece insanın özüdür. Ama aynı Notta gerçekte insan itkisi ile istek arasında hiçbir ayırım tanımadığımı belirtmişim. Çünkü bir insan itkisinin bilincinde olsun ya da olmasın, bu bir ve aynı itki olarak kalır, ve böylece, bir genelemede bulunuyor gibi görünmemek için, isteği itki yoluyla açıklamayı istememiş, ama insan doğasının itki, istek, istenç ya da dürtü adını verdiğimiz tüm çabalarını kapsayacak bir istek tanımı vermeye çalışmışım. Çünkü diyebilirdim ki istek herhangi bir eyleme belirlenmiş olarak görüldüğü sürece insanın özünün kendisidir; ama bu tanımdan (Bölüm 2, Ön. 23) anlığın kendi isteğinin ya da itkisinin bilincinde olabileceği sonucu çıkmaz. Dolayısıyla bu bilincin

tare solet, imaginamur, eodem frui, nempe comedere cupimus. At quandiu eodem sic fruimur, stomachus adimpletur, Corpusque aliter constituitur. Si igitur Corpore jam aliter disposito, ejusdem cibi imago, quia ipse praesens adest, fomentetur, & consequenter conatus etiam, sive Cupiditas eundem comedendi, huic Cupiditati, seu conatui nova illa constitutio repugnabit, & consequenter cibi, quem appetebamus, praesentia odiosa erit, & hoc est, quod Fastidium, & Taedium vocamus. Caeterum Corporis affectiones externas, quae in affectibus observantur, ut sunt tremor, livor, singultus, risus &c. neglecti, quia ad solum Corpus absque ulla ad Mentem relatione referuntur. Denique de affectuum definitionibus quaedam notanda sunt, quas propterea hic ordine repetam, & quid in unaquaque observandum est, iisdem interponam.

Affectuum Definitiones

I. *Cupiditas* est ipsa hominis essentia, quatenus ex data quacunque ejus affectione determinata concipitur ad aliquid agendum.

Explicatio. Diximus supra in Scholio Propositionis 9 hujus Partis, cupiditatem esse appetitum cum ejusdem conscientia; appetitum autem esse ipsam hominis essentiam, quatenus determinata est ad ea agendum, quae ipsius conservationi inserviunt. Sed in eodem Scholio etiam monui, me revera inter humanum appetitum, & Cupiditatem nullam agnoscere differentiam. Nam sive homo sui appetitus sit conscius, sive non sit, manet tamen appetitus unus, idemque; atque adeo, ne tautologiam committere viderer, Cupiditatem per appetitum explicare nolui; sed eandem ita definire studui, ut omnes humanae naturae conatus, quos nomine appetitus, voluntatis, cupiditatis, vel impetus significamus, una comprehenderem. Potueram enim dicere, Cupiditatem esse ipsam hominis essentiam, quatenus determinata concipitur ad aliquid agendum; sed ex hac definitione (per Prop. 23 p. 2) non sequi-

eretur, quod Mens possit suae Cupiditatis, sive appetitus esse conscia. Igitur, ut hujus conscientiae causam involverem, necesse fuit (per eandem Prop.) addere, *quatenus ex data quacunq̃ue ejus affectione determinata* &c. Nam per affectionem humanae essentiae quamcunq̃ue ejusdem essentiae constitutionem intelligimus, sive ea sit innata, sive quod ipsa per solum Cogitationis, sive per solum Extensionis attributum concipiatur, sive denique quod ad utrumque simul referatur. Hic igitur Cupiditatis nomine intelligo hominis quoscunq̃ue conatus, impetus, appetitus, & volitiones, qui pro varia ejusdem hominis constitutione varii, & non raro adeo sibi invicem oppositi sunt, ut homo diversimode trahatur, & quo se vertat, nesciat.

II. *Laetitia* est hominis transitio a minore ad majorem perfectionem.

III. *Tristitia* est hominis transitio a majore ad minorem perfectionem.

Explicatio. Dico transitionem. Nam Laetitia non est ipsa perfectio. Si enim homo cum perfectione, ad quam transit, nasceretur, ejusdem absque Laetitiae affectu composset; quod clarius apparet ex Tristitiae affectu, qui huic est contrarius. Nam quod Tristitia in transitione ad minorem perfectionem consistit, non autem in ipsa minore perfectione, nemo negare potest, quandoquidem homo eatenus contristari nequit, quatenus alicujus perfectionis est particeps. Nec dicere possumus, quod Tristitia in privatione majoris perfectionis consistat; nam privatio nihil est; Tristitiae autem affectus actus est, qui propterea nullus alius esse potest, quam actus transeundi ad minorem perfectionem, hoc est, actus quo hominis agendi potentia minuitur, vel coercetur (vide Schol. Prop. 11 hujus). Caeterum definitiones Hilaritatis, Titillationis, Melancholiae, & Doloris omittito, quia ad Corpus potissimum referuntur, & non nisi Laetitiae, aut Tristitiae sunt Species.

IV. *Admiratio* est rei alicujus imaginatio, in qua Mens defixa propterea manet, quia haec singularis imaginatio nullam cum reliquis habet connexionem. Vide Prop. 52 cum ejusdem Schol.

nedenini içerebilmek için (aynı önermeye göre) *değişiklerinden biri tarafından bir eyleme belirlenmiş olarak kavrandığı sürece* sözlerini eklemek zorunluydu. Çünkü insan özünün bir değişkisi ile o özün herhangi bir durumunu anlarız, bu ister doğuştan olsun, ister yalnızca düşünme ya da yalnızca uzam yüklemi altında düşünölsün, ya da isterse her ikisi ile ilişkili olsun. Bu yüzden burada istek sözcöğü ile insanın değişen durumlarına göre değişen, ve sık sık nereye dönmesi gerektiğini bilmeksizin onu şuraya buraya çekeştirecek denli karşıt olan çabalarının, dürtülerinin, itkilerinin ve istençlerinin tümünü anlıyorum.

2. *Haz* [*laetia*] insanın daha küçük bir eksiksizlikten daha büyüğüne geçişidir.

3. *Acı* [*tristitia*] insanın daha büyük bir eksiksizlikten daha küçüğüne geçişidir.

Açıklama. Geçiş diyorum. Çünkü haz eksiksizliğin kendisi değildir. Eğer bir insan içine geçtiği eksiksizlik ile doğmuş olsaydı, bu onda haz duygusu olmaksızın bulunurdu; ve hazzın karşıtı olan acı duygusu bunu daha açık gösterir. Çünkü acının daha az eksiksizlikten değil, ama daha büyük bir eksiksizlikten daha küçüğüne geçişten oluştuğunu hiç kimse yadsıyamaz, çünkü insan herhangi bir eksiksizliğe katıldığı sürece acı duyamaz. Ne de acının daha büyük bir eksiksizliğin yoksunluğundan oluştuğunu söyleyebiliriz, çünkü yoksunluk hiçbirşeydir; ama acı duygusu bir edimdir, ve dolayısıyla daha küçük bir eksiksizliğe geçiş ediminden, ya da (Bölüm 3, Ön. 11'e Not) insanın etkinlik gücünü azaltan ya da kısıtlayan bir edimden başka birşey olamaz. Neşe, hoşlaşma, melankoli ve kederin tanımlarına gelince, bunları geçiyorum çünkü anlık ile olmaktan çok beden ile bağıntıları vardır, ve yalnızca değişik haz ya da acı türleridirler.

4. *Hayret* [*admiratio*] bir şeyin imgesidir ki, anlık bunda saplanıp kalır, çünkü bu tekil imgenin başka imgelerle hiçbir bağlantısı yoktur. Bkz. bu bölümde Ön. 52 ve Notu.

Açıklama. Bölüm 2, Ön. 18'e Notta gösterdiğim gibi, anlığın bir şeyi irdelemekten hemen bir başkasını düşünmeye geçmesine yol açan neden bu şeylerin imgelerinin birbirlerini izleyecek bir yolda bağlantılı ve düzenli olmalarıdır; ama bu durum şeyin imgesi yeni iken tasarlanamaz, çünkü o zaman anlık başka nedenler tarafından başka şeyleri düşünmeye belirleninceye dek aynı şeyin irdelenişinde alkonacaktır. Öyleyse, yeni bir nesnenin imgesi kendinde görüldüğünde başka imgeler ile aynı doğadadır, ve bu nedenle hayreti duygular arasında saymıyorum; ne de bunu yapmak için bir neden görebiliyorum, çünkü anlığın bu uzaklaştırılması onu başka şeylerden uzaklaştıran herhangi bir olumlu nedenden değil, ama yalnızca anlığı bir şeyin düşünülmesinden başka şeyleri düşünmeye belirleyen herhangi bir nedenin yokluğundan doğar.

Bu yüzden (Bölüm 3, Ön. 11'e Notta belirttiğim gibi) haz, acı ve istek olarak salt üç kökenel ya da birincil duygu tanıyorum; ve hayretten söz etmemin biricik nedeni, ne zaman hayret ettiğimiz nesneler ile ilişkili olsalar, bu üç birincil duygudan türeyen belli duygulara başka adlar vermenin bir alışkanlık durumuna gelmiş olmasıdır; yine aynı neden beni küçümsemenin bir tanımını eklemeye götürüyor.

5. *Küçümseme* [*contemptus*] anlığa öylesine az dokunan bir şeyin imgesidir ki, anlık o şeyin bulunuşu yoluyla onda olanlardan çok onda olmayan şeyleri imgelemeye götürülür. Bkz. Bölüm 3, Ön. 52'ye Not.

Hürmetin ve hor görmenin tanımlarım burada geçiyorum, çünkü bildiğim denlisiyle duygulardan hiç biri adını onlardan türetmez.

6. *Sevgi* [*amor*] dışsal bir nedenin ideasının eşli-ğindeki hazdır.

Açıklama. Bu tanım sevginin özünü yeterince duru olarak açıklar; kimi yazarların *Sevgi sevenin kendini sevilen şey ile birleştirme istencidir* biçimindeki tanımları sevginin özünü değil ama özelliklerinden birini anlatır; ve bu yazar-

Explicatio. In Scholio Propositionis 18 Partis 2 ostendimus, quatenam sit causa, cur Mens, ex contemplatione unius rei, statim in alterius rei cogitationem incidat, videlicet, quia earum rerum imagines invicem concatenatae, & ita ordinatae sunt, ut alia aliam sequatur, quod quidem concipi nequit, quando rei imago nova est; sed Mens in ejusdem rei contemplatione detinebitur, donec ab aliis causis ad alia cogitandum determinetur. Rei itaque novae imaginatio in se considerata ejusdem naturae est, ac reliquae, & hac de causa ego Admirationem inter affectus non numero, nec causam video, cur id facerem, quandoquidem haec Mentis distractio ex nulla causa positiva, quae Mentem ab aliis distrahat, oritur; sed tantum ex eo, quod causa, cur Mens ex unius rei contemplatione ad alia cogitandum determinatur, deficit.

Tres igitur (ut in Schol. Prop. 11 hujus monui) tantum affectus primitivos, seu primarios agnosco; nempe, Laetitiae, Tristitiae, & Cupiditatis, nec alia de causa verba de Admiratione feci, quam quia usu factum est, ut quidam affectus, qui ex tribus primitivis derivantur, aliis nominibus indicari soleant, quando ad objecta, quae admiramur, referuntur; quae quidem ratio me ex aequo movet, ut etiam Contemptus definitionem his adjungam.

V. *Contemptus* est rei alicujus imaginatio, quae Mentem adeo parum tangit, ut ipsa Mens ex rei praesentia magis moveatur ad ea imaginandum, quae in ipsa re non sunt, quam quae in ipsa sunt. Vide Schol. Prop. 52 hujus.

Definitiones Venerationis, & Dedignationis missas hic facio, quia nulli, quod sciam, affectus ex his nomen trahunt.

VI. *Amor* est Laetitia, concomitante idea causae externae.

Explicatio. Haec Definitio satis clare Amoris essentiam explicat; illa vero Auctorum, qui definiunt *Amorem esse voluntatem amantis se jungendi rei amatae*, non Amoris essentiam, sed ejus proprietatem exprimit, &, quia Amoris essentia

non satis ab Auctoribus perspecta fuit, ideo neque ejus proprietatis ullum clarum conceptum habere poterunt, & hinc factum, ut eorum definitionem admodum obscuram esse omnes judicaverint. Verum notandum, cum dico, proprietatem esse in amante, se voluntate jungere rei amatae, me per voluntatem non intelligere consensum, vel animi deliberationem, seu liberum decretum (nam hoc fictitium esse demonstravimus Propositione 48 Partis 2), nec etiam Cupiditatem sese jungendi rei amatae, quando abest, vel perseverandi in ipsius praesentia, quando adest; potest namque amor absque hac, aut illa Cupiditate concipi: sed per voluntatem me Acquiescentiam intelligere, quae est in amante ob rei amatae praesentiam, a qua Laetitia amanti corroboratur, aut saltem fovetur.

VII. *Odium* est Tristitia, concomitante idea causae externae.

dis affectibus nihil intersit; sed
ideo quia necesse est, nostrae
naturae tam potentiam, quam
impotentiam noscere, ut deter-
minare possimus, quid ratio in
moderandis affectibus possit, &
quid non possit; & in hac Parte
de sola humana impotentia me
acturum dixi. Nam de Rationis
in affectus potentia separatim
agere constitui.

Propositio XVIII

*Cupiditas, quae ex Laetitia oritur,
caeteris paribus, fortior est Cupidi-
tate, quae ex Tristitia oritur.*

Demonstratio. Cupiditas est
ipsa hominis essentia (per
Defin. 1 Affect.), hoc est (per
Prop. 7 p. 3), conatus, quo
homo in suo esse perseverare
conatur. Quare Cupiditas, quae
ex Laetitia oritur, ipso Laetitia-
e affectu (per Defin. Laetitia-
e, quam vide in Schol. Prop. 11
p. j3) iuvatur, vel augetur; quae
autem contra ex Tristitia oritur,

*[Ovid, *Başkalaşımalar*, VII, 20-21. Daha önce Bölüm 3, Ön. 2'ye Not'ta alıntılandı.]

**[*Ecclesiastes/Vaiz* (Eski Ahit'in bir kitabı, ykls. İÖ 250), 1:18.]

ipso Tristitiae affectu (per idem Schol.) minuitur, vel coercetur; atque adeo vis Cupiditatis, quae ex Laetitia oritur, potentia humana, simul & potentia causae externae; quae autem ex Tristitia, sola humana potentia definiri debet, ac proinde hac illa fortior est. Q.E.D.

Scholium. His paucis humanae impotentiae, & inconstantiae causas, & cur homines rationis praecepta non servant, explicui. Superest jam, ut ostendam, quid id sit, quod ratio nobis praescribit, & quinam affectus cum rationis humanae regulis conveniant, quinam contra iisdem contrarii sint. Sed antequam haec prolixo nostro Geometrico ordine demonstrare incipiam, lubet ipsa rationis dictamina hic prius breviter ostendere, ut ea, quae sentio, facilius ab unoquoque percipiantur. Cum ratio nihil contra naturam postulet, postulatur ergo ipsa, ut unusquisque seipsum amet, suum utile, quod revera utile est, quaerat, & id omne, quod hominem ad maiorem perfectionem revera ducit, appetat, & absolute, ut unusquisque suum esse, quantum in se est, conservare conetur. Quod quidem tam necessario verum est, quam, quod totum sit sua parte majus (vide Prop. 4 p. 3). Deinde quandoquidem virtus (per Defin. 8 hujus) nihil aliud est, quam ex legibus propriae naturae agere, & nemo suum esse (per Prop. 7 p. 3) conservare conetur, nisi ex propriae suae naturae legibus; hinc sequitur primo, virtutis fundamentum esse ipsum conatum proprium esse conservandi, & felicitatem in eo consistere, quod homo suum esse conservare potest. Secundo sequitur, virtutem propter se esse appetendam, nec quicquam, quod ipsa praestabilius, aut quod utilius nobis sit, dari, cuius causa deberet appeti. Tertio denique sequitur, eos, qui se interficiunt, animo esse impotentes, eosque a causis externis, suae naturae repugnantibus, prorsus vinci. Porro ex Postulato 4 Partis 2 sequitur, nos efficere nunquam posse, ut nihil extra nos indigeamus ad nostrum esse conservandum, & ut ita vivamus, ut nullum commercium cum rebus,

azaltılır ya da bastırılır; dolayısıyla hazdan doğan istegin kuvveti insan gücü ile ve aynı zamanda dışsal bir nedenin gücü ile, ama buna karşı acıdan doğanmki ise yalnızca insan gücü ile tanımlanmalıdır; buna göre birincisi ikinciden daha güçlüdür.—Q.E.D.

Not. Bu birkaç önerme ile insan güçsüzlüğünün ve tutarsızlığının nedenlerini ve insanların usun buyruklarına niçin uymadıklarını açıkladım. Geriye usun bize neleri buyurduğunu, hangi duyguların insan usunun kuralları ile anlaştığını, ve buna karşı hangilerinin bu kuralara aykırı olduklarını göstermek kalıyor. Ama bunları geniş kapsamlı geometrik yöntemimiz ile tanıtlamaya başlamadan önce, demek istediklerimin herkesçe kolayca algılanabilmesi için burada ilkin kısaca usun bu buyruklarını göstermek istiyorum. Us doğaya aykırı hiçbir şey konutlamadığı için, bu yüzden herkesin kendini sevmesini, kendi yararını, ona gerçekten yararlı olanı aramasını, insanı daha büyük eksiksizliğe gerçekten götüren herşeyi istemesini, ve saltuk olarak herkesin elinden geldiğince varlığını korumaya çabalamasını konutlar. Bu tıpkı bütünün parçasından büyük olması gibi zorunlu olarak doğrudur (Bölüm 3, Ön. 6). Yine, erdem (Bölüm 4, Ön. 8) kendi doğamızın yasalarına göre davranmaktan başka birşey olmadığı için, ve hiç kimse kendi doğasının yasalarına göre olmanın dışında varlığını korumaya çabalamadığı için (Bölüm 3, Ön. 7), bundan ilk olarak şu çıkar ki, erdemın temeli kendi varlığını koruma çabasıdır, ve mutluluk insanın kendi varlığını sakınabilmesinden oluşur. İkinci olarak şu çıkar ki, erdem kendi uğruna istenmelidir, ve uğruna çabalanması gereken daha eşsiz ya da bizim için daha yararlı başka hiçbirşey yoktur. Üçüncü olarak, kendilerini öldüren tüm insanlar ruhlarında güçsüzdürler ve doğaları ile çelişen dışsal nedenlere bütünüyle yenilmişlerdir. Yine, Bölüm 2, Kon. 4'ten şu çıkar ki, hiçbir zaman varlığımızın sakınımı için dışımızda hiçbirşeye gereksinmeme, ve hiçbir zaman dışımızda olan şeylerle hiçbir etkileşime girme-

yeceğimiz bir yolda yaşayabilme gibi bir durumu yaratamayız; gerçekten de, anlığımızı göz önüne alırsak, eğer yalnız başına olsaydı ve kendisinden başka hiçbirşeyi anlamasaydı, anlığımız daha az eksiksiz olurdu. Böylece dışımızda bize yararlı olan ve dolayısıyla istenmesi gereken birçok şey vardır. Bunlardan hiç biri doğamız ile tam olarak anlaşılanlardan daha eşsiz görülemez. Eğer, örneğin tam olarak aynı doğadaki iki birey birleşecek olsa, yalnız başına her birinden iki kat güçlü tek bir birey oluştururlar. Öyleyse hiçbirşey insana insandan daha yararlı değildir; yineliyorum: insanların varlıklarının sakınımları için daha eşsizini isteyemeyecekleri biricik şey herkesin herkesle tüm anlık ve tüm bedenlerin bir bakıma tek bir anlık ve tek bir beden oluşturma- cağı bir yolda anlaşması, herkesin aynı zamanda elinden geldiğince varlığının sakınımları için çabalaması, ve herkesin aynı zamanda herkesin ortak yararını aramasıdır; bundan şu çıkar ki, Us tarafından yönetilen insanlar, başka bir deyişle, Usun kılavuzluğu altında kendilerine yararlı olanı arayan insanlar kendileri için geri kalan insanlar için istemedikleri hiçbirşeyi istemezler, ve dolayısıyla doğrudurlar, bağlılık gösterirler, ve onurludurlar.

Bunlar daha kapsamlı tanıtılamalarına geçmeden önce Usun burada kısaca göstermeyi amaçladığım buyruklarıdır; bunu yapmamın nedeni, eğer olanaklıysa, bu ilkenin—herkes kendisine yararlı olanı aramada direktmelidir—erdem ve dindarlığın değil ama dinsizliğin temeli olduğuna inananların dikkatini çekebilmektir. Şimdi kısaca durumun bunun tam tersi olduğunu gösterdikten sonra, şimdiye dek izlediğim aynı yöntemle bunu tanıtılamaya geçiyorum.

ÖNERME 19

Kendi doğasının yasalarına göre herkes zorunlu olarak iyi ya da kötü gördüğü şeyi ister ya da ondan kaçınır.

Tanıt. İyinin ve kötünün bilgisi (Bölüm 4, Ön. 8) bilincinde olduğumuz sürece haz ya da acı duygusunun kendisidir; dolayısıyla (Bölüm 3,

quae extra nos sunt, habeamus; & si praeterea nostram Mentem spectemus, sane noster intellectus imperfectior esset, si Mens sola esset, nec quicquam praeter se ipsam intelligeret. Multa igitur extra nos dantur, quae nobis utilis, quaeque propterea appetenda sunt. Ex his nulla praestantiora excogitari possunt, quam ea, quae cum nostra natura prorsus conveniunt. Si enim duo ex. gr. ejusdem prorsus naturae individua invicem junguntur, individuum componunt singulo duplo potentius. Homini igitur nihil homine utilis; nihil, inquam, homines praestantius ad suum esse conservandum, optare possunt, quam quod omnes in omnibus ita convenient, ut omnium Mentes & Corpora unam quasi Mentem, unumque Corpus component, & omnes simul, quantum possunt, suum esse conservare conentur, omnesque simul omnium commune utile sibi quaerant; ex quibus sequitur, homines, qui ratione gubernantur, hoc est, homines, qui ex ductu rationis suum utile quaerunt, nihil sibi appetere, quod reliquis hominibus non cupiant, atque adeo eodem justos, fidos, atque honestos esse.

Haec illa rationis dictamina sunt, quae hic paucis ostendere proposueram, antequam eadem prolixiori ordine demonstrare inciperem, quod ea de causa feci, ut, si fieri posset, eorum attentionem mihi conciliarem, qui credunt, hoc principium, quod scilicet unusquisque suum utile quaerere tenetur, impietatis, non autem virtutis, & pietatis esse fundamentum. Postquam igitur rem sese contra habere breviter ostenderim, pergo ad eandem eadem via, qua huc usque progressi sumus, demonstrandum.

Propositio XIX

Id unusquisque ex legibus suae naturae necessario appetit, vel aversatur, quod bonum, vel malum esse judicat.

Demonstratio. Boni, & mali cognitio est (per Prop. 8 hujus) ipse Laetitia, vel Tristitia affectus, quatenus ejusdem sumus conscii;

ac proinde (per Prop. 28 p. 3) id unusquisque necessario appetit, quod bonum, & contra id aversatur, quod malum esse judicat. Sed hic appetitus nihil aliud est, quam ipsa hominis essentia, seu natura (per Defin. Appetitus, quam vide in Schol. Prop. 9 p. 3 & Defin. 1 Affect.). Ergo unusquisque ex solis suae naturae legibus id necessario appetit, vel aversatur, &c. Q.E.D.

Propositio XX

Quo magis unusquisque suum utile quaerere, hoc est, suum esse conservare conatur, & potest, ea magis virtute praeditus est; & contra quatenus unusquisque suum utile, hoc est, suum esse conservare negligit, eatenus est impotens.

Demonstratio. Virtus est ipsa humana potentia, quae sola hominis essentia definitur (per Defin. 8 hujus), hoc est (per Prop. 7 p. 3), quae solo conatu, quo homo in suo esse perseverare conatur, definitur. Quo ergo unusquisque magis suum esse conservare conatur, & potest, eo magis virtute praeditus est, & consequenter (per Prop. 4 & 6 p. 3), quatenus aliquis suum esse conservare negligit, eatenus est impotens. Q.E.D.

Scholium. Nemo igitur, nisi a causis externis, & suae naturae contrariis victus, suum utile appetere, sive suum esse conservare negligit. Nemo, inquam, ex necessitate suae naturae, sed a causis externis coactus alimenta aversatur, vel se ipsum interficit, quod multis modis fieri potest; nempe interficit aliquis se ipsum coactus ab alio, qui ejus dexteram, quaensem casu prehenderat, contorquet, & cogit versus cor ipsum gladium dirigere; vel quod ex mandato Tyranni, ut Seneca, cogatur venas aperire suas, hoc est, majus malum minore vitare cupiat; vel denique ex eo, quod causae latentes externae ejus imaginationem ita disponunt, & Corpus ita afficiunt, ut id aliam naturam priori contrariam induat, & cujus idea in Mente dari nequit (per Prop. 10 p. 3). At quod homo ex necessitate suae naturae conetur non existere, vel in aliam formam mutari, tam est impossibile, quam quod ex

Ön. 28) herkes zorunlu olarak iyi gördüğünü ister, ve tersine kötü gördüğünden kaçınır. Ama bu itki insanın özünün ya da doğasının kendisinden başka birşey değildir (Bölüm 3, Ön. 9'a Notta itkinin tanımı, ve Bölüm 3, Duyg. Tan. 1). Öyleyse, salt kendi doğasının yasalarına göre herkes zorunlu olarak vs.—Q.E.D.

ÖNERME 20

Herkes kendine yararlı olanı aramaya, e.d. varlığını sakınmaya çabaladığı ve bunu yapabildiği denli erdemle donatılmışdır; ve tersine, ona yararlı olanı, e.d. varlığını gözardı ettiği denli güçsüzdür.

Tanıt. Erdem insan gücünün kendisidir ki, yalnızca insanın özü tarafından tanımlanır (Bölüm 4, Tan. 8), başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 7), yalnızca insanın varlığını sakınmaya çabalamasını sağlayan çaba tarafından tanımlanır. Öyleyse, insan varlığını sakınmaya çabaladığı ve bunu yapabildiği denli erdemle donatılmışdır, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 4 ve 6) varlığını sakınmayı gözardı ettiği ölçüde güçsüzdür.—Q.E.D.

Not. Bu yüzden hiç kimse dışsal ve doğasına aykırı nedenler tarafından yenilmedikçe ona yararlı olanı ya da varlığını sakınmayı gözardı etmez. Hiç kimse, diyorum, doğasının zorunluluğundan değil ama ancak dışsal nedenlerin zorlamasından ötürü yiyeceğini geri çevirir ya da kendini öldürür, ve bu birçok yolda olabilir; herhangi biri raslantısal olarak bir kılıç tuttuğu sağ kolunu büküp kılıcı kendi yüreğine çevirmeye zorlayan bir başkasının zoru ile kendini öldürebilir; ya da, Seneca* gibi, bir tiranın buyruğu ile kendi damarlarını kesmeye zorlanabilir, e.d. kötülüğün daha küçüğünü yeğleyerek büyüğünden kaçınmayı isteyebilir; ya da yine dışsal ve gizli nedenler imgelemine öyle bir eğilim verebilir ve bedenini öyle etkileyebilir ki, öncekine karşıt ve anlıkta hiçbir ideası verilemeyecek bir doğa üstlenebilir (Bölüm 3, Ön. 10). Ama birinin doğasının zorunluluğundan varolmamaya ya da başka bir biçime değişmeye çabalamasının tıpkı yokluktan birşeyin

doğması denli olanaksız olduğu biraz düşünerek kolayca görülebilir.

ÖNERME 21

Hiç kimse aynı zamanda olmayı, davranmayı, ve yaşamayı, eş deyişle, edimsel olarak varolmayı da istemedikçe kutlu olmayı, iyi davranmayı ve iyi yaşamayı isteyemez.

Tanıt. Bu önermenin tanıtı, daha doğrusu şeyin kendisi kendiliğinden açıktır, ve isteğin tanımından da görünür. Çünkü istek (Bölüm 3, Duyg. Tan. 1), ister kutlu olma isterse iyi yaşama ya da davranma vb. isteği olsun, insanın özünün kendisidir, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 7), herkesin kendi varlığını sakınmaya çabalamasını sağlayan çabadır. Öyleyse, hiç kimse aynı zamanda olmayı, davranmayı, vs.—Q.E.D.

ÖNERME 22

Buna (eş deyişle, öz-sakınım çabasına) önsel hiçbir erdem kavranamaz.

Tanıt. Öz-sakınım çabası şeyin özünün kendisidir (Bölüm 3, Ön. 7). Öyleyse, eğer buna, e.d. bu çabaya önsel herhangi bir erdem kavranabilirse, o zaman (Bölüm 4, Tan. 8) şeyin özünün kendisi kendisine önsel olarak kavranmış olacaktır ki (kendiliğinden açık olduğu gibi) saçmadır. Öyleyse, buna (eş deyişle, öz-sakınım çabasına) önsel vs.—Q.E.D.

Sonurgu. Öz-sakınım çabası erdemin ilk ve tek temelidir. Çünkü bu ilkeye önsel başka hiç biri kavranamaz (Bölüm 4, Ön. 22), ve onsuz (Bölüm 4, Ön. 21) hiçbir erdem kavranamaz.

ÖNERME 23

İnsanın, herhangi bir eyleme yetersiz ideaları olması olgusu tarafından belirlendiği ölçüde, kesinlikle erdemden davrandığı söylenemez; bu yalnızca anlaması olgusu tarafından belirlendiği ölçüde söylenebilir.

Tanıt. İnsan bir eyleme yetersiz ideaları olduğu için belirlendiği ölçüde edilgindir (Bölüm 3, Ön. 1); eş deyişle (Bölüm 3, Tan. 1 ve 2), yalnızca

nihilò aliquid fiat, ut unusquisque mediocri meditatione videre potest.

Propositio XXI

Nemo potest cupere beatum esse, bene agere, & bene vivere, qui simul non cupiat, esse, agere, & vivere, hoc est, actu existere.

Demonstratio. Hujus Propositionis Demonstratio, seu potius res ipsa per se patet, & etiam ex Cupiditatis definitione. Est enim Cupiditas (per Defin. 1 Affect.) beate, seu bene vivendi, agendi, &c. ipsa hominis essentia, hoc est (per Prop. 7 p. 3), conatus, quo unusquisque suum esse conservare conatur. Ergo nemo potest cupere, &c. Q.E.D.

Propositio XXII

Nulla virtus potest prior hac (nempe conatu sese conservandi) concipi.

Demonstratio. Conatus sese conservandi est ipsa rei essentia (per Prop. 7 p. 3). Si igitur aliqua virtus posset hac, nempe hoc conatu, prior concipi, conciperetur ergo (per Defin. 8 hujus) ipsa rei essentia se ipsa prior, quod (ut per se notum) est absurdum. Ergo nulla virtus, &c. Q.E.D.

Corollarium. Conatus sese conservandi primum, & unicum virtutis est fundamentum. Nam hoc principio nullum aliud potest prius concipi (per Prop. praeced.), & absque ipso (per Prop. 21 hujus) nulla virtus potest concipi.

Propositio XXIII

Homo, quatenus ad aliquid agendum determinatur ex eo, quod ideas habet inadaequatas, non potest absolute dici, ex virtute agere; sed tantum, quatenus determinatur ex eo, quod intelligit.

Demonstratio. Quatenus homo ad agendum determinatur ex eo, quod inadaequatas habet ideas, eatenus (per Prop. 1 p. 3)

patitur, hoc est (per Defin. 1 & 2 p. 3), aliquid agit, quod per solam ejus essentiam non potest percipi, hoc est (per Defin. 8 hujus), quod ex ipsius virtute non sequitur. At quatenus ad aliquid agendum determinatur ex eo, quod intelligit, eatenus (per eandem Prop. 1 p. 3) agit, hoc est (per Defin. 2 p. 3), aliquid agit, quod per solam ipsius essentiam percipitur, sive (per Defin. 8 hujus) quod ex ipsius virtute adaequate sequitur. Q.E.D.

Propositio XXIV

Ex virtute absolute agere nihil aliud in nobis est, quam ex ductu rationis agere, vivere, suum esse conservare (haec tria idem significant), idque ex fundamento proprium utile quaerendi.

Demonstratio. Ex virtute absolute agere, nihil aliud est (per Defin. 8 hujus), quam ex legibus propriae naturae agere. At nos eatenus tantummodo agimus, quatenus intelligimus (per Prop. 3 p. 3). Ergo ex virtute agere, nihil aliud in nobis est, quam ex ductu rationis agere, vivere, suum esse conservare, idque (per Coroll. Prop. 22 hujus) ex fundamento suum utile quaerendi. Q.E.D.

Propositio XXV

Nemo suum esse alterius rei causa conservare conatur.

Demonstratio. Conatus, quo unaquaeque res in suo esse perseverare conatur, sola ipsius rei essentia definitur (per Prop. 7 p. 3), eaque sola data, non autem ex alterius rei essentia necessario sequitur (per Prop. 6 p. 3), ut unusquisque suum esse conservare conetur. Patet praeterea haec Propositio ex Coroll. Prop. 22 hujus Partis. Nam si homo alterius rei causa suum esse conservare conaretur; tum res illa primum esset virtutis fundamentum (ut per se notum), quod (per praedictum Coroll.) est absurdum. Ergo nemo suum esse &c. Q.E.D.

kendi özünden algılanamayan, eş deyişle (Bölüm 4, Tan. 1) erdeminden kaynaklanmayan birşey yapar. Ama bir eyleme anladığı için belirlendiği sürece etkindir (Bölüm 3, Ön. 1), ya da (Bölüm 3, Tan. 2), salt kendi özünden algılanabilen, eş deyişle (Bölüm 4, Tan. 8) erdeminden yeterli olarak kaynaklanan birşey yapar.—Q.E.D.

ÖNERME 24

Saltık olarak erdemden davranmak bizde kendi yararımızı arama temelinde usun yönetimi altında davranmak, yaşamak ve varlığını sakınmaktan (bu üçü aynı şeyi imler) başka birşey değildir.

Tanıt. Saltık olarak erdemden davranmak (Bölüm 4, Tan. 8) kendi doğasının yasalarına göre davranmaktan başka birşey değildir. Ama ancak anladığımız sürece davranırız (Bölüm 3, Ön. 3). Öyleyse, erdemden davranmak usun yönetimi altında davranmak, yaşamak ve varlığımızı sakınmaktan, ve bunu (Bölüm 4, Ön. 22'ye Sonurgu) kendi yararımızı arama temelinde yapmaktan başka birşey değildir.—Q.E.D.

ÖNERME 25

Hiç kimse varlığını başka bir şey uğruna sakınmaya çabalamaz.

Tanıt. Her bir şeyin varlığını sakınmaya çabalamasını sağlayan çabayı yalnızca şeyin kendi özü tanımlar (Bölüm 3, Ön. 7); ve her şeyin kendi varlığını sakınmaya çabalaması zorunlu olarak bir başka şeyin özünden değil, ama yalnızca onun özünden doğar (Bölüm 3, Ön. 6). Bu önerme Bölüm 4, Ön. 22'ye Sonurgudan da açıktır. Çünkü bir insan varlığını başka birşey uğruna sakınmaya çabalayacak olsaydı, o zaman bu şey erdeminin birincil temeli olurdu (kendiliğinden açık olduğu gibi), ki (aynı Sonurguya göre) saçmadır. Öyleyse, hiç kimse varlığını başka vs.—Q.E.D.

ÖNERME 26

Usa göre yapmaya çabaladığımız herşey anlamaktan başka birşey değildir; ve anlık, usu kullandığı sürece, anlamaya katkıda bulunan dışında hiçbirşeyi ona yararlı olarak yargılamaz.

Tanıt. Öz-sakinim çabası şeyin kendisinin özünden başka birşey değildir (Bölüm 3, Ön. 7), ki bu şey böyle olarak varolduğu sürece, varoluştaki kalma (Bölüm 3, Ön. 6) ve verili doğasından zorunlu olarak doğan şeyleri yapma kuvvetine iye olarak tasarlanır (bkz. Bölüm 3, Ön. 9'a Notta itkinin tanımı). Ama usun özü açık ve seçik olarak anladığı sürece anlığımızdan başka birşey değildir (Bölüm 2, Ön. 40'a Not 2'deki tanım); öyleyse (Bölüm 2, Ön. 40) usa göre yapmaya çabaladığımız herşey anlamaktan başka birşey değildir. Yine, uslamlamada bulunduğu sürece anlığın varlığında sürmeye çabalamasını sağlayan bu çabası anlamaktan başka birşey olmadığı için (bu tanıtın ilk yarısına göre), bundan şu çıkar ki bu anlama çabası erdemin ilk ve tek temelidir, ve (Bölüm 4, Ön. 25) şeyleri herhangi bir erek uğruna anlamaya çabalamayız; tersine, uslamlamada bulunduğu sürece anlık anlamaya katkıda bulunanlar dışında hiçbirşeyi kendi için iyi olarak kavrayamaz (Bölüm 4, Tan. 1).—Q.E.D.

ÖNERME 27

Gerçekten anlamaya katkıda bulunan ya da anlamamızı engelleyebilen dışında herhangi birşeyin pekinlikle iyi mi yoksa kötü mü olduğunu bilmeyiz.

Tanıt. Uslamlamada bulunduğu sürece anlık anlamaktan başka birşey istemez, ne de anlamaya katkıda bulunan dışında herhangi birşeyi kendine yararlı olarak görür (Bölüm 4, Ön. 26). Ama anlık (Bölüm 2, Ön. 41, 43 ve Notu) ancak yeterli ideaları olduğu sürece, ya da (ki, Bölüm 2, Ön. 40'a Nota göre, yine aynı şey,) uslamlamada bulunduğu sürece şeylere ilişkin bir pekinlik taşır; öyleyse gerçekten anlamaya katkıda bulunanlar dışında herhangi birşeyin pekinlikle iyi olduğunu bilmeyiz, ve, buna karşı, yalnızca

Propositio XXVI

Quicquid ex ratione conatur, nihil aliud est, quam intelligere; nec Mens, quatenus ratione utitur, aliud sibi utile esse iudicat, nisi id, quod ad intelligendum conducit.

Demonstratio. Conatus sese conservandi nihil est praeter ipsius rei essentiam (per Prop. 7 p. 3), quae quatenus talis existit, vim habere concipitur ad perseverandum in existendo (per Prop. 6 p. 3), & ea agendum, quae ex data sua natura necessario sequuntur (vide Defin. Appetitus in Schol. Prop. 9 p. 3). At rationis essentia nihil aliud est, quam Mens nostra, quatenus clare, & distincte intelligit (vide ejus Defin. in Schol. 2 Prop. 40 p. 2): Ergo (per Prop. 40 p. 2) quicquid ex ratione conatur, nihil aliud est, quam intelligere. Deinde quoniam hic Mentis conatus, quo Mens, quatenus ratiocinatur, suum esse conatur conservare, nihil aliud est, quam intelligere (per primam partem hujus), est ergo hic intelligendi conatus (per Coroll. Prop. 22 hujus) primum, & unicum virtutis fundamentum, nec alicujus finis causa (per Prop. 25 hujus) res intelligere conabimur; sed contra Mens, quatenus ratiocinatur, nihil sibi bonum esse concipere poterit, nisi id, quod ad intelligendum conducit (per Defin. 1 hujus). Q.E.D.

Propositio XXVII

Nihil certo scimus bonum, aut malum esse, nisi id, quod ad intelligendum revera conducit, vel quod impedire potest, quominus intelligamus.

Demonstratio. Mens, quatenus ratiocinatur, nihil aliud appetit, quam intelligere, nec aliud sibi utile esse iudicat, nisi id, quod ad intelligendum conducit (per Prop. praeced.). At Mens (per Prop. 41 & 43 p. 2, cujus etiam Schol. vide) rerum certitudinem non habet, nisi quatenus ideas habet adaequatas, sive (quod per Schol. 2 Prop. 40 p. 2 idem est) quatenus ratiocinatur; ergo nihil certo scimus bonum esse, nisi id, quod ad intelligendum revera

conducit; & contra id malum, quod impedire potest, quominus intelligamus. Q.E.D.

Propositio XXVIII

Summum Mentis bonum est Dei cognitio, & summa Mentis virtus Deum cognoscere.

Demonstratio. Summum, quod Mens intelligere potest, Deus est, hoc est (per Defin. 6 p. 1), Ens absolute infinitum, & sine quo (per Prop. 15 p. 1) nihil esse, neque concipi potest; adeoque (per Prop. 26 & 27 hujus) summum Mentis utile, sive (per Defin. 1 hujus) bonum est Dei cognitio. Deinde Mens, quatenus intelligit, eatenus tantum agit (per Prop. 1 & 3 p. 3), & eatenus tantum (per Prop. 23 hujus) potest absolute dici, quod ex virtute agit. Est igitur Mentis absoluta virtus intelligere. At summum, quod Mens intelligere potest, Deus est (ut jam demonstravimus): Ergo summa summa virtus est Deum intelligere, seu cognoscere. Q.E.D.

Propositio XXIX

Res quaecunque singularis, cujus natura a nostra prorsus est diversa, nostram agendi potentiam nec juvare, nec coercere potest, & absolute res nulla potest nobis bona, aut mala esse, nisi commune aliquid nobiscum habeat.

Demonstratio. Cujuscunque rei singularis, & consequenter (per Coroll. Prop. 10 p. 2) hominis potentia, qua existit, & operatur, non determinatur nisi ab alia re singulari (per Prop. 28 p. 1), cujus natura (per Prop. 6 p. 2) per idem attributum debet intelligi, per quod natura humana concipitur. Nostra igitur agendi potentia, quomodocunque ea concipiatur, determinari, & consequenter juvari, vel coerceri potest potentia alterius rei singularis, quae aliquod commune nobiscum habet, & non potentia rei, cujus natura a nostra prorsus est diversa; & quia id bonum, aut malum vocamus, quod causa est Laetitiae, aut Tristitiae (per Prop. 8 hujus), hoc est (per Schol. Prop. 11 p. 3), quod nostram agendi potentiam auget,

anlamamızı engelleyebilen birşeyi kötü olarak biliriz.—Q.E.D.

ÖNERME 28

Anlığın en yüksek iyisi Tanrının bilgisi, ve anlığın en yüksek erdemi Tanrıyı bilmektir.

Tanıt. Anlığın anlayabileceği en yüksek şey Tanrıdır, eş deyişle (Bölüm 1, Tan. 6), saltık olarak sonsuz Varlıktır, ve onsuz (Bölüm 1, Ön. 15) hiçbirşey ne olabilir ne de kavranabilir; öyleyse (Bölüm 4, Ön. 26 ve 27) anlığa en yararlı olan, ya da (Bölüm 4, Tan. 1) anlık için en iyi olan şey Tanrının bilgisidir. Yine, anlık ancak anladığı sürece etkindir (Bölüm 3, Ön. 1 ve 3), ve ancak bu düzeye dek (Bölüm 4, Ön. 23) saltık olarak erdeme uygun davrandığı söylenebilir. Anlamak öyleyse anlığın saltık erdemidir. Ama anlığın anlayabileceği en yüksek şey Tanrıdır (daha önce tanıtladığımız gibi), ve dolayısıyla anlığın en yüksek erdemi Tanrıyı anlamak ya da bilmektir.—Q.E.D.

ÖNERME 29

Doğası bizimkinden bütünüyle ayrı olan tekil birşey davranma gücümüze ne yardım edebilir ne de onu kısıtlayabilir, ve saltık olarak bizimle ortak birşey taşımadıkça hiçbirşey bizim için iyi ya da kötü olamaz.

Tanıt. Herhangi bir tekil şeyin gücü ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 10'a Sonurgu) insanın varolma ve davranma gücü ancak başka bir tekil şey tarafından belirlenir (Bölüm 1, Ön. 28) ki, bunun doğası (Bölüm 2, Ön. 6) insan doğasının kavranmasını sağlayan aynı yüklem yoluyla anlaşılmalıdır. Öyleyse hangi yolda kavranırsa kavransın, davranma gücümüz bizimle ortaklaşa birşeyi olan başka bir tekil şeyin gücü tarafından belirlenebilir ve dolayısıyla ondan yardım görebilir ya da onun tarafından kısıtlanabilir, ama doğası bizimkinden bütünüyle ayrı bir şeyin gücü tarafından değil; ve bir şey haz ya da acıya neden olduğu (Bölüm 4, Ön. 8), başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), etkinlik gücümüzü arttırdığı ya da azalttığı, ona yardım etti-

ği ya da onu engellediği için iyi ya da kötü olarak adlandırıldığı sürece, doğası bizimkinden bütünüyle ayrı olan şey bizim için ne iyi ne de kötü olabilir.—Q.E.D.

ÖNERME 30

Hiçbir şey doğamız ile ortaklaşa taşıdığı birşey yoluyla kötü olamaz; ama bir şey bizim için kötü olduğu sürece bize aykırıdır.

Tanıt. Acı nedeni olan (Bölüm 4, Ön. 8), başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Notta acı tanımına göre), etkinlik gücümüzü azaltan ya da engelleyen bir şeye kötü deriz. Öyleyse, eğer bir şey bizimle ortaklaşa taşıdığı birşey yoluyla bizim için kötü olsaydı, bizimle ortaklaşa taşıdığı şeyi küçültebilir ya da engelleyebilirdi, ki (Bölüm 3, Ön. 4) saçmadır. Buna göre hiçbir şey bizimle ortaklaşa taşıdığı birşey yoluyla bizim için kötü olamaz; ama, tersine, kötü olduğu sürece, başka bir deyişle (daha önce gösterdiğimiz gibi), etkinlik gücümüzü azaltabildiği ya da engelleyebildiği sürece (Bölüm 3, Ön. 5), bu düzeye dek bize aykırıdır.—Q.E.D.

ÖNERME 31

Herhangi bir şey doğamızla anlaştığı sürece, o düzeye dek zorunlu olarak iyidir.

Tanıt. Herhangi bir şey doğamızla anlaştığı sürece (Bölüm 4, Ön. 30) kötü olamaz. Öyleyse zorunlu olarak ya iyi ya da ilgisiz olacaktır. Eğer bunu, e.d. ne iyi ne de kötü olduğunu kabul edersek, onun doğasından (Bölüm 1, Bel. 3, ve Bölüm 4 Tan. 1) bizim doğamızın sakınımına, başka bir deyişle (varsayım gereği), şeyin kendisinin doğasının sakınımına hizmet eden hiçbirşey doğmayacaktır; ama bu saçmadır (Bölüm 3, Ön. 6); öyleyse, şey doğamızla anlaştığı sürece zorunlu olarak iyi olacaktır.—Q.E.D.

Sonurğu. Bundan şu çıkar ki, şey bizim doğamızla ne denli anlaşıyorsa bizim için o denli yararlı ya da iyidir, ve, evrik olarak, bir şey bizim için ne denli yararlı ise doğamızla o denli anla-

vel minuit, juvat, vel coerctet, ergo res, cujus natura a nostra prorsus est diversa, nobis neque bona, neque mala esse potest. Q.E.D.

Propositio XXX

Res nulla per id, quod cum nostra natura commune habet, potest esse mala; sed quatenus nobis mala est, eatenus est nobis contraria.

Demonstratio. Id malum vocamus, quod causa est Tristitiae (per Prop. 8 hujus), hoc est (per ejus Defin., quam vide in Schol. Prop. 11 p. 3), quod nostram agendi potentiam minuit, vel coerctet. Si igitur res aliqua per id, quod nobiscum habet commune, nobis esset mala, posset ergo res id ipsum, quod nobiscum commune habet, minuere, vel coerctet, quod (per Prop. 4 p. 3) est absurdum. Nulla igitur res per id, quod nobiscum commune habet, potest nobis esse mala; sed contra quatenus mala est, hoc est (ut jam jam ostendimus), quatenus nostram agendi potentiam minuere, vel coerctet potest, eatenus (per Prop. 5 p. 3) nobis est contraria. Q.E.D.

Propositio XXXI

Quatenus res aliqua cum nostra natura convenit, eatenus necessario bona est.

Demonstratio. Quatenus enim res aliqua cum nostra natura convenit, non potest (per Prop. praeced.) esse mala. Erit ergo necessario vel bona, vel indifferens. Si hoc ponatur, nempe, quod neque bona sit, neque mala, nihil ergo (per Axiom. 3 hujus) ex ipsius naturae sequetur, quod nostrae naturae conservationi inservit, hoc est (per Hypothesin), quod ipsius rei naturae conservationi inservit; sed hoc est absurdum (per Prop. 6 p. 3); erit ergo, quatenus cum nostra natura convenit, necessario bona. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, quod, quo res aliqua magis cum nostra natura convenit, eo nobis est utilior, seu magis bona, & contra quo res aliqua nobis est utilior, eatenus cum nostra natura magis convenit.

Nam quatenus cum nostra natura non convenit, erit necessario a nostra natura diversa, vel eidem contraria. Si diversa, tum (per Prop. 29 hujus) neque bona, neque mala esse poterit; si autem contraria, erit ergo etiam ei contraria, quae cum nostra natura convenit, hoc est (per Prop. praeced.), contraria bono, seu mala. Nihil igitur, nisi quatenus cum nostra natura convenit, potest esse bonum, atque adeo, quo res aliqua magis cum nostra natura convenit, eo est utilior, & contra. Q.E.D.

Propositio XXXII

Quatenus homines passionibus sunt obnoxii, non possunt eatenus dici, quod natura conveniant.

Demonstratio. Quae natura convenire dicuntur, potentia convenire intelliguntur (per Prop. 7 p. 3), non autem impotentia, seu negatione, & consequenter (vide Schol. Prop. 3 p. 3) neque etiam passione; quare homines, quatenus passionibus sunt obnoxii, non possunt dici, quod natura conveniant. Q.E.D.

Scholium. Res etiam per se patet; qui enim ait, album, & nigrum in eo solummodo convenire, quod neutrum sit rubrum, is absolute affirmat album, & nigrum nulla in re convenire. Sic etiam si quis ait, lapidem, & hominem in hoc tantum convenire, quod uterque sit finitus, impotens, vel quod ex necessitate suae naturae non existit, vel denique quod a potentia causarum externarum indefinite superatur, is omnino affirmat, lapidem, & hominem nulla in re convenire; quae enim in sola negatione, sive in eo, quod non habent, conveniunt, ea revera nulla in re conveniunt.

Propositio XXXIII

Homines natura discrepare possunt, quatenus affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, & eatenus etiam unus, idemque homo varius est, & inconstans.

Demonstratio. Affectuum natura, seu essentia non potest per solam nostram essentiam, seu naturam explicari (per Defin. 1 & 2 p. 3),

sır. Çünkü doğamızla anlaşmadığı sürece zorunlu olarak doğamızdan ayrı ya da ona aykırı olacaktır. Eğer ayrı ise, o zaman (Bölüm 4, Ön. 29) ne iyi ne de kötü olacaktır; ama aykırı ise doğamızla anlaşana da aykırı, başka bir deyişle (Bölüm 4, Ön. 31), iyiye aykırı ya da kötü olacaktır. Öyleyse doğamızla anlaşmadığı sürece hiçbir şey iyi olamaz, ve dolayısıyla doğamızla ne denli anlaşır, bizim için o denli yararlı olacaktır, ve evrik olarak.—Q.E.D.

ÖNERME 32

İnsanlar tutkulara açık oldukları sürece, o düzeye dek doğada anlaştıkları söylenemez.

Tanıt. Şeylerin doğada anlaştıkları söylendiğinde, bundan güçte anlaştıkları anlaşılır (Bölüm 3, Ön. 7), güçsüzlükte ya da olumsuzlamada değil, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 3'e Not) tutkuda değil; öyleyse insanların, tutkulara açık oldukları sürece, doğada anlaştıkları söylenebilir.—Q.E.D.

Not. Bu da kendiliğinden açıktır, çünkü ak ve karanın yalnızca kırmızı olmamada anlaştıklarını söyleyen biri saltık olarak ak ve karanın hiçbir bakımdan anlaşmadıklarını ileri sürer. Böylece eğer biri bir taş ve bir insanın yalnızca sonlu, zayıf olmada ya da kendi doğalarının zorunluğu ile varolmamada, ya da yine dışsal nedenlerin gücü tarafından belirsiz olarak aşılma anlaştığını söylüyorsa, saltık olarak insan ve taşın hiçbir şeyde anlaşmadıklarını söylemiş olur; çünkü yalnızca olumsuzlamada ya da onlarda olmayanda anlaşan şeyler gerçekte hiçbir şeyde anlaşmazlar.

ÖNERME 33

İnsanlar tutkular olan duyguların saldımsına uğradıkları ölçüde doğal olarak birbirlerinden ayrılabilirler, ve bu düzeye dek bir ve aynı insan değişebilir ve tutarsızdır.

Tanıt. Duyguların doğası ya da özü yalnızca özümüz ya da doğamız yoluyla açıklanamaz (Bölüm 3, Tan. 1 ve 3), ama dışsal nedenlerin

gücü yoluyla, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 7), bizim doğamız ile karşılaştırma içinde onların doğası yoluyla tanımlanmalıdır; bundan şu çıkar ki, her bir duygunun bizi etkileyen nesnelerin türü denli türü vardır (Bölüm 3, Ön. 56), insanlar bir ve aynı nesneden değişik yollarda etkilenirler (Bölüm 3, Ön. 51), ve bu düzeye dek doğalarında anlaşmazlar; son olarak, bir ve aynı insan (Bölüm 3, Ön. 51) aynı nesneye karşı değişik yollarda etkilenir ve bu düzeye dek değişebilir. —Q.E.D.

ÖNERME 34

İnsanlar tutkular olan duyguların saldırısına uğradıkları sürece birbirlerine aykırı olabilirler.

Tanıt. Bir insan, örneğin Peter, Paul'un acı duymasına neden olabilir, çünkü ya Paul'un nefret ettiğine benzer birşeye iyedir (Bölüm 3, Ön. 16), ya da yalnızca o Paul'un de sevdiği birşeye iyedir (bkz. Bölüm 3, Ön. 32 ve Notu), ya da başka nedenlerle (başlıcaları için bkz. Bölüm 3, Ön. 55'e Not); böylece (Duyg. Tan 7) ortaya Paul'un Peter'den nefret etmesi gibi bir durum çıkar, ve dolayısıyla kolayca olabilir ki (Bölüm 3, Ön. 40 ve Not) Peter de buna karşı Paul'den nefret eder, ve (Bölüm 3, Ön. 39) birbirlerine kötülük etmeye çabalarlar; eş deyişle, (Bölüm 4, Ön. 30) birbirlerine aykırı olurlar. Ama acı duygusu her zaman bir edilginliktir (Bölüm 3, Ön. 59), ve öyleyse insanlar, edilginlikler olan duyguların saldırısına uğradıkları sürece, birbirlerine aykırı olabilirler. —Q.E.D.

Not. Paul'un Peter'den nefret ettiğini söyledim çünkü Paul onun kendisinin sevdiği birşeye iye olduğunu imgeler; bundan ilk bakışta şu çıkıyor görünür ki, her ikisi de aynı şeyi sevdikleri için, ve dolayısıyla doğada birbirleri ile anlaştıkları için, birbirlerine zarar verirler; ve eğer bu doğruysa, bu bölümde Ön. 30 ve 31 yanlış olacaktır. Ama sorunu doğru irdelersek tüm bunların tam anlaşma içinde olduklarını göreceğiz. Çünkü Peter ve Paul doğada anlaştıkları ya da ikisi de aynı şeyi sevdikleri sürece

sed potentia, hoc est (per Prop. 7 p. 3), natura causarum exterarum, eum nostra comparata, definire debet; unde fit, ut uniuscujusque affectus tot species dentur, quot sunt species objectorum, a quibus afficimur (vide Prop. 56 p. 3), & ut homines ab uno, eodemque objecto diversimode afficiantur (vide Prop. 51 p. 3), atque eatenus natura discrepent, & denique ut unus, idemque homo (per eandem Prop. 51 p. 3) erga idem objectum diversimode afficiatur, atque eatenus varius sit, &c. Q.E.D.

Propositio XXXIV

Quatenus homines affectibus, qui passionibus sunt, conflictantur, possunt invicem esse contrarii.

Demonstratio. Homo ex. gr. Petrus potest esse causa, ut Paulus contristetur, propterea quod aliquid habet simile rei, quam Paulus odit (per Prop. 16 p. 3), vel propterea quod Petrus solus re aliqua potitur, quam ipse Paulus etiam amat (vide Prop. 32 p. 3 cum ejusdem Schol.), vel ob alias causas (harum praecipuas vide in Schol. Prop. 55 p. 3), atque adeo inde fiet (per Defin. 7 Affect.), ut Paulus Petrum odio habeat, & consequenter facile fiet (per Prop. 40 p. 3 cum ejus Schol.), ut Petrus Paulum contra odio habeat, atque adeo (per Prop. 39 p. 3) ut invicem malum inferre conentur; hoc est (per Prop. 30 hujus), ut invicem sint contrarii. At affectus Tristitiae semper passio est (per Prop. 59 p. 3); ergo homines, quatenus conflictantur affectibus, qui passionibus sunt, possunt invicem esse contrarii. Q.E.D.

Scholium. Dixi, quod Paulus odio Petrum habeat, quia imaginatur, id eundem possidere, quod ipse Paulus etiam amat; unde prima fronte videtur sequi, quod hi duo ex eo, quod idem amant, & consequenter ex eo, quod natura conveniunt, sibi invicem damno sint; atque adeo, si hoc verum est, falsae essent Propositio 30 & 31 hujus Partis. Sed si rem aequa lance examinare velimus, haec omnia con-

venire omnino videbimus. Nam hi duo non sunt invicem molesti, quatenus natura conveniunt, hoc est, quatenus uterque idem amat, sed quatenus ab invicem discrepant. Nam quatenus uterque idem amat, eo ipso utriusque amor fovetur (per Prop. 31 p. 3), hoc est (per Defin. 6 Affect.), eo ipso utriusque Laetitia fovetur. Quare longe abest, ut quatenus idem amant, & natura conveniunt, invicem molesti sint. Sed hujus rei causa, ut dixi, nulla alia est, quam quia natura discrepare supponuntur. Supponimus namque Petrum ideam habere rei amatae jam possessae, & Paulum contra ideam rei amatae amissae. Unde fit, ut hic Tristitia & ille contra Laetitia afficiatur; atque eatenus invicem contrarii sint: Et ad hunc modum ostendere facile possumus reliquas odii causas ab hoc solo pendere, quod homines natura discrepant, & non ab eo, in quo conveniunt.

Propositio XXXV

Quatenus homines ex ductu rationis vivunt, eatenus tantum natura semper necessario conveniunt.

Demonstratio. Quatenus homines affectibus, qui passiones sunt, conflictantur, possunt esse natura diversi (per Prop. 33 hujus), & invicem contrarii (per Prop. praeced.). Sed eatenus homines tantum agere dicuntur, quatenus ex ductu rationis vivunt (per Prop. 3 p. 3), atque adeo quicquid ex humana natura; quatenus ratione definitur, sequitur, id (per Defin. 2 p. 3) per solam humanam naturam, tanquam per proximam suam causam, debet intelligi. Sed quia unusquisque ex suae naturae legibus id appetit, quod bonum, & id amovere conatur, quod malum esse judicat (per Prop. 19 hujus); & cum praeterea id, quod ex dictamine rationis bonum, aut malum esse judicamus, necessario bonum, aut malum sit (per Prop. 41 p. 2). Ergo homines, quatenus ex ductu rationis vivunt, eatenus tantum ea necessario agunt, quae humanae

değil, ama ancak birbirleri ile anlaşmadıkları sürece birbirleri için rahatsız edicidirler. Çünkü ikisi de aynı şeyi sevdikleri sürece her birinin sevgisi beslenir (Bölüm 3, Ön. 31), eş deyişle (Duyg. Tan 6), tam bu nedenle her ikisinin de hazzı artar. Bu yüzden aynı şeyi sevdikleri ve doğada anlaştıkları sürece birbirlerini rahatsız etmeleri söz konusu değildir. Tersine, dediğim gibi, bunun nedeni doğada birbirlerinden ayrı olduklarının varsayılmasından başka birşey değildir. Çünkü Peter'in sevilen ve iye olduğu bir şeyin ideasını taşıdığını, buna karşı Paul'un sevilen ve yitirilen bir şeyin ideasını taşıdığını varsayalım. Böylece birincisi haz ile etkilenirken, ikincisi acı ile etkilenecektir, ve bu düzeye dek birbirlerine aykırıdır; ve bu yolda kolayca gösterebiliriz ki, nefretin başka nedenleri yalnızca insanların doğada anlaşmazlık göstermelerine bağlıdır, üzerinde birbirleri ile anlaştıkları şeylere değil.

ÖNERME 35

İnsanlar Usun kılavuzluğu altında yaşadıkları sürece, yalnızca bu düzeye dek her zaman zorunlu olarak doğada anlaşırılar.

Tanıt. İnsanlar tutkular olan duygular tarafından saldırıya uğradıkça doğada ayrı (Bölüm 4, Ön. 33) ve birbirlerine aykırı olabilirler (Bölüm 4, Ön. 34). Ama insanların ancak usun kılavuzluğu altında yaşadıkça etkin oldukları söylenir (Bölüm 3, Ön. 3); dolayısıyla insan doğasından doğan herşey, us tarafından tanımlandığı sürece (Bölüm 3, Tan. 2), yalnızca en yakın nedeni olarak insan doğası yoluyla anlaşılmalıdır. Ama herkes kendi doğasının yasalarına göre iyi olarak yargıladığı şeyi ister, ve kötü olarak yargıladığı şeyi ortadan kaldırmaya çabalar (Bölüm 4, Ön. 19), ve usun buyruklarına göre iyi ya da kötü olarak yargıladığımız zorunlu olarak iyi ya da kötüdür (Bölüm 2, Ön. 41). Dolayısıyla insanlar ancak usun kılavuzluğu altında yaşadıkları sürece zorunlu olarak insan doğası için ve öyleyse her insan için iyi olan,

başka bir deyişle (Bölüm 4, Ön. 31'e Sonurgu), her bir insanın doğası ile anlaşılan şeyleri yaparlar; ve yine böylece insanlar usun kılavuzluğu altında yaşadıkları sürece zorunlu olarak her zaman birbirleri ile anlaşılır.—Q.E.D.

Sonurgu 1. Doğada insana usun kılavuzluğu altında yaşayan bir insandan daha yararlı tekil hiçbirşey yoktur. Çünkü insan için en yararlı olan onun kendi doğası ile en çok anlaşandır (Bölüm 4, Ön. 31'e Sonurgu), ya da, (kendiliğinden açık olduğu gibi) insandır. Ama insan usun kılavuzluğu altında yaşarken saltık olarak kendi doğasının yasalarına göre davranır (Bölüm 3, Tan. 2), ve salt bu düzeye dek her zaman zorunlu olarak bir başka insanın doğası ile anlaşır (Bölüm 4, Ön. 35); dolayısıyla insana bir insandan daha yararlı tekil hiçbirşey yoktur vs.—Q.E.D.

Sonurgu 2. Eğer her insanın en çok aradığı ona yararlı olansa, o zaman insanlar birbirlerine en yararlıdır. Çünkü her insan ne denli kendi yararını arar ve kendi sakınımları için çabalarsa, o denli erdemlidir (Bölüm 4, Ön. 20), ya da, yine aynı şey (Bölüm 4, Tan. 8), doğasının yasalarına göre davranmak için, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 3), usun kılavuzluğu altında yaşamak için o denli gücü vardır. Ama insanlar en çok usun kılavuzluğu altında yaşadıkları zaman doğada anlaşılır (Bölüm 4, Ön. 35); öyleyse (önceki Sonurguya göre) insanlar en çok her biri en çok ona yararlı olanı aradığı zaman birbirlerine yararlı olacaklardır.—Q.E.D.

Not. Tam şimdi gösterdiklerimize gündelik deneyimin kendisi öyle çok ve öyle çarpıcı kanıtlarla tanıklık eder ki, insanın insana bir Tanrı olduğu bir özdeyiş olmuştur. Aslında insanlar seyrek olarak usun kılavuzluğu altında yaşarlar; tersine, durum çoğu kez birbirlerine karşı haset dolu ve rahatsız edici olmalarıdır. Gene de, yalnız yaşama dayanmaları güçtür, öyle ki insanın toplumsal bir hayvan olduğu tanımı birçoklarına çok çekici gelmiştir; ve gerçekte durum insanların ortak toplumunun zarardan daha çok üstünlük getirdiğini gösterir. Bu yüzden bırakalım yergiciler insan sorunlarına diledikleri gibi

naturae, & consequenter unicuique homini necessario bonasunt, hoc est (per Coroll. Prop. 31 hujus), quae cum natura unusquisque hominis conveniunt; atque adeo homines etiam inter se, quatenus ex ductu rationis vivunt, necessario semper conveniunt. Q.E.D.

Corollarium I. Nihil singulare in rerum natura datur, quod homini sit utilius, quam homo, qui ex ductu rationis vivit. Nam id homini utilissimum est, quod cum sua natura maxime convenit (per Coroll. Prop. 31 hujus), hoc est (ut per se notum), homo. At homo ex legibus suae naturae absolute agit, quando ex ductu rationis vivit, (per Defin. 2 p. 3), & eatenus tantum cum natura alterius hominis necessario semper convenit (per Prop. praeced.); ergo homini nihil inter res singulares utilius datur, quam homo, &c. Q.E.D.

Corollarium II. Cum maxime unusquisque homo suum sibi utile quaerit, tum maxime homines sunt sibi invicem utiles. Nam quo magis unusquisque suum utile quaerit, & se conservare conatur, eo magis virtute praeditus est (per Prop. 20 hujus), sive quod idem est (per Defin. 8 hujus), eo majore potentia praeditus est ad agendum ex suae naturae legibus, hoc est (per Prop. 3 p. 3), ad vivendum ex ductu rationis. At homines tum maxime natura conveniunt, cum ex ductu rationis vivunt (per Prop. praeced.); ergo (per Coroll. praeced.) tum maxime homines erunt sibi invicem utiles, cum maxime unusquisque suum utile sibi quaerit. Q.E.D.

Scholium. Quae modo ostendimus, ipsa etiam experientia quotidie tot, tamque luculentis testimoniis testatur, ut omnibus fere in ore sit: hominem homini Deum esse. Fit tamen raro, ut homines ex ductu rationis vivant; sed cum iis ita comparatum est, ut plerumque invidi, atque invicem molesti sint. At nihilominus vitam solitariam vix transigere queunt, ita ut plerisque illa definitio, quod homo sit animal sociale, valde arriserit; & revera res ita

se habet, ut ex hominum communi societate multo plura commoda oriantur, quam damna. Rideant igitur, quantum velint, res humanas Satyrici, easque detestentur Theologi, & laudent, quantum possunt, Melancholici vitam incultam, & agrestem, hominesque contemptant, & admirentur bruta; experientur tamen homines mutuo auxilio ea, quibus indigent, multo facilius sibi parare, & non nisi junctis viribus pericula, quae ubique imminet, vitare posse; ut jam taceam, quod multo praestabilius sit, & cognitione nostra magis dignum, hominum, quam brutorum facta contemplari. Sed de his alias prolixius.

Propositio XXXVI

Summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, omnibus commune est, eoque omnes aequè gaudere possunt.

Demonstratio. Ex virtute agere est ex ductu rationis agere (per Prop. 24 hujus), & quicquid ex ratione conamur agere, est intelligere (per Prop. 26 hujus), atque adeo (per Prop. 28 hujus) summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, est Deum cognoscere, hoc est (per Prop. 47 p. 2 & ejusdem Schol.), bonum, quod omnibus hominibus commune est, & ab omnibus hominibus, quatenus ejusdem sunt naturae, possideri aequè potest. Q.E.D.

Scholium. Si quis autem roget, quid si summum bonum eorum, qui virtutem sectantur, non esset omnibus commune? an non inde, ut supra (vide Prop. 34 hujus) sequeretur, quod homines, qui ex ductu rationis vivunt, hoc est (per Prop. 35 hujus), homines, quatenus natura conveniunt, essent invicem contrarii? Is hoc sibi responsum habeat, non ex accidenti, sed ex ipsa naturae rationis oriri, ut hominis summum bonum omnibus sit commune, nimirum, quia ex ipsa humana essentia, quatenus ratione definitur, deducitur; & quia homo nec esse, nec concipi possit, si potestatem non haberet gaudendi hoc summo bono. Pertinet namque (per Prop. 47 p. 2) ad Mentis humanae essentiam, adaequatam habere cognitionem aeternae, & infinitae essentiae Dei.

gülsünler, ve tanrıbilimciler onları diledikleri gibi kınasınlar, ve bırakalım melankolikler uğarlaşmamış köylü yaşamını ellerinden geldiğince övsünler, insanları küçümseyip hayvanlara hayran olsunlar; tüm bunlara karşın, insanlar gene de deneyimden karşılıklı yardımlaşma ile gereksinimlerini daha kolay üretebildiklerini, ve onları her yandan kuşatan tehlikelerden ancak birleşik güçleri ile kaçınabildiklerini öğreneceklerdir; ve hayvanlarınkinden çok insanların edimleri üzerine düşünmenin ne denli soylu ve bilgimiz için ne denli değerli olduğunun sözünü etmek bile gereksizdir. Ama başka bir yerde bunlar üzerinde ayrıntılı olarak duracağız.

ÖNERME 36

Erdemi izleyenlerin en yüksek iyisi herkese ortaktır, ve herkes ondan eşit ölçüde sevinç duyabilir.

Tanıt. Erdemden davranmak usun kılavuzluğu altında davranmaktır (Bölüm 4, Ön. 24), ve us yoluyla yapmaya çabaladığımız herşey anlamaktır (Bölüm 4, Ön. 26); buna göre (Bölüm 4, Ön. 28) erdemi izleyenlerin en yüksek iyileri Tanrıyı bilmektir, ve bu (Bölüm 2, Ön. 47 ve Not) öyle bir iyiliktir ki, tüm insanlara ortaktır, ve aynı doğada oldukları sürece tüm insanlar tarafından eşit ölçüde elde edilebilir.—Q.E.D.

Not. Eğer Erdemi izleyenlerin en yüksek iyileri herkese ortak değilse ne olacaktır? diye sorulursa, bundan (bkz. Bölüm 4, Ön. 34) usun kılavuzluğu altında yaşayan insanların, başka bir deyişle (Bölüm 4, Ön. 35), doğada anlaştıkları sürece insanların birbirlerine aykırı olacakları sonucu çıkmaz mı? Yanıt şudur. İnsanın en yüksek iyisinin herkese ortak olması olgusu ilineksel olarak ortaya çıkmaz ama usun doğasının kendisinden doğar, çünkü us tarafından tanımlandığı sürece insanın özünün kendisinden çıkarsanır, ve çünkü insan bu en yüksek iyiden haz duyma gücünde olmasa ne olabilir ne de kavranabilir. Çünkü (Bölüm 2, Ön. 47) Tanrının bengi ve sonsuz özünün yeterli bir bilgisini taşımak insan anlığının özüne özgüdür.

ÖNERME 37

Erdemi izleyen herkes kendi için istediği iyiyi geri kalan insanlar için de isteyecek, ve Tanrı bilgisi ne denli büyükse o denli çok isteyecektir.

Tanıt. İnsanlar usun kılavuzluğu altında yaşadıkları sürece insanlara en yararlıdırlar (Bölüm 4, Ön. 35'e Sonurgu), ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 19) usun kılavuzluğu altında zorunlu olarak insanların usun kılavuzluğu altında yaşamalarını sağlamaya çabalarız. Ama usun buyruğu altında yaşayan, eş deyişle (Bölüm 4, Ön. 24) erdemi izleyen herkesin kendi için istediği iyilik anlamaktır (Bölüm 4, Ön. 26); dolayısıyla erdemi izleyen kendi için istediği iyiyi başka insanlar için de isteyecektir. Yine, istek anlık ile ilişkili olduğu sürece anlığın özünün kendisidir (Duyg. Tan. 1); ama anlığın özü bilgiden oluşur (Bölüm 2, Ön. 11), ki Tanrı bilgisini içerir (Bölüm 2, Ön. 47), ve bu bilgi olmaksızın anlığın özü ne olabilir ne de kavranabilir (Bölüm 1, Ön. 15); öyleyse anlığın özünün içerdiği Tanrı bilgisi ne denli büyükse, erdemi izleyene kendi için istediği iyiyi başkaları için de isteten istek o denli büyük olacaktır.—Q.E.D.

Bir Başka Tanıt. Bir insan kendi için istediği ve sevdiği iyiyi başkalarının da sevdiğini görürse onu daha kararlı olarak sevecek (Bölüm 3, Ön. 31), ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 31'e Sonurgu) onu başkalarının da sevmesini sağlamak için çabalayacaktır; ve bu iyi (Bölüm 4, Ön. 36) herkese ortak olduğu ve herkes ondan haz duydığı için, bu yüzden (aynı uslamlama ile) herkesin ondan haz duyması için çabalayacak, ve (Bölüm 3, Ön. 37) kendisi ondan ne denli haz duyarsa o denli çok çabalayacaktır.—Q.E.D.

Not 1. Salt duygudan çıkarak başkalarının da onun sevdiğini sevmesini, ve başkalarının da onun anlayışına göre yaşamasını sağlamaya çabalayan biri yalnızca dürtü ile davranır, ve özellikle başka beğenileri olan ve bu yüzden kendileri de aynı dürtü ile başkalarının kendi düşünme yollarına göre yaşamasını isteyip bunun için çaba gösterenlerin nefretini çeker.

Propositio XXXVII

Bonum, quod unusquisque, qui sectatur virtutem, sibi appetit, reliquis hominibus etiam cupiet, & eo magis, quo majorem Dei habuerit cognitionem.

Demonstratio. Homines, quatenus ex ductu rationis vivunt, sunt homini utilissimi (per Coroll. 1 Prop. 35 hujus), atque adeo (per Prop. 19 hujus) ex ductu rationis conabimur necessario efficere, ut homines ex ductu rationis vivant. At bonum, quod unusquisque, qui ex rationis dictamine vivit, hoc est (per Prop. 24 hujus), qui virtutem sectatur, sibi appetit, est intelligere (per Prop. 26 hujus); ergo bonum, quod unusquisque, qui virtutem sectatur, sibi appetit, reliquis hominibus etiam cupiet. Deinde Cupiditas, quatenus ad Mentem refertur, est ipsa Mentis essentia (per Defin. 1 Affect.); Mentis autem essentia in cognitione consistit (per Prop. 11 p. 2), quae Dei cognitionem involvit (per Prop. 47 p. 2), & sine qua (per Prop. 15 p. 1) nec esse, nec concipi potest; adeoque quo Mentis essentia majorem Dei cognitionem involvit, eo Cupiditas, qua is, qui virtutem sectatur, bonum, quod sibi appetit, alteri cupit, etiam majorem erit. Q.E.D.

Aliter. Bonum, quod homo sibi appetit, & amat, constantius amabit, si viderit, alios idem amare (per Prop. 31 p. 3); atque adeo (per Coroll. ejusdem Prop.) conabitur, ut reliqui idem ament; & quia hoc bonum (per Prop. praeced.) omnibus commune est, eoque omnes gaudere possunt, conabitur ergo (per eandem rationem), ut omnes eodem gaudeant, & (per Prop. 37 p. 3) eo magis, quo hoc bono magis fruatur. Q.E.D.

Scholium 1. Qui ex solo affectu conatur, ut reliqui ament, quod ipse amat, & ut reliqui ex ipsius ingenio vivant, solo impetu agit, & ideo odiosus est, praecipue iis, quibus alia placent, quique propterea etiam student, & eodem impetu conantur, ut reliqui contra ex ipsorum ingenio vivant. Deinde quoniam summum, quod homines ex affectu appe-

tunt, bonum saepe tale est, ut unus tantum ejus possit esse compos, hinc fit, ut qui amant, mente sibi non constant, & dum laudes rei, quam amant, narrare gaudent, timeant credi. At qui reliquos conatur ratione ducere, non impetu, sed humaniter, & benigne agit, & sibi mente maxime constat. Porro quicquid cupimus, & agimus, cujus causa sumus, quatenus Dei habemus ideam, sive quatenus Deum cognoscimus, ad Religionem refero. Cupiditatem autem bene faciendi, quae eo ingeneratur, quod ex rationis ductu vivimus, *Pietatem* voco. Cupiditatem deinde, qua homo, qui ex ductu rationis vivit, tenetur, ut reliquos sibi amicitia jungat, *Honestatem* voco, & id *honestum*, quod homines, qui ex ductu rationis vivunt, laudant, & id contra *turpe*, quod conciliandae amicitiae repugnat. Praeter haec, civitatis etiam quoenam sint fundamenta ostendi. Differentia deinde inter veram virtutem, & impotentiam facile ex supra dictis percipitur; nempe quod vera virtus nihil aliud sit, quam ex solo rationis ductu vivere; atque adeo impotentia in hoc solo consistit, quod homo a rebus, quae extra ipsum sunt, duci se patitur, & ab iis ad ea agendum determinetur, quae rerum externarum communis constitutio, non autem ea, quae ipsa ipsius natura, in se sola considerata, postulat. Atque haec illa sunt, quae in Scholio Propositionis 18 hujus Partis demonstrare promisi, ex quibus apparet legem illam de non mactandis brutis, magis vana superstitione, & muliebri misericordia, quam sana ratione fundatam esse. Docet quidem ratio nostrum utile quaerendi, necessitudinem cum hominibus jungere, sed non cum brutis, aut rebus, quarum natura a natura humana est diversa; sed idem jus, quod illa in nos habent, nos in ea habere. Imo quia unusquisque jus virtute, seu potentia unusquisque definitur, longe

Yine, insanların bir duygudan çıkarak istedikleri en yüksek iyi sık sık yalnızca bir kişinin ona iye olabileceği türde olduğu için, ortaya çıkan şey seven kişilerin anlıklarında kendi kendileri ile tutarlı olmamaları, ve sevilen şeyi övmekten haz duyarken, aynı zamanda inanılmaktan korkmalarıdır. Buna karşı kim başkalarına us yoluyla öncülük yapmaya çabalarsa dürtüden değil ama insanlık ve incelikten davranır, ve anlığında her zaman çok büyük ölçüde tutarlıdır. Bundan başka, bir Tanrı ideası taşıdığımız sürece, ya da Tanrını bildiğimiz sürece, nedeni bizler olarak istediğimiz ve yaptığımız her şeyi Din ile ilişkilendiriyorum. Usun kılavuzluğuna göre yaşamamız olgusundan doğan iyilik yapma isteğine *Dindarlık* diyorum. Usun kılavuzluğu altında yaşayan birinin kendini başkaları ile birleştirme isteğine *Onur* [*Honestas*], ve usun kılavuzluğu altında yaşayanların övdüklerine *onurlu* diyorum; öte yandan, dostluğun kurulmasına karşıt olana ise *alçak* diyorum. Dahası, bir Devletin temellerinin neler olduğunu da gösterdim. Şimdi, gerçek erdem ve güçsüzlük arasındaki ayrım yukarıda söylenenlerden kolayca algılanabilir, ve buna göre gerçek erdem yalnızca usun kılavuzluğu altında yaşamaktan başka bir şey değildir; dolayısıyla güçsüzlük bir insanın kendisinin kendi dışında olan şeyler tarafından güdülmeye, ve onlar tarafından salt kendinde görüldüğü biçimiyle kendi doğası tarafından istenen değil ama dışsal şeylerin sıradan eğilimlerinin istediği şeyleri yapmaya belirlenmeye izin vermesinden oluşur. Bölüm 4, Ön. 18'e Notta tanımlanmaları konusunda söz verdiğim noktalar bunlardır, ve buradan görebiliriz ki hayvanları kesmeye karşı yasa sağlam us üzerine olmaktan çok boşanç ve kadınsı acıma üzerine dayanır. Us bize kendi yararımız uğruna kendimizi insanlarla birleştirmenin zorunluluğunu öğretir, ama hiçbir biçimde hayvanlarla ya da doğaları insan doğasından ayrı olan şeylerle değil; tersine, üzerlerinde üzerimizde taşıdıkları aynı hakkı taşıyoruz. Yine, herkesin hakkı herkesin erdemi ya da gücü tarafından tanımlandığı için, insanların hayvanlar üzerinde hayvanların onlar üzerinde

olduğundan çok daha büyük bir hakları vardır. Hayvanların duyumsadıklarını yadsımıyorum; ama bu nedenle onları yararımız için dilediğimiz gibi kullanmanın ve onlara bizim için en uygun olan yolda davranmanın yasaklanması gerektiğini yadsıyorum, çünkü doğada bizimle anlaşmazlar, ve duyguları doğada insan duygularından ayırdır (bkz. Bölüm 3, Ön. 57'ye Not). Geriye henüz haklının ve haksızın, kabahatin ve değer in ne olduğunu açıklamak kalıyor. Bunlar konusunda aşağıdaki nota bakınız.

Not 2. Birinci Bölüme Ekte övgü ve kınamanın, değer ve kabahatin, haklı ve haksızın neler olduğunu açıklama sözünü vermiştim. Övgü ve kınamaya gelince, bunları daha önce Bölüm 3, Ön. 29'a Notta açıklamıştım. Geriye kalanlardan söz etmek için uygun yer burasıdır. Ama daha önce insanın doğa durumu ve uygar durumu üzerine birşeyler söylemek istiyorum.

Herkes en yüksek doğa hakkı ile varolur, ve buna göre herkes kendi doğasının zorunluluğundan gelen şeyleri en yüksek doğa hakkı ile yapar; ve dolayısıyla herkes en yüksek doğa hakkı ile neyin iyi neyin kötü olduğunu yargılar, herkes kendi anlayışına göre yararını düşünür (Bölüm 4, Ön. 19 ve 20), öç alır (Bölüm 3, Ön. 40'a Sonurgu 2), ve sevdiklerini sakınmaya ve nefret ettiklerini yoketmeye çabalar (Bölüm 3, Ön. 28). Oysa eğer insanlar usun kılavuzluğuna göre yaşasalardı, herkes (Bölüm 4, Ön. 35'e Sonurgu 1) başkalarına zarar vermeksizin kendi hakkını ileri sürebilirdi. Ama (Bölüm 4, Ön. 6) insan gücünü ya da erdemini çok aşan duygulara açık oldukları için (Bölüm 4, Ön. 4'e Sonurgu), sık sık değişik yönlerde sürüklenirler (Bölüm 4, Ön. 33), ve birbirlerine ters düşerler (Bölüm 4, Ön. 34), üstelik birbirlerinin yardımına gereksinmelerine karşın (Bölüm 4, Ön. 35'e Not). Öyleyse insanların uyum içinde yaşayabilmek ve karşılıklı olarak yardımlaşabilmek için doğal haklarından vaz geçerek birbirlerine zararlı olacak hiçbirşey yapmayacakları konusunda birbirlerinde güven yaratmaları zorunludur. Bunun hangi yolda yer alabileceği, zorunlu olarak duy-

majus homines in bruta, quam haec in homines jus habent. Nec tamen nego bruta sentire; sed nego, quod propterea non liceat nostrae utilitati consulere, & iisdem ad libitum uti, eademque tractare, prout nobis magis convenit; quandoquidem nobiscum natura non conveniunt, & eorum affectus ab affectibus humanis sunt natura diversi (vide Schol. Prop. 57 p. 3). Superest, ut explicem, quid justum, quid injustum, quid peccatum, & quid denique meritum sit. Sed de his vide seq. Scholium.

Scholium II. In Appendice Partis Primae explicare promisi, quid laus, & vituperium, quid meritum, & peccatum, quid justum, & injustum sit. Laudem, & vituperium quod attinet, in Scholio Propositionis 29 Partis 3 explicui; de reliquis autem hic jam erit dicendi locus. Sed prius pauca de statu hominis naturali, & civili dicenda sunt.

Existit unusquisque summo naturae jure, & consequenter summo naturae jure unusquisque ea agit, quae ex suae naturae necessitate sequuntur; atque adeo summo naturae jure unusquisque judicat, quid bonum, quid malum sit, suaeque utilitati ex suo ingenio consulit (vide Prop. 19 & 20 hujus), seseque vindicat (vide Coroll. 2 Prop. 40 p. 3), & id, quod amat, conservare, & id, quod odio habet, destruere conatur (vide Prop. 28 p. 3). Quod si homines ex ductu rationis viverent, potiretur unusquisque (per Coroll. 1 Prop. 35 hujus) hoc suo jure absque ullo alterius damno. Sed quia affectibus sunt obnoxii (per Coroll. Prop. 4 hujus), qui potentiam, seu virtutem humanam longe superant (per Prop. 6 hujus), ideo saepe diversi trahuntur (per Prop. 33 hujus), atque sibi invicem sunt contrarii (per Prop. 34 hujus), mutuo dum auxilio indigent (per Schol. Prop. 35 hujus). Ut igitur homines concorditer vivere, & sibi auxilio esse possint, necesse est, ut jure suo naturali cedant, & se invicem securos reddant, se nihil acturos, quod possit in alterius damnum cedere. Qua autem ratione hoc

fieri possit, ut scilicet homines, qui affectibus necessario sunt obnoxii (per Coroll. Prop. 4 hujus), atque inconstantes, & varii (per Prop. 33 hujus), possint se invicem securos reddere, & fidem invicem habere, patet ex Propositione 7 hujus Partis & Propositione 39 Partis 3. Nempe quod nullus affectus coerceri potest, nisi affectu fortiore, & contrario affectui coercendo, & quod unusquisque ab inferendo damno abstinet timore majoris damni. Haec igitur lege Societas firmari poterit, si modo ipsa sibi vindicet jus, quod unusquisque habet, sese vindicandi, & de bono, & malo judicandi; quaeque adeo potestatem habeat communem vivendi rationem praescribendi, legesque ferendi, easque non ratione, quae affectus coercere nequit (per Schol. Prop. 17 hujus), sed minis firmandi. Haec autem Societas, legibus, & potestate sese conservandi firmata, *Civitas* appellatur, & qui ipsius jure defenduntur, *Cives*; ex quibus facile intelligimus, nihil in statu naturali dari, quod ex omnium consensu bonum, aut malum sit; quandoquidem unusquisque, qui in statu est naturalis, suae tantummodo utilitati consulit, & ex suo ingenio, & quatenus suae utilitatis tantum habet rationem, quid bonum, quidve malum sit, discernit, & nemini, nisi sibi soli, obtemperare lege ulla tenetur; atque adeo in statu naturali peccatum concipi nequit. At quidem in statu Civili, ubi & communi consensu decernitur, quid bonum, quidve malum sit, & unusquisque Civitati obtemperare tenetur. Est itaque *peccatum* nihil aliud, quam inobedientia, quae propterea solo Civitatis jure punitur, & contra obedientiam Civis *meritum* ducitur, quia eo ipso dignus iudicatur, qui Civitatis commodis gaudeat. Deinde in statu naturali nemo ex communi consensu alicujus rei est Dominus, nec in Natura aliquid datur, quod possit dici hujus hominis esse, & non illius; sed omnia omnia sunt; ac proinde in statu naturali nulla potest concipi voluntas unicuique suum tribuendi, aut alicui id,

gulara açık (Bölüm 4, Ön. 4'e Sonurgu) ve tutarsız ve değişebilir (Bölüm 4, Ön. 33) olan insanların birbirlerinde nasıl güven ve inanç yaratabilecekleri Bölüm 4, Ön. 7 ve Bölüm 3, Ön. 9'dan açıktır. Orada gösterildiği gibi, hiçbir duygu daha güçlü ve aykırı bir duygu yoluyla olmaksızın bastırılamaz, ve herkes daha büyük bir zarara uğrama korkusuyla zarar vermekten kaçınır. Öyleyse bu yasa ile Toplum [*Societas*] sağlamlaştırılabilir, yeter ki her bireyin ölçme ve neyin iyi neyin kötü olduğu yargısında bulunma hakkını kendi için saklı tutabilsin, ve dolayısıyla ortak bir yaşam yolunu düzenleme, yasalar çıkarma ve onları duyguları kısıtlayamayan us yoluyla değil (Bölüm 4, Ön. 17'ye Not) ama gözdağı yoluyla işler kılma gücünü de taşı-sın. Yasa ve kendini koruma gücü üzerine sağlam bir biçimde kurulmuş böyle bir topluma Devlet [*Civitas*], ve onun tüzesi tarafından savunulanlara Yurttaşlar [*cives*] denir; şimdi kolayca anlaşılabilir ki doğa durumunda herkesin uylası-şımı yoluyla iyi ya da kötü olan hiçbirşey yoktur, çünkü bir doğa durumunda herkes kendi yararına bakar, neyin iyi neyin kötü olduğuna salt kendi yararı açısından ve kendi anlayışına göre karar verir, ve herhangi bir yasa ile kendinden başka birine boyuneğme zorunda değildir; bu yüzden bir doğa durumunda hiçbir kabahat düşünülemez. Bu ancak orada neyin iyi neyin kötü olduğuna evrensel uylası-şımın karar verdiği ve herkesin Devlete boyuneğmek zorunda olduğu bir yurttaşlık durumunda düşünülebilir. *Kabahat* öyleyse boyun eğmemeden başka birşey değildir ki, yalnızca Devletin tüzesi tarafından cezalandırılabilir; buna karşı, boyuneğme yurttaş için bir *değer* olarak görülür, çünkü yurttaş boyuneğme yoluyla Devletin üstünlüklerinden yararlanmaya değer sayılır. Dahası, bir doğa durumunda hiç kimse bir evrensel uylası-şım yoluyla herhangi birşeyin efendisi değildir, ne de doğada şu değil de bu insana ait olduğu söylenebilecek birşey olabilir; tersine, herşey herkesindir, öyle ki bir doğa durumunda her insana onun olanı verecek ya da alacak bir istenç tasar-

lanamaz; başka bir deyişle, bir doğa durumunda *haklı* ya da *haksız* denebilecek hiçbirşey yer alamaz; bu ancak yurttaşlık durumunda olur ki, orada neyin şu ya da bu insana ait olduğuna evrensel uylaşım karar verir. Öyleyse *haklılık* ve *haksızlık*, *kabahat* ve *değeryalnızca* dışsal kavramlardır, anlığın doğasını anlatan yüklemeler değil. Ama bu konuda bu kadar yeter.

ÖNERME 38

İnsan bedenini birçok yolda etkilenmeye yatkın kılan, ya da onu dışsal cisimleri birçok yolda etkilemeye yetkin kılan herşey insana yararlıdır; ve bedeni birçok yolda etkilenmeye ve başka cisimleri etkilemeye ne denli yetkin kılıyorsa o denli yararlıdır; buna karşı, bedeni bunlara daha az yetkin kılan şey zararlıdır.

Tanıt. Beden buna ne denli yetkin kılınırsa, anlık da algılamaya o denli yetkin kılınır (Bölüm 2, Ön. 14), ve dolayısıyla bedeni bu yolda yatkın ve bunun için yetkin kılan zorunlu olarak iyi ya da yararlıdır (Bölüm 4, Ön. 26 ve 27), ve bedeni bunun için ne denli yetkin kılabilirse o denli yararlıdır; buna karşı (Bölüm 2, Ön. 14, evrik olarak, ve Bölüm 4, Ön. 26 ve 27), bedeni bunun için daha az yetkin kılan zararlıdır.—Q.E.D.

ÖNERME 39

İnsan bedeninin parçalarının birbirlerine karşı taşıdıkları devim ve dینگinlik oranının saklanması sağlayan herşey iyidir; buna karşı, insan bedeninin parçalarının birbirlerine karşı değişik bir devim ve dینگinlik oranı taşımasına neden olan herşey kötüdür.

Tanıt. İnsan bedeni sakınımlı için başka birçok cisme gereksinir (Bölüm 2, Ön. 4). Ama insan bedeninin biçimini oluşturan şey onun parçalarının devimlerini birbirlerine belirli bir oranda iletmelerinden oluşur (Bölüm 2, Ön. 13'ü izleyen Yard. Ön. 4'ten önceki Tan.). Öyleyse insan bedeninin parçalarının birbirlerine karşı taşıdıkları devim ve dینگinlik oranı-

quod ejus sit, eripiendi, hoc est, in statu naturali nihil fit, quod justum, aut injustum possit dici; at quidem in statu civili, ubi ex communi consensu decernitur, quid hujus, quidve illius sit. Ex quibus apparet, justum, & injustum, peccatum, & meritum notions esse extrinsecas, non autem attributa, quae Mentis naturam explicant. Sed de his satis.

Propositio XXXVIII

Id, quod Corpus humanum ita disponit, ut pluribus modis possit affici, vel quod idem aptum reddit ad Corpora externa pluribus modis afficiendum, homini est utile; & eo utilius, quo Corpus ab eo aptius redditur, ut pluribus modis afficiatur, aliaque corpora afficiat, & contra id noxium est, quod Corpus ad haec minus aptum reddit.

Demonstratio. Quo Corpus ad haec aptius redditur, eo Mens aptior ad percipiendum redditur (per Prop. 14 p. 2); adeoque id, quod Corpus hac ratione disponit, aptumque ad haec reddit, est necessario bonum, seu utile (per Prop. 26 & 27 hujus), & eo utilius, quo Corpus ad haec aptius potest reddere, & contra (per eandem Prop. 14 p. 2 inversam, & Prop. 26 & 27 hujus) noxium, si corpus ad haec minus aptum reddat. Q.E.D.

Propositio XXXIX

Quae efficiunt, ut motus, & quietis ratio, quam Corporis humani partes ad invicem habent, conservetur, bona sunt; & ea contra mala, quae efficiunt, ut Corporis humani partes aliam ad invicem motus, & quietis habeant rationem.

Demonstratio. Corpus humanum indiget, ut conservetur, plurimis aliis corporibus (per Post. 4 p. 2). At id, quod formam humani Corporis constituit, in hoc consistit, quod ejus Partes motus suos certa quadam ratione sibi invicem communicent (per Defin. ante Lem. 4, quam vide post Prop. 13 p. 2). Ergo quae efficiunt, ut motus, & quietis ratio, quam Corporis

humani Partes ad invicem habent, conservetur, eadem humani Corporis formam conservant, & consequenter efficiunt (per Post. 3 & 6 p. 2), ut Corpus humanum multis modis affici, & ut idem corpora externa multis modis afficere possit; adeoque (per Prop. praeced.) bona sunt. Deinde, quae efficiunt, ut Corporis humani partes aliam motus, & quietis rationem obtineant, eadem (per eandem Defin. p. 2) efficiunt, ut Corpus humanum aliam formam induat, hoc est (ut per se notum, & in fine praefationis, hujus partis monimus), ut Corpus humanum destruat, & consequenter ut omnino inaptum reddatur, ne possit pluribus modis affici, ac proinde (per Prop. praeced.) mala sunt. Q.E.D.

Scholium. Quantum haec Menti obesse, vel prodesse possunt, in Quinta Parte explicabitur. Sed hic notandum, quod Corpus tum mortem obire intelligam, quando ejus partes ita disponuntur, ut aliam motus, & quietis rationem ad invicem obdneant. Nam negare non audeo Corpus humanum, retenta sanguinis circulatione, & aliis, propter quae Corpus vivere existimatur, posse nihilominus in aliam naturam a sua prorsus diversam mutari. Nam nulla ratio me cogit, ut statuum Corpus non mori, nisi mutetur in cada-ver; quin ipsa experientia aliud suadere videtur. Fit namque aliquando, ut homo tales patiat mutationes, ut non facile eundem illum esse dixerim, ut de quodam Hispano Poeta narrare audivi, qui morbo correptus fuerat, & quamvis ex eo convalesceret, mansit tamen praeteritae suae vitae tam oblitus, ut Fabulas, & Tragoedias, quas fecerat, suas non crederet esse, & sane pro infante adulto haberi potuisset, si vernaculae etiam linguae fuisset oblitus. Et si hoc incredibile videtur, quid de infantibus dicemus? Quorum naturam homo

nın saklanması sağlayan herşey insan bedeninin biçimini saklar, ve buna göre (Bölüm 2, Kon. 3 ve 6) insan bedeninin birçok yolda etkilenebilmemesini ve ayrıca onun dışsal cisimleri birçok yolda etkileyebilmesini sağlar; ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 38) iyidir. Yine, insan bedeninin parçalarının değişik bir devim ve dinginlik oranı kazanmalarını sağlayan herşey (aynı tanıma göre) insan bedeninin bir başka biçim almasına, başka bir deyişle (kendiliğinden açık olduğu gibi, ve bu bölüme Önsözün sonuna doğru belirttiğimiz gibi) insan bedeninin yokolmasına ve sonuç olarak birçok yolda etkilenmeye bütünüyle uygunsuz kılınmasına yol açar, ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 38) kötüdür.—Q.E.D.

Not. Bunun anlığa ne gibi bir zarar ya da yarar verebileceğini Beşinci Bölümde açıklayacağız. Ama burada belirtmek gerek ki, bedenın ölmesi ile beden parçalarının birbirlerine karşı değişik bir devim ve dinginlik oranı kazanacakları bir duruma girmelerini anlıyorum. Çünkü kan dolaşımının, ve bir bedenın yaşadığının düşünülmesine götüren daha başka özelliklerin saklanması karşın, insan bedeninin kendi doğasından bütünüyle ayrı bir doğaya değişebileceğini yadsımayı göze alamıyorum., Çünkü beni beden bir cesede değişmedikçe ölmez demeye zorlayan hiçbirşey yoktur; aslında deneyim tersini öğretiyor gibi görünür. Zaman zaman olduğu gibi, bir insan öyle değişimlere uğrar ki aynı insan olduğu pek söylenemez; örneğin işittiğime göre bir İspanyol şair* belli bir hastalığa yakalanmış ve iyileşmesine karşın geçmiş yaşamını bir zamanlar yazmış olduğu öykü ve trajedilerin kendisinin olduğuna inanmayacak denli unutmıştu; aslında anadilini de unutmuş olsaydı kolayca yetişkin bir çocuk sanılabilirdi. Ama bu inanılmaz görünüyorsa, çocuklar için ne diyeceğiz? Olgun insan çocukların doğasının kendi doğasından öylesine ayrı olduğuna inanır ki, eğer başkalarında gördüklerinden kendi

*[Büyük bir olasılıkla yapıtlarından biri Spinoza'nın kitaplığında bulunan İspanyol şair Gongora'ya (1561-1627) bir gönderme.—G. H. R. Parkinson'un notu.]

durumunu tahmin edemeyecek olsaydı, onu bir zamanlar kendisinin de çocuk olmuş olduğuna inandırmak olanaksız olurdu. Ama boşınançlıların eline yeni sorular için gereç vermekten kaçınabilmek için, bu tartışmayı burada kesmek istiyorum.

ÖNERME 40

İnsanların ortak Toplumuna katkıda bulunan, ya da insanların anlaşma içinde yaşamalarını sağlayan herşey yararlıdır, ve buna karşı, Devlete anlaşmazlık getiren herşey kötüdür.

Tanıt. Çünkü insanların anlaşma içinde yaşamalarını sağlayan şey aynı zamanda usun kılavuzluğu altında yaşamalarını da sağlar (Bölüm 4, Ön. 35), ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 26 ve 27) iyidir; buna karşı (aynı usamlama ile), anlaşmazlığı besleyen herşey kötüdür.

ÖNERME 41

Haz doğrudan kötü değil, ama iyidir; buna karşı acı doğrudan kötüdür.

Tanıt. Haz (Bölüm 3, Ön. 11 ve Not) bedenin etkinlik gücünü artıran ya da ona yardım eden bir duygudur; buna karşı acı bedenın eylem gücünü azaltan ya da engelleyen bir duygudur; buna göre (Bölüm 4, Ön. 38) haz doğrudan iyidir vs.—Q.E.D.

ÖNERME 42

Neşenin hiçbir zaman aşırısı olamaz, ama her zaman iyidir; buna karşı hüüzün her zaman kötüdür.

Tanıt. Neşe (bkz. Bölüm 3, Ön. 11, Nottaki tanımı) hazdır ki, beden ile ilişkili olduğu sürece, bedenın tüm parçalarının eşit ölçüde etkileneşinden, eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 11) bedenın etkinlik gücünün tüm parçaların birbirlerine karşı aynı devim ve dinginlik oranlarını korudukları bir yolda artmasından ya da yardım görmesinden oluşur; öyleyse neşe (Bölüm 4, Ön. 39) her zaman iyidir ve hiçbir zaman aşırısı olamaz. Ama hüüzün (Bölüm 3, Ön. 11'e Notta tanımına bakınız) acıdır ki, beden ile iliş-

profectae aetatis a sua tam diversam esse credit, ut persuaderi non posset, se unquam infantem fuisse, nisi ex aliis de se conjecturam faceret. Sed ne superstitionis materiam suppeditem movendi novas quaestiones, malo haec in medio relinquere.

Propositio XL

Quae ad hominum communem Societatem conducunt, sive quae efficiunt, ut homines concorditer vivant, utilia sunt; & illa contra mala, quae discordiam in Civitatem inducunt.

Demonstratio. Nam quae efficiunt, ut homines concorditer vivant, simul efficiunt, ut ex ductu rationis vivant (per Prop. 35 hujus), atque adeo (per Prop. 26 & 27 hujus) bona sunt, & (per eandem rationem) illa contra mala sunt, quae discordias concitant. Q.E.D.

Propositio XLI

Laetitia directe mala non est, sed bona; Tristitia autem contra directe est mala.

Demonstratio. Laetitia (per Prop. 11 p. 3 cum ejusdem Schol.) est affectus, quo corporis agendi potentia augetur, vel juvatur; Tristitia autem contra est affectus, quo corporis agendi potentia minuitur, vel coercetur; adeoque (per Prop. 38 hujus) Laetitia directe bona est, &c. Q.E.D.

Propositio XLII

Hilaritas excessum habere nequit, sed semper bona est, & contra Melancholia semper mala.

Demonstratio. Hilaritas (vide ejus Defin. in Schol. Prop. 11 p. 3) est Laetitia, quae, quatenus ad Corpus refertur, in hoc consistit, quod Corporis omnes partes pariter sint affectae, hoc est (per Prop. 11 p. 3), quod Corporis agendi potentia augetur, vel juvatur, ita ut omnes ejus partes eandem ad invicem motus, & quietis rationem obtineant; atque adeo (per Prop. 39 hujus) Hilaritas semper est bona, nec excessum habere potest. At Melancholia (cujus etiam Defin. vide in eodem Schol. Prop. 11 p.

3) est Tristitia, quae, quatenus ad Corpus refertur, in hoc consistit, quod Corporis agendi potentia absolute minuitur, vel coercetur; adeoque (per Prop. 38 hujus) semper est mala. Q.E.D.

Propositio XLIII

Titillatio excessum habere potest, & mala esse; Dolor autem eatenus potest esse bonus, quatenus Titillatio, seu Laetitia est mala.

Demonstratio. Titillatio est Laetitia, quae, quatenus ad Corpus refertur, in hoc consistit, quod una, vel aliquot ejus partes prae reliquis afficiuntur (vide ejus Defin. in Schol. Prop. 11 p. 3), cujus affectus potentia tanta esse potest, ut reliquas Corporis actiones superet (per Prop. 6 hujus), eique pertinaciter adhaereat, atque adeo impediat, quominus Corpus aptum sit, ut plurimis aliis modis afficiatur, adeoque (per Prop. 38 hujus) mala esse potest. Deinde Dolor, qui contra Tristitia est, in se solo consideratus, non potest esse bonus (per Prop. 41 hujus). Verum quia ejus vis, & incrementum definitur potentia causae externae cum nostra comparata (per Prop. 5 hujus), possumus ergo hujus affectus infinitos virum concipere gradus, & modos (per Prop. 3 hujus); atque adeo eundem talem concipere, qui Titillationem possit coercere, ut excessum non habeat, & eatenus (per primam partem Prop. hujus) efficere, ne corpus minus aptum reddatur, ac proinde eatenus erit bonus. Q.E.D.

Propositio XLIV

Amor, & Cupiditas excessum habere possunt.

Demonstratio. Amor est Laetitia (per Defin. 6 Affect.), concomitante idea causae externae: Titillatio igitur (per Schol. Prop. 11 p. 3), concomitante idea causae externae Amor est; atque adeo Amor (per Prop. praeced.) excessum habere potest. Deinde Cupiditas eo est major, quo affectus, ex quo oritur, major est (per Prop. 37 p. 3). Quare ut affectus (per Prop. 6 hujus) reliquas hominis actiones

kili olduğu sürece, bedenın etkinlik gücünün saltık olarak azalmasından ya da engellenmesinden oluşur; dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 38) her zaman kötüdür.—Q.E.D.

ÖNERME 43

Hoşlaşma aşırıya varabilir ve kötü olabilir; ve hoşlaşma ya da haz kötü olduğu sürece keder iyi olabilir.

Tanıt. Hoşlaşma hazdır ki, beden ile ilişkili olduğu sürece, bedenın bir ya da birkaç parçasının başkalarından daha çok etkileneşinden oluşur (bkz. Bölüm 3, Ön. 11'e Nottaki tanım); ve bu duygunun gücü öylesine büyük olabilir ki, bedenın geri kalan eylemlerine baskın çıkar (Bölüm 4, Ön. 6), ve dikbaşlılıkla ona sarılarak bedenın başka birçok yolda etkilenebilme yatkınlığını engeller, ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 38) kötü olabilir. Yine, acı olan keder, salt kendinde görüldüğünde, iyi olamaz (Bölüm 4, Ön. 41). Ama kuvveti ve artışı bizimki ile karşılaşılabilir dışsal bir nedenin gücü tarafından tanımlandığı için, (Bölüm 4, Ön. 5) bu yüzden bu duygunun sonsuz çoklukta derecesini ve kipini tasarlayabiliriz (Bölüm 4, Ön. 3); ve böylece onu hoşlaşmadaki bir aşırılığı kısıtlayabilecek, ve bu düzeye dek (bu önermenin ilk bölümüne göre) bedenın yeteneğinin azaltılmamasını sağlayabilecek bir yolda tasarlayabiliriz; dolayısıyla bu düzeye dek iyi olacaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 44

Sevginin ve istegın aşırısı olabilir.

Tanıt. Sevgi dışsal bir nedenin ideasının eşliğindeki hazdır (Duyg. Tan. 6): hoşlaşma ise (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), dışsal bir nedenin ideasının eşliğinde iken sevgidir; dolayısıyla sevginin (Bölüm 4, Ön. 43) aşırısı olabilir. Dahası, istek kendisinden doğduğu duygunun büyük olması ölçüsünde büyüktür (Bölüm 3, Ön. 37). Buna göre, bir duygunun (Bölüm 4, Ön. 6) insanın geri kalan eylemlerine baskın çıkabil-

mesi gibi, böyle bir duygudan doğan istek de geri kalan isteklere baskın çıkabilir, ve dolayısıyla önceki önermede hoşlaşmanın taşıdığını gösterdiğimiz aynı aşırılığı taşıyabilir.—Q.E.D.

Not. İyi olduğunu söylediğim neşeyi kavramak gözlemekten daha kolaydır. Çünkü her gün üzerimize saldıran duygular genellikle bedeninin geri kalanlardan daha çok etkilenen belli bir parçası ile ilgilidir; dolayısıyla duyguların çoğunlukla birer aşırısı vardır, ve anlığı tek bir nesneyi görmeye öyle bir yolda bağlarlar ki başka hiç birini düşünemez olur; ve insanlar birçok duyguya açık olsalar da, ve dolayısıyla her zaman bir ve aynı duygunun saldırısı altında bulunan çok az insan bulunsa da, kendilerine bir ve aynı duygunun dikbaşlılıkla sarıldığı insanlar yok değildir. İnsanların zaman zaman bir nesneden öyle etkilendiklerini görürüz ki, nesne bulunmasa da, onu önlerinde bulduklarına inanırlar; ve eğer bu uykuda olmayan bir insanın başına gelirse, onun çıldırmış ya da deli olduğunu söyleriz; ne de sevgi ile yanıp tutuşarak gece gündüz sevgililerini ya da metreslerini düşleyenlerin daha az deli oldukları düşünülür, çünkü genellikle gülünç olurlar. Ama ağgözlü biri kazanç ya da paradan başka hiçbirşey düşünmediği ve hırslı biri gurur vb. dışında hiçbirşey düşünmediği zaman, bunların deli oldukları düşünülmez, çünkü genellikle zararlıdırlar ve nefrete değer görülürler. Ama gerçekte ağgözlülük, hırs, kösnü, vb. birer delilik türüdür, gerçi hastalıklar arasında sayılmasalar da.

ÖNERME 45

Nefret hiçbir zaman iyi olamaz.

Tanıt. Nefret ettiğimiz insanı yoketmeye çabalarız (Bölüm 3, Ön. 39), başka bir deyişle (Bölüm 4, Ön. 37), kötü olan birşeyi yapmaya çabalarız. Öyleyse vs.—Q.E.D.

Not. Belirtmek gerek ki burada ve aşağıdaki önermelerde nefret ile yalnızca insanlara karşı nefreti anlıyorum.

Sonurgu 1. Haset, alay, küçümseme, öfke, öç,

superare potest, sic etiam Cupiditas, quae ex eodem affectu oritur, reliquas Cupiditates superare, ac proinde eundem excessum habere poterit, quem in praecedenti Propositione Titillationem habere ostendimus. Q.E.D.

Scholium. Hilaritas, quam bonam esse dixi, concipitur facilius, quam observatur. Nam affectus, quibus quotidie conflictamur, referuntur plerumque ad aliquam Corporis partem, quae prae reliquis afficitur, ac proinde affectus ut plurimum excessum habent, & Mentem in sola unius objecti contemplatione ita detinent, ut de aliis cogitare nequeat; & quamvis homines pluribus affectibus obnoxii sint, atque adeo rari reperiantur, qui semper uno, eodemque affectu contententur, non desunt tamen, quibus unus, idemque affectus pertinaciter adhaereat. Videmus enim homines aliquando ab uno objecto ita affici, ut quamvis praesens non sit, ipsum tamen coram habere credant, quod quando homini non dormienti accidit, eundem delirare dicimus, vel insanire; nec minus insanire creduntur, qui Amore ardent, quique noctes, atque dies solam amasiam, vel meretricem somniant, quia risum movere solent. At cum avarus de nulla alia re, quam de lucro, vel de nummis cogitet, & ambitiosus de gloria, &c. hi non creduntur delirare, quia molesti solent esse, & Odio digni aestimantur. Sed revera Avaritia, Ambitio, Libido, &c. delirii species sunt, quamvis inter morbos non numerentur.

Propositio XLV

Odium nunquam potest esse bonum.

Demonstratio. Hominem, quem odimus, destruere conamur (per Prop. 39 p. 3), hoc est (per Prop. 37 hujus), aliquid conamur, quod malum est. Ergo &c. Q.E.D.

Scholium. Nota, me hic, & in seqq. per Odium illud tantum intelligere, quod est erga homines.

Corollarium 1. Invidia, Irrisio, Contemptus, Ira, Vindicta, & reliqui affectus, qui ad Odium

referuntur, vel ex eodem oriuntur, mali sunt, quod etiam ex Prop. 39 p. 3 & Prop. 37 hujus patet.

Corollarium II. Quicquid ex eo, quod odio affecti sumus, appetimus, turpe, & in Civitate injustum est. Quod etiam patet ex Prop. 39 p. 3 & ex Defin. turpis, & injusti, quas vide in Schol. Prop. 37 hujus.

Scholium. Inter Irrisionem (quam in Coroll. 1 malam esse dixi), & risum magnam agnosco differentiam. Nam risus, ut & jocus mera est Laetitia; adeoque, modo excessum non habeat, per se bonus est (per Prop. 41 hujus). Nihil profecto nisi torva, & tristis superstitio delectari prohibet. Nam qui magis decet famem, & sitim extinguere, quam melancholiam expellere? Mea haec est ratio, & sic animum induxi meum. Nullum numen, nec alius, nisi invidus, mea impotentia, & incommodo delectatur, nec nobis lacrimas, singultus, metum, & alia hujusmodi, quae animi impotentis sunt signa, virtuti ducit; sed contra, quo majori Laetitia afficimur, eo ad majorem perfectionem transimus, hoc est, eo nos magis de natura divina participare necesse est. Rebus itaque uti, & iis, quantum fieri potest, delectari (non quidem ad nauseam usque, nam hoc delectari non est) viri est sapientis. Viri, inquam, sapientis est, moderato, & suavi cibo, & potu se reficere, & recreare, ut & odoribus, plantarum virentium amaenitate, ornatu, musica, ludis exercitatoriis, theatris, & aliis hujusmodi, quibus unusquisque absque ullo alterius damno uti potest. Corpus namque humanum ex plurimis diversae naturae partibus componitur, quae continuo novo alimento indigent, & vario, ut totum Corpus ad omnia, quae ex ipsius natura sequi possunt, aequè aptum sit, & consequenter ut Mens etiam aequè apta sit ad plura simul intelligendum. Hoc itaque vivendi institutum & cum nostris principiis, & cum communi praxi optime

ve nefret ile ilişkili ya da ondan doğan başka duygular kötüdür —ki Bölüm 3, Ön. 39 ve Bölüm 4, Ön. 37'den de açıktır.

Sonurgu 2. Nefret tarafından etkilenerek isteğimiz herşey alçakça, ve Devletle ise haksızdır. Bu ayrıca Bölüm 3, Ön. 39'dan, ve Bölüm 4, Ön. 37'ye Nottaki alçaklık ve haksızlık tanımından da açıktır.

Not. Alay etme (ki bu önermeye Sonurgu 1'de kötü olduğunu söylemiştim) ve gülme arasında büyük bir ayırım görüyorum. Çünkü gülme ve şaka yalnızca hazdır; dolayısıyla, aşırı olmadıkları sürece, kendilerinde iyidirler (Bölüm 4, Ön. 41). Kasvetli ve acıklı bir boşinançtan başka hiçbirşey hazzı engellemez. Yoksa niçin açlık ve susuzluğu gidermek melankoliyi uzaklaştırmaktan daha uygun olsun? Uslamlamam ve çıkardığım vargılar şunlardır. Hiçbir 'tanrılık' [*numen*], ve hasetçi olanlar dışında hiçbir insan, güçsüzlüğünden ya da rahatsızlığımdan haz duymaz, ne de gözyaşlarını, iç çekmeleri, korkuları ve zayıf bir anlığın belirtileri olan bu tür başka şeyleri bizim için birer erdem sayar; ama tersine, haz ile ne denli etkilenirsek o denli büyük bir eksiksizliğe geçer, eş deyişle, o denli zorunlu olarak tanrısal doğaya katılırız. Şeylerden yararlanmak ve onlardan olanaklı olduğu ölçüde haz duymak (hiç kuşkusuz bıkkınlık noktasına dek değil, çünkü bu haz duymak değildir) bilge bir insana yaraşır bir şeydir. Kendini ölçülü ve hoş yiyecek ve içeceklerle diriltip dinçleştirmek, kokulardan ve yeşeren bitkilerin güzelliğinden, şıklık, müzik, spor oyunları ve tiyatrodan ve insanın başkalarına zarar vermeksizin yararlanabileceği bu tür başka şeylerden haz almak, bunlar diyorum, bilge insana yaraşır şeylerdir. Çünkü insan bedeni değişik doğada pekçok şeyin bir bileşimidir ki, bunlar sürekli olarak yeni ve çeşitli besinlere gereksinirler, öyle ki bir bütün olarak beden kendi doğasından kaynaklanabilen şeyleri yerine getirmek için eşit ölçüde uygunken, sonuçta anlık da aynı zamanda birçok şeyi anlamak için eşit ölçüde uygun olur. Bu yaşam tarzı ilkelerimiz ile olduğu gibi genel kılığı ile de en iyi anlaşılan yoldur;

dolayısıyla bu yaşama yolu en iyisidir, ve her bakımdan salık verilmelidir; ve bu konuya daha açık ve daha geniş olarak girmenin hiçbir gereği yoktur.

ÖNERME 46

Usun kılavuzluğu altında yaşayan biri başkalarının nefret, öfke, küçümsemelerine vb. elinden geldiğince sevgi ya da yüceğönüllülük ile karşılık vermeye çalışarak.

Tanıt. Tüm nefret duyguları kötüdür (Bölüm 4, Ön. 45'e Sonurgu 1); dolayısıyla usun kılavuzluğu altında yaşayan biri elinden geldiğince nefret duygularının saldırısı altında kalmamaya (Bölüm 4, Ön. 37), ve buna göre (Bölüm 4, Ön. 37) başkalarının da bu duygularla karşılaşmasını önlemeye çabalayacaktır. Ama nefret karşılıklı nefret ile artarken, öte yandan sevgi ile yokedilebilir (Bölüm 3, Ön. 43), öyle bir yolda ki nefret sevgiye geçer (Bölüm 3, Ön. 44). Öyleyse usun kılavuzluğu altında yaşayan biri başkasının nefretine vb. sevgi ile, eş deyişle yüceğönüllülük ile karşılık vermeye çabalayacaktır (bkz. Bölüm 3, Ön. 59'a Notta yüceğönüllülük tanımı).— Q.E.D.

Not. İncinmenin öcünü nefret ile almak isteyen biri gerçekte sefillik içinde yaşayacaktır. Ama, buna karşı, nefreti sevgi aracılığıyla yenmeye çalışan ise sevinç ve güven ile savaşı, pekçok insana karşı da tek bir insana karşı olduğu gibi rahatça direnir ve talihin yardımına gereksinimi enazdır. Yendiklerine seve seve teslim olur, güç eksikliğinden değil, ama onun bir artışından; ama tüm bunlar yalnızca sevginin ve anlağın tanımından öylesine açık olarak çıkarlar ki, onları tek tek tanıtlamanın gereği yoktur.

ÖNERME 47

Umut ve korku duyguları kendilerinde iyi olamazlar.

Tanıt. Umut ve korku duyguları acı olmaksızın olmaz. Çünkü korku (Duyg. Tan 13) acıdır, ve umut (bkz. Duyg. Tan. 12 ve 13) korku olmaksızın olmaz; buna göre (Bölüm 4, Ön. 41), bu duy-

convenit; quare, si quae alia, haec vivendi ratio optima est, & omnibus modis commendanda, nec opus est, de his clarius, neque prolixius agere.

Propositio XLVI

Qui ex ductu rationis vivit, quantum potest, conatur alterius in ipsum Odium, Iram, Contemptum, &c. Amore contra, sive Generositate compensare.

Demonstratio. Omnes Odii affectus mali sunt (per Coroll. 1 Prop. praeced.); adeoque, qui ex ductu rationis vivit, quantum potest, conabitur efficere, ne Odii affectibus conflictetur (per Prop. 19 hujus), & consequenter (per Prop. 37 hujus) conabitur, ne etiam alius eosdem patiatur affectus. At Odium Odio reciproco augetur, & Amore contra extingui potest (per Prop. 43 p. 3), ita ut Odium in Amorem transeat (per Prop. 44 p. 3). Ergo qui ex ductu rationis vivit, alterius Odium &c. Amore contra compensare conabitur, hoc est, Generositate (cujus Defin. vide in Schol. Prop. 59 p. 3). Q.E.D.

Scholium. Qui injurias reciproco Odio vindicare vult, misere profecto vivit. At qui contra studet Odium Amore expugnare, ille sane laetus, & secure pugnat; aequae facile pluribus hominibus, ac uni resistit, & fortunae auxilio quam minime indiget. Quos vero vincit, ii laeti cedunt, non quidem ex defectu, sed ex incremento virium; quae omnia adeo clare ex solis Amoris, & intellectus definitionibus sequuntur, ut opus non sit eadem sigillatim demonstrare.

Propositio XLVII

Spei, & Metus affectus non possunt esse per se boni.

Demonstratio. Spei, & Metus affectus sine Tristitia non dantur. Nam Metus est (per Defin. 13 Affect.) Tristitia; & Spes (vide Explicat. Defin. 12 & 13 Affect.)

non datur sine Metu, ac proinde (per Prop. 41 hujus) hi affectus non possunt esse per se boni, sed tantum quatenus Laetitiae excessum coercere possunt (per Prop. 43 hujus). Q.E.D.

Scholium. Huc accedit, quod hi affectus cognitionis defectum, & Mentis impotentiam indicant; & hac de causa etiam Securitas, Desperatio, Gaudium, & Conscientiae morsus animi impotentis sunt signa. Nam, quamvis Securitas, & Gaudium affectus sint Laetitiae, Tristitiam tamen eosdem praecessisse supponunt, nempe Spem, & Metum. Quo itaque magis ex ductu rationis vivere conamur, eo magis Spe minus pendere, & Metu nosmet liberare, & fortunae, quantum possumus, impedire conamur, nostrasque actiones certo rationis consilio dirigere.

Propositio XLVIII

Affectus Existimationis, & Despectus semper mali sunt.

Demonstratio. Hi enim affectus (per Defin. 21 & 22 Affect.) rationi repugnant; adeoque (per Prop. 26 & 27 hujus) mali sunt. Q.E.D.

Propositio XLIX

Existimatio facile hominem, qui existimatur, superbum reddit.

Demonstratio. Si videmus, aliquid de nobis plus justo prae amore sentire, facile gloriabimur (per Schol. Prop. 41 p. 3), sive Laetitia afficiemur (per Defin. 30 Affect.); & id boni, quod de nobis praedicari audimus, facile credemus (per Prop. 25 p. 3); atque adeo de nobis prae amore nostri plus justo sentiemus, hoc est (per Defin. 28 Affect.), facile superbiemus. Q.E.D.

Propositio L

Commiseratio in homine, qui ex ductu rationis vivit, per se mala, & inutilis est.

Demonstratio. Commiseratio enim (per Defin. 18 Affect.) Tristitia est; ac proinde (per Prop. 41 hujus) per se mala; bonum autem, quod

gular kendilerinde değil ama ancak hazzın aşırısını engelleyebildikleri ölçüde iyidirler (Bölüm 4, Ön. 43).—Q.E.D.

Not. Burada ekleyebiliriz ki bu duygular bir bilgi eksikliğini ve anlığın güçsüzlüğünü belirtirler; bu nedenle güven, umutsuzluk, sevinç, ve duyuncu acısı anlığın güçsüzlüğünün belirtileridir. Çünkü güven ve sevinç haz duyguları olsalar da, bunlar acının, eş deyişle umut ve korkunun onları öncelemiş olduğunu imlerler. Öyleyse usun kılavuzluğu altında yaşamaya ne denli çabalarsak, umuda daha az bağlanmak, kendimizi korkudan kurtarmak, talihe olanaklı olduğu ölçüde egemen olmak ve eylemlerimizi usun güvenilir öğütlerine göre yönetmek için o denli çok çaba gösteririz.

ÖNERME 48

Büyümseme ve küçümseme duyguları her zaman kötüdür.

Çünkü bu duygular (Duyg. Tan. 21 ve 22) us ile çelişirler; dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 26 ve 27) kötüdürler.—Q.E.D.

ÖNERME 49

Büyümseme büyümsenen insanı kolayca kendini beğenmiş kılar.

Tanıt. Eğer birinin sevgiden ötürü bize hakkımız olandan daha öte değer verdiğini görürsek kolayca gurur duyarız (Bölüm 3, Ön. 41'e Not), ya da haz ile etkilenir (Duyg. Tan. 30) ve hakkımızda duyduğumuz iyi her şeye kolayca inanırız (Bölüm 3, Ön. 25); dolayısıyla öz-sevgi yoluyla kendimize haklı olandan daha öte değer veririz, başka bir deyişle (Duyg. Tan. 28), kolayca kendini beğenmişliğe kapılırız.—Q.E.D.

ÖNERME 50

Usun kılavuzluğuna göre yaşayan bir insan durumunda acıma kendinde kötü ve yararsızdır.

Tanıt. Çünkü acıma (Duyg. Tan. 18) acıdır, ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 41) kendinde kötüdür; ama acımadan doğan iyiliği, eş deyişle aci-

duğumuz insanı sefilliğinden kurtarmak için gösterdiğimiz çabayı (Bölüm 3, Ön. 27'ye Sonurgu 3) yalnızca usun buyruğundan isteriz; ve kesinlikle iyi olduğunu bildiğimiz birşeyi ancak usun buyruğu altında yapabiliriz (Bölüm 4, Ön. 37); öyleyse usun kılavuzluğu altında yaşayan bir insan durumunda acıma kendinde kötü ve yararsızdır.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki usun buyruğuna göre yaşayan insan olanaklı olduğu ölçüde acımanın ona dokunmamasını sağlamaya çabalar.

Not. Herşeyin tanrısal doğanın zorunluluğundan doğduğunu ve doğanın bengi yasa ve kurallarına göre olduğunu doğru anlamış bir insan gerçekte nefret edilecek, gülünecek ya da küçümsenecek hiçbirşey bulmayacak, ne de herhangi birine acıyacaktır; ama, insan erdeminin izin verdiği ölçüde—söylendiği gibi—iyi davranmaya ve sevinç duymaya çabalayacaktır. Buna eklemek gerek ki, acıma duygusunun kolayca dokunduğu ve başkasının sefilliğinden ya da göz yaşlarından kolayca etkilenen biri sık sık daha sonra pişmanlık duyduğu birşeyi yapar; hem bir duyguya göre iyi olduğunu kesinlikle bildiğimiz hiçbirşey yapamadığımız için, hem de yalancı gözyaşları tarafından kolayca aldatıldığımız için. Ama burada kesinlikle usun kılavuzluğu altında yaşayan bir insandan söz ediyorum. Çünkü ne us ne de acıma tarafından başkalarına yardım etmeye güdülmeyen birine haklı olarak insanlık-dışı denebilir; çünkü (Bölüm 3, Ön. 27) bir insan ile hiçbir benzerliği yok gibi görünür.

ÖNERME 51

Kayıрма usa aykırı değildir; tersine onunla bağdaşabilir ve ondan doğabilir.

Tanıt. Kayırma başkasına iyilik yapana karşı sevgidir (Duyg. Tan. 19), ve dolayısıyla etkin olduğu söylenebildiği sürece (Bölüm 3, Ön. 59), eş deyişle (Bölüm 3, Ön. 3), anladığı sürece anlık ile ilişkilendirilebilir, ve öyleyse us ile bağdaşır, vs.—Q.E.D.

Bir Başka Tanıt. Usun kılavuzluğuna göre yaşa-

ex ea sequitur, quod scilicet hominem, cuius nos miseret, a miseria liberare conamur (per Coroll. 3 Prop. 27 p. 3), ex solo rationis dictamine facere cupimus (per Prop. 37 hujus), nec nisi ex solo rationis dictamine aliquid, quod certo scimus bonum esse, agere possumus (per Prop. 27 hujus); atque adeo commiseratio in homine, qui ex ductu rationis vivit, per se mala est, & inutilis. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, quod homo, qui ex dictamine rationis vivit, conatur, quantum potest, efficere, ne commiseratione tangatur.

Scholium. ui recte novit omnia ex naturae divinae necessitate sequi, & secundum aeternas naturae leges, & regulas fieri, is sane nihil reperiet, quod Odio, Risu, aut Contemptu dignum sit, nec cuiusquam miserebitur; sed, quantum humana fert virtus, conabitur bene agere, ut ajunt, & laetari. Huc accedit, quod is, qui Commiserationis affectu facile tangitur, & alterius miseria, vel lacrimis movetur, saepe aliquid agit, cuius postea ipsum poenitet; tam quia ex affectu nihil agimus, quod certo scimus bonum esse, quam quia facile falsis lacrimis decipimur. Atque hic expresse loquor de homine, qui ex ductu rationis vivit. Nam, qui nec ratione, nec commiseratione movetur, ut aliis auxilio sit, is recte inhumanus appellatur. Nam (per Prop. 27 p. 3) homini dissimilis esse videtur.

Propositio LI

Favor rationi non repugnat; sed cum eadem convenire, & ab eadem oriri potest.

Demonstratio. Est enim Favor Amor erga illum, qui alteri benefecit (per Defin. 19 Affect.), atque adeo ad Mentem referri potest, quatenus haec agere dicitur (per Prop. 59 p. 3), hoc est (per Prop. 3 p. 3), quatenus intelligit, ac proinde cum ratione convenit, &c. Q.E.D.

Aliiter. Qui ex ductu rationis

vivit, bonum, quod sibi appetit, alteri etiam cupit (per Prop. 37 hujus); quare ex eo, quod ipse aliquem videt alteri benefacere, ipsius benefaciendi conatus juvat, hoc est (per Schol. Prop. 11 p. 3), laetabitur; idque (ex Hypothesi) concomitante idea illius, qui alteri benefecit, ac proinde (per Defin. 19 Affect.) ei favet. Q.E.D.

Scholium. Indignatio, prout ipsa a nobis definitur (vide Defin. 20 Affect.), est necessario mala (per Prop. 45 hujus); sed notandum, quod quando summa potestas desiderio, quo tenetur, tutandae pacis civem punit; qui alteri injuriam fecit, eandem civi indignari non dico, quia non Odio percita ad perdendum civem, sed pietate mota eundem punit.

Propositio LII

Acquiescentia in se ipso ex ratione oriri potest, & ea sola acquiescentia, quae ex ratione oritur, summa est, quae potest dari.

Demonstratio. Acquiescentia in se ipso est Laetitia orta ex eo, quod homo se ipsum, suamque agendi potentiam contemplatur (per Defin. 25 Affect.). At vera hominis agendi potentia, seu virtus est ipsa ratio (per Prop. 3 p. 3), quam homo clare, & distincte contemplatur (per Prop. 40 & 43 p. 2). Ergo acquiescentia in se ipso ex ratione oritur. Deinde nihil homo, dum se ipsum contemplatur, clare & distincte, sive adaequate percipit, nisi ea, quae ex ipsius agendi potentia sequuntur (per Defin. 2 p. 3), hoc est (per Prop. 3 p. 3), quae ex ipsius intelligendi potentia sequuntur; adeoque ex sola hac contemplatione summa, quae dari potest, acquiescentia oritur. Q.E.D.

Scholium. Est revera Acquiescentia in se ipso summum, quod sperare possumus. Nam (ut Prop. 25 hujus ostendimus) nemo suum esse alicujus finis causa conservare conatur, & quia haec Acquiescentia magis magisque fovetur, & corroboratur laudibus (per Coroll. Prop. 53 p. 3), & contra (per Coroll. Prop. 55 p. 3) vituperio magis magisque turbatur; ideo gloria

yan biri başkaları için de kendi için istediği iyiyi ister (Bölüm 4, Ön. 37); buna göre birinin başkasına iyilik yaptığını görmesi onun kendi iyilikte bulunma çabasına yardım eder; başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 11'e Not), haz duyacak, ve (sayılı gereği) buna başkasına iyilikte bulunmanın ideası eşlik edecek, dolayısıyla (Duyg. Tan. 19) onu kayıracaktır.—Q.E.D.

Not. Öfke, onu tanımladığımız gibi (Duyg. Tan. 20), zorunlu olarak kötüdür (Bölüm 4, Ön. 45); ama belirtmek gerek ki en yüksek erk başkasına zarar veren bireyi barışı koruma isteği ile cezalandırdığı zaman, söyleyeceğim şey onun yurttaşla öfkelenildiği değildir, çünkü yurttaş yokedmek için nefret ile güdülenmemiş, ama onu ödev duygusundan cezalandırmıştır.

ÖNERME 52

Kendinden hoşnutluk ustan doğabilir, ve yalnızca ustan doğan hoşnutluk olabilecek en yükseğidir.

Tanıt. Kendinden hoşnutluk insanın kendini ve etkinlik gücünü düşünmesinden doğan hazdır (Duyg. Tan. 25). Ama insanın gerçek etkinlik gücü ya da erdemi onun açık ve seçik olarak gördüğü (Bölüm 2, Ön. 40 ve 42) usun kendisidir (Bölüm 3, Ön. 3). Kendinden hoşnutluk öyleyse ustan doğar. Yine, insan, kendine baktığı zaman, etkinlik gücünden doğan şeylerin (Bölüm 2, Tan. 3), ya da anlama gücünden doğan şeylerin (Bölüm 3, Ön. 3) dışında hiçbirşeyi açık ve seçik olarak ya da yeterli olarak algılamaz; dolayısıyla olabilecek en yüksek hoşnutluk ancak bu seyretme ediminden doğar.—Q.E.D.

Not. Kendinden hoşnutluk gerçekte umut edilebilecek en yüksek şeydir. Çünkü (Bölüm 4, Ön. 25'te gösterdiğim gibi) hiç kimse varlığını herhangi bir erek uğruna saklamaya çabalamaz; ve bu hoşnutluk övgü tarafından daha da beslendiği ve daha da güçlendirildiği (Bölüm 3, Ön. 53'e Sonurgu), ve, buna karşı (Bölüm 3, Ön. 55'e Sonurgu), yergi tarafından daha da rahatsız edildiği ölçüde, yaşamda baş-

lıca gurur tarafından güdülürüz, ve yerginin yükü altındaki bir yaşamı güçlükle kaldıralırız.

ÖNERME 53

Kendini küçük görme bir erdem değildir, ya da ustan doğmaz.

Tanıt. Kendini küçük görme insanın zayıflığını gözlemesinden doğan acıdır (Duyg. Tan. 26). Ama insanın kendini doğru us yoluyla bilmesi ölçüsünde, özünü, başka bir deyişle (Bölüm 3, Ön. 7) gücünü anladığı kabul edilir. Öyleyse, eğer kendini gözlerken herhangi bir güçsüzlüğünü algılayacak olursa, bu kendini anlamasından değil, ama gösterdiğimiz gibi (Bölüm 2, Ön. 55) etkinlik gücünün bastırılmasından ötürüdür. Ama eğer kendisinden daha güçlü olan ve bilinmesi onun kendi etkinlik gücünü belirlemesini sağlayan birşeyi anladığı için kendi güçsüzlüğünü kavradığını varsayarsak, bu durumda yalnızca kendini seçik olarak anladığını (Bölüm 4, Ön. 26) ve bu yolla etkinlik gücünün yardım gördüğünü kavrarız. Öyleyse kendini küçük görme ya da insanın kendi zayıflığını gözlemesinden doğan acı doğru bir gözlemden ya da ustan doğmaz, ve bir erdem değil ama bir tutkudur.—Q.E.D.

ÖNERME 54

Pişmanlık erdem değildir, ya da, ustan doğmaz; tersine, yaptığından pişman olan biri iki kez sefil ya da güçsüzdür.

Tanıt. Bu önermenin ilk bölümü önceki önerme gibi tanıtlanır. İkinci bölüm yalnızca bu duygunun tanımından (Duyg. Tan. 27) açıktır. Çünkü, ilkin kötü bir istek ve sonra acı yoluyla yenilmemize izin veririz.

Not. İnsanların seyrek olarak usun buyruğuna göre yaşamaları ölçüsünde, bu iki duygu, e.d. kendini küçük görme ve pişmanlık, ve onların yanısıra umut ve korku, ortaya zarardan çok yarar çıkarır; ve kabahat işlemek zorunda olduğumuza göre, bu yolda kabahat işlemek

maxime ducimur, & vitam cum probro vix ferre possumus.

Propositio LIII

Humilitas virtus non est, sive ex ratione non oritur.

Demonstratio. Humilitas est Tristitia, quae ex eo oritur, quod homo suam impotentiam contemplatur (per Defin. 26 Affect.). Quatenus autem homo se ipsum vera ratione cognoscit, eatenus suam essentiam intelligere supponitur, hoc est (per Prop. 7 p. 3), suam potentiam. Quare si homo, dum se ipsum contemplatur, aliquam suam impotentiam percipit, id non ex eo est, quod se intelligit, sed (ut Prop. 55 p. 3 ostendimus) ex eo, quod ipsius agendi potentia coercetur. Quod si supponamus, hominem suam impotentiam concipere ex eo, quod aliquid se potentius intelligit, cujus cognitione suam agendi potentiam determinat, tum nihil aliud concipimus, quam quod homo se ipsum distincte intelligit, sive (per Prop. 26 hujus) quod ipsius agendi potentia juvatur. Quare Humilitas, seu Tristitia, quae ex eo oritur, quod homo suam impotentiam contemplatur, non ex vera contemplatione, seu ratione oritur, nec virtus, sed passio est. Q.E.D.

Propositio LIV

Poenitentia virtus non est, sive ex ratione non oritur; sed is, quem facti poenitet, bis miser, seu impotens est.

Demonstratio. Hujus prima pars demonstratur, ut praeced. Propositio. Secunda autem ex sola hujus affectus Definitione (vide Defin. 27 Affect.) patet. Nam primo prava Cupiditate, dein Tristitia vinci se patitur.

Scholium. Quia homines raro ex dictamine rationis vivunt, ideo hi duo affectus, nempe Humilitas, & Poenitentia, & praeter hos Spes, & Metus plus utilitatis, quam damni afferunt; atque adeo, quandoquidem peccandum est, in istam partem potius peccandum. Nam, si

homines animo impotentes aequae omnes superbirent, nullius rei ipsos puderet, nec ipsi quicquam metuerent, qui vinculis conjungi, constringique possent? terret vulgus, nisi metuatur; quare non mirum, quod Prophetarum, qui non paucorum, sed communis utilitati consuluerunt, tantopere Humilitatem, Poenitentiam, & Reverentiam commendaverint. Et revera, qui hisce affectibus sunt obnoxii, multo facilius, quam alii, duci possunt, ut tandem ex ductu rationis vivant, hoc est, ut liberi sint, & beatorum vita fruuntur.

Propositio LV

Maxima Superbia, vel Abjectio est maxima sui ignorantia.

Demonstratio. Patet ex Defin. 28 & 29 Affect.

Propositio LVI

Maxima Superbia, vel Abjectio maximam animi impotentiam indicat.

Demonstratio. Primum virtutis fundamentum est suum esse conservare (per Coroll. Prop. 22 hujus), idque ex ductu rationis (per Prop. 24 hujus). Qui igitur se ipsum ignorat, omnium virtutum fundamentum, & consequenter omnes virtutes ignorat. Deinde ex virtute agere nihil aliud est, quam ex ductu rationis agere (per Prop. 24 hujus), & qui ex ductu rationis agit, scire necessario debet se ex ductu rationis agere (per Prop. 43 p. 2); qui itaque se ipsum, & consequenter (ut jam jam ostendimus) omnes virtutes maxime ignorat, is minime ex virtute agit, hoc est (ut ex Defin. 8 hujus patet), maxime animo est impotens; atque adeo (per Prop. praeced.) maxima superbia, vel abjectio maximam animi impotentiam indicat. Q.E.D.

Corollarium. Hinc clarissime sequitur, superbos, & abjectos maxime affectibus esse obnoxios.

daha iyidir. Çünkü eğer ruhlarında güçsüz insanlar eşit ölçüde gururlu olsalar, hiçbirseyden utanıp korkmasalar, hangi bağla bağlanıp birarada tutulabilirler? Eğer korkacak hiçbirseyi yoksa, kalabalığın kendisi korkutucu olur; bu yüzden birkaç kişinin olmaktan çok topluluğun iyiliğini düşünen peygamberlerin kendini küçük görme, pişmanlık ve saygıyı özellikle buyurmuş olmalarına hayret etmemek gerekir. Gerçekte bu duygulara açık olan insanlar usun kılavuzluğu altında yaşamaya, eş deyişle özgür olmaya ve kutlu yaşama başkalarından çok daha kolay götürülebilirler.

ÖNERME 55

En büyük kendini beğenmişlik ya da en büyük kendini aşağılama kendinin en büyük bilgisizliğidir.

Tanıt. Bu Duyg. Tan. 28 ve 29'dan açıktır.

ÖNERME 56

En büyük kendini beğenmişlik ya da en büyük kendini aşağılama anlığın en büyük güçsüzlüğünü belirtir.

Tanıt. Erdemin birinci temeli kendi varlığını sakınmaktır (Bölüm 4, Ö. 22'ye Sonurgu), ve hiç kuşkusuz usun kılavuzluğuna göre (Bölüm 4, Ö. 24). Öyleyse, kendini bilmeyen tüm erdemlerin temelini, ve dolayısıyla bu erdemlerin kendilerini bilmez. Yine, erdeme göre davranmak usun kılavuzluğuna göre davranmaktan başka birşey değildir (Bölüm 4, Ö. 24), ve usun kılavuzluğuna göre davranan zorunlu olarak usun kılavuzluğuna göre davrandığını bilmelidir (Bölüm 2, Ö. 43); öyleyse kendisi ve dolayısıyla (şimdi gösterdiğimiz gibi) tüm erdemler konusunda en büyük bilgisizliği gösteren biri herhangi bir yolda erdeme göre davranamaz, başka bir deyişle (Böl. 4, Tan. 8) ansal olarak en güçsüz olandır; buna göre (Böl. 4, Ö. 55), en büyük kendini beğenmişlik ya da kendini aşağılama en büyük ansal güçsüzlüğü belirtir.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan çok açık olarak çıkar ki, kendini beğenmişler ve kendini aşağılayanlar duygulara en açık olanlardır.

Not. Gene de kendini aşağılama kendini beğenmişlikten daha kolay düzeltilebilir, çünkü birincisi bir acı duygusu iken, ikincisi bir haz duygusudur, ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 18) birinciden daha güçlüdür.

ÖNERME 57

Kendini beğenmiş biri asalak ya da dalkavukların bulunuşunu sever, yüceğönüllülerin bulunuşundan nefret eder.

Tanıt. Kendini beğenmişlik insanın kendine hak ettiğinden daha öte değer vermesinden doğan hazdır (Duyg. Tan. 28 ve 6), ve kendini beğenmiş insan bu sanıyı elinden geldiğince beslemeye çabalar (Böl. 3, Ön. 13'e Not); dolayısıyla asalakların ve dalkavukların bulunuşunu sevecek (bunların tanımı çok iyi bilindikleri için atlanmıştır), ve onu olduğu gibi gören yüceğönüllülerden kaçınacaktır.—Q.E.D.

Not. Burada kendini beğenmişliğin tüm kötülüklerini sıralamak çok uzun sürecektir, çünkü kendini beğenmişler tüm duygulara açıktırlar, ama hiç birine sevgi ve şefkat duygularına olduğundan daha az açık değildirlere. Gene de burada üzerinde en az suskun kalınacak nokta başkalarına hakettiklerinden daha az değer verene de kendini beğenmiş dendiği olgusudur; ve öyleyse bu anlamda kendini beğenmişlik insanın kendine başkalarının üstünde görünmesi biçimindeki yanlış sanıdan doğan haz olarak tanımlanmalıdır. Bu kendini beğenmişliğe aykırı olan kendini aşağılama ise insanın kendini başkalarından aşağı görmesi biçimindeki yanlış sanıdan doğan acı olarak tanımlanmalıdır. Bu kabul edildiğinde, kendini beğenmiş insanın zorunlu olarak hasetçi olduğunu (Böl. 3, Ön. 55'e Not), ve başka herkesten çok erdemleri ile övülenlerden nefret ettiğini, nefretinin sevgi ya da iyilikler tarafından kolay kolay yenilmediğini (Böl. 3, Ön. 41'e Not), ansal güçsüzlüğünü okşayanların ve onu salt bir aptal olmak yerine bir deli yapanların bulunuşundan ne denli hoşlandığını görmek kolaydır.

Kendini aşağılamanın kendini beğenmişliğe

Scholium. Abiectio tamen facilius corrigi potest, quam superbia, quandoquidem haec Laetitiae, illa autem Tristitiae est affectus; atque adeo (per Prop. 18 hujus) haec illa fortior est.

Propositio LVII

Superbus parasitorum, seu adulatorum praesentiam amat, generosorum autem odit.

Demonstratio. Superbia est Laetitia orta ex eo, quod homo de se plus justo sentit (per Defin. 28 & 6 Affect.), quam opinionem homo superbus, quantum potest, fovere conabitur (vide Schol. Prop. 13 p. 3); adeoque superbi, parasitorum, vel adulatorum (horum Definitiones omisi, quia nimis noti sunt) praesentiam amabunt, & generosorum, qui de ipsis, ut par est, sentiunt, fugient. Q.E.D.

Scholium. Nimis longum foret, hic omnia Superbiae mala enumerare, quandoquidem omnibus affectibus obnoxii sunt superbi; sed nullis minus, quam affectibus Amoris, & Misericordiae. Sed hic minime tacendum est, quod ille etiam superbus vocetur, qui de reliquis minus justo sentit, atque adeo hoc sensu Superbia definienda est, quod sit Laetitia orta ex falsa opinione, quod homo se supra reliquos esse putat. Et Abiectio huic Superbiae contraria definienda esset Tristitia orta ex falsa opinione, quod homo se infra reliquos esse credit. At hoc posito facile concipimus, superbum necessario esse invidum (vide Schol. Prop. 55 p. 3), & eos maxime odio habere, qui maxime ob virtutes laudantur, nec facile eorum Odium Amore, aut beneficio vinci (vide Schol. Prop. 41 p. 3), & eorum tantummodo praesentia delectari, qui animo ejus impotenti morem gerunt, & ex stulto insanum faciunt.

Abiectio, quamvis Superbiae

sit contraria, est tamen abjectus superbo proximus. Nam, quandoquidem ejus Tristitia ex eo oritur, quod suam impotentiam ex aliorum potentia, seu virtute judicat, levabitur ergo ejus Tristitia, hoc est, laetabitur, si ejus imaginatio in alienis vitis contemplandis occupetur, unde illud proverbium natum: *solamen miseris socios habuisse malorum*, & contra eo magis contristabitur, quo se magis infra reliquos esse crediderit; unde fit, ut nulli magis ad Invidiam sint proni, quam abjecti; & ut isti maxime hominum facta observare conentur ad carpendum magis, quam ad eadem corrigendum, & ut tandem solam Abjectionem laudent, eaque gloriantur; sed ita, ut tamen abjecti videantur. Atque haec ex hoc affectu tam necessario sequuntur, quam ex natura trianguli, quod ejus tres anguli aequales sint duobus rectis; & jam dixi me hos, & similes affectus malos vocare, quatenus ad solam humanam utilitatem attendo. Sed naturae leges communem naturae ordinem, cujus homo pars est, respiciunt; quod hic in transitu mone-re volui, ne quis putaret me hic hominum vitia, & absurda facta narrare, non autem rerum naturam, & proprietates demonstrare voluisse. Nam, ut in Praefatione Partis Tertiae dixi, humanos affectus, eorumque proprietates perinde considero, ac reliqua naturalia. Et sane humani affectus, si non humanam, naturae saltem potentiam, & artificium non minus indicant, quam multa alia, quae admiramur, quorumque contemplatione delectamur. Sed pergo de affectibus ea notare, quae hominibus utilitatem adferunt, vel quae iisdem damnum inferunt.

Propositio LVIII

Gloria rationi non repugnat, sed ab ea oriri potest.

Demonstratio. Patet ex Defin.

aykırı olmasına karşın, kendini aşağılayan insan kendini beğenmiş insana çok yakındır. Çünkü acısı güçsüzlüğünü başkalarının güç ya da erdmine karşı yargılamasından doğduğu için, eğer imgelemi başkalarının kusurlarını düşünmekle uğraşıyorsa acısı kalkacak, e.d. haz duyacaktır; böylece şu özdeyiş buradan gelir: *Yanındakilerin mutsuzluğu mutsuzun avuncudur*; ve buna karşı, kendini aşağılayan biri başkalarından ne denli aşağı olduğuna inanırsa acısı o denli büyük olacaktır; ve bu yüzdendir ki başka hiç kimse haset duymaya kendini aşağılayan bir insandan daha yatkın değildir, ve başka herkesten çok onlar insanların eylemlerini onları düzeltmekten çok onlarda yanlış bulma amacıyla gözlemeye çabalarlar, ve sonunda kendini küçük görmeyi övüp ondan gurur duyarlar; ama öyle bir yolda ki, gene de kendilerini küçük görüyor görünürler. Bunlar bu duygudan tıpkı üç açısının iki dik açiya eşit olmasının bir üçgenin doğasından çıkması ile aynı zorunlulukla çıkarlar; ve daha önce dediğim gibi, yalnızca insan yararını dikkate aldığım sürece, bu ve benzeri duyguları kötü olarak adlandırıyorum. Ama doğa yasaları insanın bir parçası olduğu genel doğa düzenini ilgilendirir; bunu yalnızca şeylerin doğalarını ve özelliklerini tanıtlamaya çalışmaktan çok insanların kusurlarını ve saçma edimlerini anlattığım düşünülmesin diye geçerken belirtmek istedim. Çünkü, Bölüm Üçe Önsözde dediğim gibi, insan duygularını ve bunların özelliklerini tam olarak geri kalan doğal şeyleri irdelediğim gibi irdeliyorum. Ve aslında insan duyguları, insanın güç ve becerilerini olmasa da en azından doğanın kileri gösterirler, ve bunları hayranlık duyduğumuz ve seyretmekten haz aldığımız başka birçok şeyden daha az olmamak üzere gösterirler. Ama şimdi duygular ile bağıntı içinde insana yarar ya da zarar getiren şeyleri belirtmeye geçeceğim.

ÖNERME 58

Gurur usa karşıt değildir, ama ondan doğabilir.

Tanıt. Bu Duyg. Tan. 30'dan ve ayrıca *onurlu ola-*

nın tanımından açıktır, bunun için bkz. Bölüm 4, Ön. 37'ye Not 1.

Not. Boş gurur denilen şey yalnızca kalabalığın görüşü ile beslenen kendinden-hoşnutluktur, öyle ki, bu görüş sona erince, kendinden-hoşnutluk, ya da (Bölüm 4, Ön. 52'ye Not), herkesin sevdiği en büyük iyi de sona erer; bu nedenledir ki gururları kalabalığın görüşüne bağımlı olanlar ünlerini korumak için her gün en büyük endişe ile didinmek, didinip durmak zorundadırlar. Çünkü kalabalık kararsız ve tutarsızdır, öyle ki eğer ün özenle kollanmazsa çarçabuk yitip gider; dahası, herkes kendi için kalabalığın alkışını istediğinden, herkes başkasının ününü yoketmeye hazırdır, ve bu yüzden, çekişme en yüksek iyi sayılan şey uğruna olduğu için, olanaklı her yolda birbirini ezmek için çok büyük bir istek doğar, ve sonunda utku kazanan gururunu kendine yarar sağlamış değil ama başkasını incitmiş olmakla okşar. Bu gurur ya da bu hoşnutluk gerçekte boştur, çünkü hiçbir şeydir.

Utanc açısından belirtilmesi gerekenler şefkat ve pişmanlık için söylenenlerden kolayca çıkarılabilir. Yalnızca şunu ekleyeceğim ki, utanç gibi acımanın da bir erdem olmamasına karşın, gene de utanç duyan bir insanda bir onurlu yaşama isteğinin bulunduğunu belirtmesi ölçüsünde iyidir, tıpkı acının da incinen parçanın henüz çürümemiş olduğunu göstermesi ölçüsünde iyi olması gibi; öyleyse yaptığından utanan bir insan gerçekte acı çekiyor olsa da, dürüst yaşamak için hiçbir isteği olmayan utanmaz bir insandan daha eksiksizdir.

Bunlar haz ve acı duyguları ile ilgili olarak belirtmek istediğim noktalar. İsteklere gelince, iyi ya da kötü duygulardan doğdukları ölçüde ya iyi ya da kötüdürler. Ama gerçekte tümü de, bizde tutkular olan duygular tarafından yaratılmaları ölçüsünde, kördür (Bölüm 4, Ön. 44'e Notta söylenmiş olanlardan kolayca çıkarılabileceği gibi); ne de insanlar yalnızca usun buyruklarına göre yaşamaya kolayca götürülecek olsalardı herhangi bir yararları olurdu; bunu şimdi kısaca göstereceğim.

30 Affect. & ex definitione *Honesti*, quam vide in Schol. 1 Prop. 37 hujus.

Scholium. Vana, quae dicitur, gloria est acquiescentia in se ipso, quae sola vulgi opinione fovetur, eaque cessante, cessat ipsa acquiescentia, hoc est (per Schol. Prop. 52 hujus), summum bonum, quod unusquisque amat; unde fit, ut qui vulgi opinione gloriatur, quotidiana cura anxius nitatur, faciat, experiat, ut famam conservet. Est namque vulgus varius, & inconstans, atque adeo, nisi conservetur fama, cito abolescit; imo quia omnes vulgi captare applausus cupiunt, facile unusquisque alterius famam reprimat, ex quo, quandoquidem de summo, quod aestimatur, bono certatur, ingens libido oritur se invicem quocunque modo opprimendi, & qui tandem victor evadit, gloriatur magis, quod alteri obfuit, quam quod sibi profuit. Est igitur haec gloria, seu acquiescentia revera vana, quia nulla est.

Quae de Pudore notanda sunt, colliguntur facile ex iis, quae de Misericordia, & Poenitentia diximus. Hoc tantum addo, quod ut Commiseratio, sic etiam Pudor, quamvis non sit virtus, bonus tamen est, quatenus indicat, homini, qui Pudore suffunditur, cupiditatem inesse honeste vivendi, sicut dolor, qui eatenus bonus dicitur, quatenus indicat, partem laesam nondum esse putrefactam; quare, quamvis homo, quem facti alij pudet, revera sit tristis, est tamen perfectior impudenti, qui nullam habet honeste vivendi cupiditatem.

Atque haec sunt, quae de affectibus Laetitiae, & Tristitiae notare suscepam. Ad cupiditates quod attinet, hae sane bonae, aut malae sunt, quatenus ex bonis, aut malis affectibus oriuntur. Sed omnes revera, quatenus ex affectibus, qui passiones sunt, in nobis ingenerantur, caecae sunt (ut facile colligitur ex iis, quae in Schol. Prop. 44 hujus diximus), nec ullius usus essent, si homines facile duci possent, ut ex solo rationis dictamine viverent, ut jam paucis ostendam.

Propositio LIX

Ad omnes actiones, ad quas ex affectu, qui passio est, determinamur, possumus absque eo a ratione determinari.

Demonstratio. Ex ratione agere nihil aliud est (per Prop. 3 & Defin. 2 p. 3), quam ea agere, quae ex necessitate nostrae naturae, in se sola consideratae, sequuntur. At Tristitia eatenus mala est, quatenus hanc agendi potentiam minuit, vel coercet (per Prop. 41 hujus); ergo ex hoc affectu ad nullam actionem possumus determinari, quam non possemus agere, si ratione duceremur. Praeterea Laetitia eatenus mala est, quatenus impedit, quominus homo ad agendum sit aptus (per Prop. 41 & 43 hujus), atque adeo eatenus etiam ad nullam actionem determinari possumus, quam non possemus agere, si ratione duceremur. Denique quatenus Laetitia bona est, eatenus cum ratione convenit (consistit enim in eo, quod hominis agendi potentia augetur, vel juvatur), nec passio est, nisi quatenus hominis agendi potentia non eo usque augetur, ut se, suasque actiones adaequate concipiat (per Prop. 3 p. 3 cum ejus Schol.). Quare si homo Laetitia affectus ad tantam perfectionem duceretur, ut se, suasque actiones adaequate conciperet, ad easdem actiones, ad quas jam ex affectibus, qui passiones sunt, determinatur, aptus, imo aptior esset. At omnes affectus ad Laetitiam, Tristitiam, vel Cupiditatem referuntur (vide Explicat. Defin. 4 Affect.), & Cupiditas (per Defin. 1 Affect.) nihil aliud est, quam ipse agendi conatus; ergo ad omnes actiones, ad quas ex affectu, qui passio est, determinamur, possumus absque eo sola ratione duci. Q.E.D.

Aliter. Actio quaecunque eatenus dicitur mala, quatenus ex eo oritur, quod Odio, aut aliquo malo affectu affecti sumus (vide Coroll. 1 Prop. 45 hujus). At nulla actio, in se sola considerata, bona, aut mala est (ut in Praefatione hujus ostendimus): sed una, eademque actio jam bona, jam mala est; ergo ad eandem actio-

ÖNERME 59

Bir tutku olan bir duygu yoluyla belirlendiğimiz tüm eylemlere o duygu olmaksızın us tarafından belirlenebiliriz.

Tanıt. Usa göre davranmak (Bölüm 3, Ön. 3 ve Tan. 2) salt kendinde görüldüğünde doğamızın zorunluluğundan doğan şeyleri yapmaktan başka birşey değildir. Ama acı bu etkinlik gücünü azalttığı ya da engellediği ölçüde kötüdür (Bölüm 4, Ön. 41); öyleyse bu duygu tarafından eğer us tarafından güdüldüyorsa olsaydı yerine getiremeyecek olduğumuz hiçbir eyleme belirlenemeyiz. Dahası, haz insanın eyleme uygun olmasını engellemesi ölçüsünde kötüdür (Bölüm 4, Ön. 41 ve 43); ve dolayısıyla onun tarafından eğer us tarafından güdüldüyorsa olsaydı yapamayacak olduğumuz hiçbir eyleme belirlenemeyiz. Son olarak, haz iyi olduğu ölçüde us ile anlaşır (çünkü bir insanın etkinlik gücünün artmasından ya da yardım görmesinden oluşur), ve ancak insanın etkinlik gücünü insanın kendisini ve eylemlerini yeterli olarak kavradığı düzeye dek arttırmadığı ölçüde bir tutkudur (Bölüm 3, Ön. 3 ve Not). Öyleyse eğer haz ile etkilenen bir insan kendini ve eylemlerini yeterli olarak kavrayacağı bir eksiksizliğe götürülecek olursa, tutkular olan duygular tarafından belirlenmiş olduğu eylemler için o denli, gidecek daha da uygun olacaktır. Ama tüm duygular haz, acı ya da istek ile ilişkilidir (bkz. Duyg. Tan. 4 Açıklama), ve istek (Duyg. Tan. 1) etkin olma çabasıyla başka birşey değildir; öyleyse bir tutku olan bir duygu tarafından belirlendiğimiz tüm eylemlere bu duygu olmaksızın yalnızca us tarafından götürülebiliriz.—Q.E.D.

Bir Başka Tanıt. Her eylemin nefret ile ya da başka herhangi bir kötü duygu ile etkilenmemizden doğması ölçüsünde kötü olduğu söylenir (Bölüm 4, Ön. 45'e Sonurgu). Ama salt kendinde görüldüğünde hiçbir eylem iyi ya da kötü değildir (bu Bölüme Önsözde gösterdiğimiz gibi), ama bir ve aynı eylem kimi zaman iyi, kimi zaman kötüdür; öyleyse (Bölüm 4, Ön. 19)

kimi zaman kötü olan, ya da belli bir kötü duygudan doğan aynı eyleme us tarafından götürülebiliriz.—Q.E.D.

Not. Bunlar bir örneklerle daha duru olarak açıklanacaktır. Vurma eylemi fiziksel olarak görül-
düğü ve yalnızca bir insanın kolunu kaldırması, yumruğunu sıkması ve bütün kolu şiddetle aşağıya indirmesi olgusuna dikkat edildiği sürece, insan bedeninin yapısından kavranan bir erdemdir. Öyleyse eğer öfke ya da nefret ile devindirilen bir insan yumruğunu sıkmaya ya da kolunu devindirmeye belirlenirse, bunun olmasının nedeni, İkinci Bölümde gösterdiğim gibi, bir ve aynı eylemin şeylerin her tür imgesi ile birleştirilebilmesidir; ve dolayısıyla şeylerin açık ve seçik olarak tasarladığımız imgeleri tarafından olduğu gibi karışık olarak tasarladığımız imgeleri tarafından da bir ve aynı eyleme belirleniriz. Bu yüzden öyle görünür ki, bir tutku olan bir duygudan doğan her istek, eğer insanlar us tarafından güdülecek olsalardı, yararsız olurdu. Şimdi bir tutku olan bir duygudan doğan isteğe niçin kör dediğimizi görelim.

ÖNERME 60

Bedenin tüm parçaları ile değil ama bir ya da birkaç parçası ile ilişkili olan haz ya da acıdan doğan isteğin bütün insanın yararı ile hiçbir ilgisi yoktur.

Tanıt. Bedenin örneğin A parçasının belli bir dışsal nedenin kuvveti tarafından geri kalanlara üstün gelecek denli güçlendirildiğini varsayarsak (Bölüm 4, Ön. 6), bu parça öteki parçalar işlevlerini yerine getirebilsinler diye gücünü yitirmeye çabalamayacaktır. Yoksa o durumda gücünü yitirme kuvveti ya da gücü olacaktır, ki (Bölüm 3, Ön. 6) saçmadır. Öyleyse bu parça, ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 7 ve 12) anlık o durumu saklamak için çabalayacaktır; ve buna göre böyle bir haz duygusundan doğan isteğin bütün ile hiçbir ilgisi olmayacaktır. Ama, öte yandan, A parçasının geri kalan parçaların onun üstesinden gelecekleri bir yolda engellendiği varsayılırsa, acıdan doğan isteğin bütün ile hiç-

nem, quae jam mala est, sive quae ex aliquo malo affectu oritur, ratione duci possumus (per Prop. 19 hujus). Q.E.D.

Scholium. Explicantur haec clarius exemplo. Nempe verberandi actio, quatenus physice consideratur, & ad hoc tantum attendimus, quod homo brachium tollit, manum claudit, totumque brachium vi deorsum movet, virtus est, quae ex Corporis humani fabrica concipitur. Si itaque homo, Ira, vel Odio commotus, determinatur ad claudendam manum, vel brachium movendum, id, ut in Parte Secunda ostendimus, fit, quia una, eademque actio potest jungi quibuscunque rerum imaginibus; atque adeo tam ex iis imaginibus rerum, quas confuse, quam quas clare, & distincte concipimus, ad unam, eandemque actionem determinari possumus. Apparet itaque, quod omnis Cupiditas, quae ex affectu, qui passio est, oritur, nullius esset usus, si homines ratione duci possent. Videamus jam, cur Cupiditas, quae ex affectu, qui passio est, oritur, caeca a nobis appellatur.

Propositio LX

Cupiditas, quae oritur ex Laetitia, vel Tristitia, quae ad unam, vel ad aliquot, non autem ad omnes Corporis partes refertur, rationem utilitatis totius hominis non habet.

Demonstratio. Ponatur ex. gr. Corporis pars A vi alicujus causae externae ita corroborari, ut reliquis praevaleat (per Prop. 6 hujus), haec pars vires suas amittere propterea non conabitur, ut reliquae Corporis partes suo fungantur officio. Deberet enim vim, seu potentiam habere vires suas amittendi, quod (per Prop. 6 p. 3) est absurdum. Conabitur itaque illa pars, & consequenter (per Prop. 7 & 12 p. 3) Mens etiam illum statum conservare; adeoque Cupiditas, quae ex tali affectu Laetitiae oritur, rationem totius non habet. Quod si contra supponatur pars A coerceri, ut reliquae praevaleant, eodem modo demonstratur, quod nec

Cupiditas, quae ex Tristitia oritur, rationem totius habeat. Q.E.D.

Scholium. Cum itaque Laetitia plerumque (per Schol. Prop. 44 hujus) ad unam Corporis partem referatur, cupimus ergo plerumque nostrum esse conservare, nulla habita ratione integrae nostrae valetudinis: ad quod accedit, quod Cupiditates, quibus maxime tenemur (per Coroll. Prop. 9 hujus), temporis tantum praesentis, non autem futuri habent rationem.

Propositio LXI

Cupiditas, quae ex ratione oritur, excessum habere nequit.

Demonstratio. Cupiditas (per Defin. 1 Affect.), absolute considerata, est ipsa hominis essentia, quatenus quocumque modo determinata concipitur ad aliquid agendum; adeoque Cupiditas, quae ex ratione oritur, hoc est (per Prop. 3 p. 3), quae in nobis ingeneratur, quatenus agimus, est ipsa hominis essentia, seu natura, quatenus determinata concipitur ad agendum ea, quae per solam hominis essentiam adaequate concipiuntur (per Defin. 2 p. 3): si itaque haec Cupiditas excessum habere posset, posset ergo humana natura, in se sola considerata, se ipsam excedere, sive plus posset, quam potest, quod manifesta est contradictio; ac proinde haec Cupiditas excessum habere nequit: Q.E.D.

Propositio LXII

Quatenus Mens ex rationis dictamine res concipit, aequae afficitur, sive idea sit rei futurae, vel praeteritae, sive praesentis.

Demonstratio. Quicquid Mens ducente ratione concipit, id omne sub eadem aeternitatis, seu necessitatis specie concipit (per Coroll. 2 Prop. 44 p. 2), eademque certitudine afficitur (per Prop. 43 p. 2 & ejus Schol.). Quare, sive idea sit rei futurae, vel praeteritae, sive praesentis, Mens eadem necessitate rem concipit, eademque certitudine afficitur, & sive idea sit rei futurae, vel praeteritae, sive praesentis, erit nihilominus aequae vera (per Prop. 41 p. 2), hoc est (per Defin. 4 p. 2), habebit nihilomi-

ni bir ilgisinin olmayacağı aynı yolda tanıtlanabilir.—Q.E.D.

Not. Öyleyse, haz çoğunlukla (Bölüm 4, Ön. 44) bedeninin tek bir parçası ile ilgili olduğu için, çoğunlukla varlığımızı bir bütün olarak sağlığımız ile ilgili olmaksızın korumayı isteriz; ve eklemek gerek ki, bizi en çok yakalayan istekler (Bölüm 4, Ön. 9'a Sonurgu) gelecek ile değil ama yalnızca şimdi ile ilgili olanlardır.

ÖNERME 61

Ustan doğan isteğin aşırısı olamaz.

Tanıt. İstek (Duyg. Tan. 1), saltuk olarak görüldüğünde, herhangi bir etkinliğe belirlenmiş olarak kavrandığı ölçüde insanın özünün kendisidir; buna göre, ustan doğan, ya da (Bölüm 3, Ön. 3), etkin olduğumuz sürece bizde kaynaklanan istek, yalnızca insanın özü tarafından yeterli olarak kavranan şeyleri yapmaya belirlenmiş olarak kavrandığı sürece (Bölüm 3, Tan. 2) insanın özünün ya da doğasının kendisidir; dolayısıyla, eğer bu isteğin aşırısı olabilirse, salt kendinde görüldüğü sürece insan doğası için kendini aşmak, ya da yapabileceğinden daha çoğunu yapmak olanaklı olacaktır, ki açık bir çelişkidir; öyleyse bu isteğin hiçbir zaman aşırısı olamaz.—Q.E.D.

ÖNERME 62

Anlığın şeyi usun buyruğuna göre kavraması ölçüsünde, idea ister gelecek, ister geçmiş, isterse şimdiki şeyin olsun, anlık eşit ölçüde etkilenecektir.

Tanıt. Anlık usun kılavuzluğu altında neyi kavransa kavrasın, bütünüyle aynı bengilik ya da zorunluk türü altında kavrar (Bölüm 2, Ön. 44'e Sonurgu), ve aynı pekinlik ile etkilenir (Bölüm 2, Ön. 44 ve Not). Öyleyse idea ister gelecek, ister geçmiş, isterse şimdiki bir şeyin ideası olsun, anlık şeyi aynı zorunluk ile kavrar ve aynı pekinlik ile etkilenir; ve idea ister gelecek, ister geçmiş, isterse şimdiki şeyin ideası olsun, gene de eşit ölçüde gerçek olacaktır (Bölüm 2, Ön. 41), ya da (Bölüm 2, Tan. 4) her

zaman yeterli bir ideanın aynı özelliklerini taşıyacaktır; dolayısıyla anlık şeyi usun buyruğuna göre kavradığı sürece, idea ister gelecek, ister geçmiş, isterse şimdiki şeyin olsun, anlık aynı yolda etkilendir.—Q.E.D.

Not. Eğer şeylerin süresi açısından yeterli bir bilgi taşımamız ve varoluş dönemlerini us yoluyla belirlememiz olanaklı olsaydı, gelecek ve şimdiki şeyleri aynı duygu ile görürdük, ve anlık gelecek olarak kavradığı iyiyi sanki şimdiki iyi imiş gibi isterdi; dolayısıyla, zorunlu olarak gelecekteki büyük bir iyi uğruna şimdideki küçük iyiyi gözardı eder, ve şimdide iyi olmasına karşın herhangi bir gelecek kötülüğün nedeni olanı hiçbir biçimde istemezdi—birazdan göstereceğim gibi. Ama şeylerin süresinin (Bölüm 2, Ön. 31) ancak çok yetersiz bir bilgisini taşıyabiliriz, ve bu nedenle şeylerin varoluş zamanlarını (Bölüm 2, Ön. 44'e Not) yalnızca imgelem yoluyla belirleriz ki, bu şimdiki ve gelecek şeylerin imgelerinden eşit olarak etkilendirmez; bu nedendir ki, gerçek iyi ve kötü üzerine taşıdığımız bilgi yalnızca soyut ya da evrenseldir; ve kendimiz için şimdide neyin iyi ve neyin kötü olduğunu belirleyebilme amacıyla şeylerin düzeni ve nedenlerin bağlantısı üzerine yargımız olgusal olmaktan çok imgeseldir; ve öyleyse iyyinin ve kötünün bilgisinden doğan isteğin, gelecek ile ilgili olduğu sürece, şimdide hoş olan şeylerin isteği tarafından kolayca kısıtlanabilmesine şaşkırmamak gerekir (bu konu için bkz. Bölüm 4, Ön. 16).

ÖNERME 63

Korkunun güdümünde olan ve iyiyi kötünden kaçınabilmek için yapan biri us tarafından güdülmaz.

Tanıt. Etkin olduğu sürece anlık ile ilişkili olan, ya da (Bölüm 3, Ön. 3), us ile ilişkili olan tüm duygular haz ve istek duygularından başka birşey değildir (Bölüm 3, Ön. 59); ve buna göre (Duyg. Tan. 13) korkunun güttüğü ve iyi olanı kötü olandan kaçınabilmek için yapan biri us tarafından güdülmaz.—Q.E.D.

nus semper easdem ideae adaequatae proprietates; atque adeo quatenus Mens ex rationis dictamine res concipit, eodem modo afficitur, sive idea sit rei futurae, vel praeteritae, sive praesentis. Q.E.D.

Scholium. Si nos de rerum duratione adaequatam cognitionem habere, earumque existendi tempora ratione determinare possemus, eodem affectu res futuras, ac praesentes contemplaremur, & bonum, quod Mens ut futurum conciperet, perinde, ac praesens, appeteret, & consequenter bonum praesens minus pro majori bono futuro necessario negligeret, & quod in praesenti bonum esset, sed causa futuri alicujus mali, minime appeteret, ut mox demonstrabimus. Sed nos de duratione rerum (per Prop. 31 p. 2) non nisi admodum inadaequatam cognitionem habere possumus, & rerum existendi tempora (per Schol. Prop. 44 p. 2) sola imaginatione determinamus, quae non aequae afficitur imagine rei praesentis, ac futurae; unde fit, ut vera boni, & mali cognitio, quam habemus, non nisi abstracta, sive universalis sit, & judicium, quod de rerum ordine, & causarum nexu facimus, ut determinare possumus, quid nobis in praesenti bonum, aut malum sit, sit potius imaginarium, quam reale; atque adeo mirum non est, si Cupiditatis, quae ex boni, & mali cognitione, quatenus haec futurum prospicit, oritur, facilius rerum Cupiditate, quae in praesentia suaves sunt, coerceri potest, de quo vide Propositionem 16 hujus Partis.

Propositio LXIII

Qui Metu ducitur, & bonum, ut malum vitet, agit, is ratione non ducitur.

Demonstratio. Omnes affectus, qui ad Mentem, quatenus agit, hoc est (per Prop. 3 p. 3), qui ad rationem referuntur, nulli alii sunt, quam affectus Laetitiae, & Cupiditatis (per Prop. 59 p. 3); atque adeo (per Defin. 13 Affect.) qui Metu ducitur, & bonum timore mali agit, is ratione non ducitur. Q.E.D.

Scholium. Superstitiosi, qui vitia exprobrare magis, quam virtutes docere norunt, & qui homines non ratione ducere, sed Metu ita continere student, ut malum potius fugiant, quam virtutes ament, nil aliud intendunt, quam ut reliqui aequae, ac ipsi, fiant miseri, & ideo non mirum, si plerumque molesti, & odiosi sint hominibus.

Corollarium. Cupiditate, quae ex ratione oritur, bonum directe sequimur, & malum indirecte fugimus.

Demonstratio. Nam Cupiditas, quae ex ratione oritur, ex solo Laetitiae affectu, quae passio non est, oriri potest (per Prop. 59 p. 3), hoc est, ex Laetitia, quae excessum habere nequit (per Prop. 61 hujus); non autem ex Tristitia, ac proinde haec Cupiditas (per Prop. 8 hujus) ex cognitione boni, non autem mali oritur; atque adeo ex ductu rationis bonum directe appetimus, & eatenus tantum malum fugimus. Q.E.D.

Scholium. Explicatur hoc Corollarium exemplo aegri, & sani. Comedit aeger id, quod aversatur, timore mortis; sanus autem cibo gaudet, & vita sic melius fruitur, quam si mortem timeret, eamque directe vitare cuperet. Sic iudex, qui non Odio, aut Ira, &c., sed solo Amore salutis publicae reum mortis damnat, sola ratione ducitur.

Propositio LXIV

Cognitio mali cognitio est inadaequata.

Demonstratio. Cognitio mali (per Prop. 8 hujus) est ipsa Tristitia, quatenus ejusdem sumus consci. Tristitia autem est transitio ad minorem perfectionem (per Defin. 3 Affect.), quae propterea per ipsam hominis essentiam intelligi nequit (per Prop. 6 & 7 p. 3); ac proinde (per Defin. 2 p. 3) passio est, quae (per Prop. 3 p. 3) ab ideis inadaequatis pendet, & consequenter (per Prop. 29 p. 2) ejus cognitio, nempe mali cognitio, est inadaequata. Q.E.D.

Not. Kusurlara ilenmeyi erdemleri öğretmekten daha iyi bilen ve insanları us yoluyla gütmeye değil ama korku ile kısıtlamaya çabalayan, ve bunu erdemi sevmelerini istemekten çok kötü olandan kaçınabilsinler diye yapan boşınançlıların geri kalanları da kendileri gibi sefil yapmaktan başka niyetleri yoktur, ve dolayısıyla insanlar için genellikle rahatsız edici ve nefret uyandırıcı olmalarına şaşırmmamak gerekir.

Sonurgu. Ustan doğan istek yoluyla iyi olanı dolaysızca izler ve kötü olandan dolaylı olarak kaçınırız.

Tanıt. Çünkü ustan doğan istek ancak bir tutku olmayan haz duygusundan (Bölüm 3, Ön. 59), eş deyişle, aşırı olamayan hazdan (Bölüm 4, Ön. 61) doğabilir, acıdan değil; buna göre bu istek (Bölüm 4, Ön. 8) iynin bilgisinden doğar, kötünün bilgisinden değil; dolayısıyla usun kılavuzluğu altında dolaysızca iyiyi ister, ve ancak bu düzeye dek kötüden kaçınırız.—Q.E.D.

Not. Bu sonurgu hasta ve sağlıklı insan örnekleri ile açıklanabilir. Hasta insan ölüm korkusundan sevmediğini yer; sağlıklı insan ise yediğinden haz duyar, ve böylece yaşamdan aldığı doyum ölümden korkması ve ondan dolaysızca kaçınmayı istemesi durumunda olacağından daha çoktur. Böylece bir suçluyu nefret ya da öfkeden vb. değil ama yalnızca kamu güvenliğini sevmesinden ölüme mahkum eden yargıç yalnızca us tarafından güdülür.

ÖNERME 64

Kötünün bilgisi yetersiz bilgidir.

Tanıt. Kötünün bilgisi (Bölüm 4, Ön. 8) onun bilincinde olduğumuz sürece acıdır. Ama acı daha küçük bir eksiksizliğe geçistir (Duyg. Tan. 3), ve dolayısıyla insanın özünün kendisi yoluyla anlaşılamaz (Bölüm 3, Ön. 6 ve 7); buna göre (Bölüm 3, Tan. 2) bir edilginliktir ki (Bölüm 3, Ön. 3) yetersiz idealar üzerine bağımlıdır, ve sonuç olarak (Bölüm 2, Ön. 29) acının bilgisi, eş deyişle, kötü olanın bilgisi yetersizdir.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, eğer insan anlığı yalnızca yeterli idealar taşıysaydı hiçbir kötülük kavramı oluşturmazdı.

ÖNERME 65

Usun kılavuzluğu altında iki iyiden büyüğünü ve iki kötüden küçüğünü izleriz.

Tanıt. Daha büyük bir iyiden yararlanmamızı önleyen bir iyi gerçekte kötüdür; çünkü kötü ve iyi (bu bölüme önsözde gösterdiğim gibi) şeyler için ancak onları birbirleri ile karşılaştırdığımız sürece ileri sürülür, ve (aynı nedenle) daha küçük bir kötü gerçekte iyidir, böylece (Bölüm 4, Ön. 63'e Sonurgu) usun kılavuzluğu altında yalnızca daha büyük iyiyi ve daha küçük kötüyü ister ya da izleriz.—Q.E.D.

Sonurgu. Usun kılavuzluğu altında daha küçük bir kötüyü daha büyük bir iyi uğruna izler, ve daha büyük bir kötünün nedeni olan daha küçük iyiyi gözardı ederiz. Çünkü burada daha küçük denilen kötü gerçekte iyidir, ve iyi ise tersine kötüdür; böylece (Bölüm 4, Ön. 63'e Sonurgu) birinciyi arar ve ikinciyi gözardı ederiz.—Q.E.D.

ÖNERME 66

Usun kılavuzluğu altında gelecekteki daha büyük iyiyi şimdiki daha küçüğüne karşı, ve şimdiki daha küçük kötüyü gelecekteki daha büyüğüne karşı yeğleyeceğiz.

Tanıt. Eğer anlık gelecek bir şeyin yeterli bilgisini taşıyabilseydi, gelecekteki şeye doğru şimdikine doğru olanla aynı duygu ile etkilenirdi (Bölüm 4, Ön. 62); dolayısıyla, bu önermede var-sayıma uygun olarak yapmamız gerektiği gibi, usun kendisini göz önüne aldığımız sürece, daha büyük iyi ya da kötü ister gelecekte ister şimdide alınsın, şey aynı kalır; buna göre (Bölüm 4, Ön. 65) gelecekteki daha büyük iyiyi şimdiki daha küçüğüne karşı vb. yeğleyeceğiz. —Q.E.D.

Sonurgu. Usun kılavuzluğu altında gelecekteki daha büyük bir iyinin nedeni olan şimdiki daha küçük kötüyü isteyecek, ve gelecekteki daha büyük bir kötünün nedeni olan şimdiki daha küçük iyiyi gözardı edeceğiz. Bu sonurgu önceki öner-

Corollarium. Hinc sequitur, quod si Mens humana non, nisi adaequatas, haberet ideas, nullam mali formaret notionem.

Propositio LXV

De duobus bonis majus, & de duobus malis minus ex rationis ductu sequemur.

Demonstratio. Bonum, quod impedit, quominus majore bono fruamur, est revera malum; malum enim, & bonum (ut in Praefat. hujus ostendimus) de rebus dicitur, quatenus eandem ad invicem comparamus, & (per eandem rationem) malum minus revera bonum est, quare (per Coroll. Prop. 63 hujus) ex rationis ductu bonum tantum majus, & malum minus appetemus, seu sequemur. Q.E.D.

Corollarium. Malum minus pro majore bono ex rationis ductu sequemur, & bonum minus, quod causa est majoris mali, negligemus. Nam malum, quod hic dicitur minus, revera bonum est, & bonum contra malum, quare (per Coroll. Prop. 63 hujus) illud appetemus, & hoc negligemus. Q.E.D.

Propositio LXVI

Bonum majus futurum prae minore praesenti, & malum praesens minus prae majori futuro ex rationis ductu appetemus.

Demonstratio. Si Mens rei futurae adaequatam posset habere cognitionem, eodem affectu erga rem futuram, ac erga praesentem afficeretur (per Prop. 62 hujus); quare quatenus ad ipsam rationem attendimus, ut in hac Propositione nos facere supponimus, res eadem est, sive majus bonum, vel malum futurum, sive praesens supponatur; ac proinde (per Prop. 65 hujus) bonum futurum majus prae minore praesenti &c. appetemus. Q.E.D.

Corollarium. Malum praesens minus, quod est causa majoris futuri boni, ex rationis ductu appetemus, & bonum praesens minus, quod causa est majoris futuri mali, negligemus. Hoc

Coroll. se habet ad praeced. Prop. ut Coroll. Prop. 65 ad ipsam Prop. 65.

Scholium. Si igitur haec cum iis conferantur, quae in hac Parte usque ad Propositionem 18 de affectuum viribus ostendimus, facile videbimus, quid homo, qui solo affectu, seu opinione, homini, qui ratione ducitur, intersit. Ille enim, velit nolit, ea, quae maxime ignorat, agit; hic autem nemini, nisi sibi, morem gerit, & ea tantum agit, quae in vita prima esse novit, quaeque propterea maxime cupit, & ideo illum servum, hunc autem liberum voco, de cuius ingenio, & vivendi ratione pauca adhuc notare libet.

Propositio LXVII

Homo liber de nulla re minus, quam de morte cogitat, & ejus sapientia non mortis, sed vitae meditatio est.

Demonstratio. Homo liber, hoc est, qui ex solo rationis dictamine vivit, mortis Metu non ducitur (per Prop. 63 hujus); sed bonum directe cupit (per Coroll. ejusdem Prop.), hoc est (per Prop. 24 hujus), agere, vivere, suum esse conservare ex fundamento proprium utile quaerendi; atque adeo nihil minus, quam de morte cogitat; sed ejus sapientia vitae est meditatio. Q.E.D.

Propositio LXVIII

Si homines liberi nascerentur, nulum boni, & mali formarent conceptum, quamdiu liberi essent.

Demonstratio. Illum liberum esse dixi, qui sola ducitur ratione; qui itaque liber nascitur, & liber manet, non nisi adaequatas ideas habet, ac proinde mali conceptum habet nullum (per Coroll. Prop. 64 hujus), & consequenter (nam bonum, & malum correlata sunt) neque boni. Q.E.D.

Scholium. Hujus Propositionis Hypothesin falsam esse, nec posse concipi, nisi quatenus ad solam naturam humanam, seu

meye Ön. 65'e Sonurgunun Ön. 65'e bağıntılı olduğu yolda bağıntılıdır.

Not. Eğer burada söylenenler bu bölümde 18. önermeye dek duyguların kuvveti açısından gösterdiklerimizle karşılaştırılırsa, yalnızca sanı ya da duygu tarafından güdülen bir insan ile us tarafından güdülen insan arasındaki ayrımın ne olduğunu kolayca görürüz. Birincisi, istesin istemesin, en bilgisizi olduğu şeyleri yapar; ikincisi ise herşeyde yalnızca kendini izler, ve yalnızca yaşamında birincil önemde olduğunu bildiği ve bu yüzden en çok istediği şeyleri yapar; dolayısıyla birinciye köle, ama ikinciye özgür diyorum ve bu sonuncunun kafa yapısı ve yaşam yolu üzerine burada birşeyler ekleyeceğim.

ÖNERME 67

Özgür insan hiçbirşeyi ölümden daha az düşünmez, ve bilgeliği ölüm değil ama yaşam üzerine bir meditasyondur.

Tanıt. Özgür insan, ya da, yalnızca usun buyruğuna göre yaşayan biri ölüm korkusuyla güdülenmez (Bölüm 4, Ön. 63); ama doğrudan doğruya iyi olanı ister (Bölüm 4, Ön. 63'e Sonurgu), eş deyişle (Bölüm 4, Ön. 24), ona yararlı olanı arama temelinde davranmak, yaşamak ve varlığını saklamak ister; öyleyse hiçbir şeyi ölümden daha az düşünmez, ama bilgeliği yaşam üzerine bir meditasyondur.—Q.E.D.

ÖNERME 68

İnsanlar özgür doğsalardı özgür kaldıkça iyi ve kötü üzerine hiçbir kavram oluşturmazlardı.

Tanıt. Yalnızca us tarafından güdülenin özgür olduğunu söyledim; öyleyse özgür doğan ve özgür kalan biri yeterli idealar dışında hiçbirşey taşımaz, ve buna göre kötü üzerine hiçbir kavram taşımaz (Bölüm 4, Ön. 64'e Sonurgu), ve dolayısıyla (iyi ve kötü bağlaşıklık oldukları için) iyi üzerine de hiçbir kavram taşımaz.—Q.E.D.

Not. Bu Bölümde Ön. 4'ten açık olduğu gibi, bu önermenin varsayımı yanlıştır, ve yalnızca insanın doğasını ya da, daha doğrusu, sonsuz

olduğu değil ama yalnızca insanın varoluşunun nedeni olduğu sürece Tanrıyı dikkate almadıkça kavranamaz. Bu ve daha önce tanıtladığım başka noktalar ilk insanın tarihi bağlamında Musa'nın demek istediği şeyler olmuş gibi görünürler. Çünkü o tarihte Tanrının insanı yaratmasını sağlayan gücü dışında, ya da, onu yalnızca insanın yararını gözetmeye götüren gücü dışında hiçbir gücü kavranmaz; buna göre Tanrının özgür insana iyi ve kötü bilgi ağacından yemeyi yasakladığı, ve ondan yer yemez hemen yaşamayı istemekten çok ölümden korkmaya başladığı anlatılır. Daha sonra erkek kendi doğasıyla bütünüyle anlaşma içinde olan bir eş bulunca, doğada ona ondan daha yararlı hiçbir şeyin olamayacağını anladığı, ama hayvanların da kendisine benzer olduğuna inanır inanmaz hemen onların duygularına öykünmeye başladığı (bkz. Bölüm 3, Ön. 27), ve özgürlüğünü yitirdiği anlatılır, ki bu İsa'nın Tininin, eş deyişle Tanrı ideasının kılavuzluğu altında Patrikler tarafından yeniden kazanılır—bir idea ki, insanın özgür olması, ve başka insanlar için kendisi için istediği iyiyi istemesi, yukarıda gösterdiğimiz gibi (Bölüm 4, Ön. 37), salt onun üzerine dayanır.

ÖNERME 69

Özgür insanın erdemi tehlikelerden kaçınmada ve onların üstesinden gelmede eşit ölçüde büyük görünür.

Tanıt. Bir duygu aykırı ve daha güçlü bir duygu yoluyla olmanın dışında engellenemez ya da ortadan kaldırılamaz (Bölüm 4, Ön. 7). Ama gözüpeklik ve korku eşit ölçüde büyük olarak kavranabilen duygulardır (Bölüm 4, Ön. 5 ve 3). Öyleyse gözüpekliliği engellemek için korku için olana eşit büyüklükte bir ansal erdem ya da güç (tanımı için bkz. Bölüm 3, Ön. 59'a Not) gerekir, ya da (Duyg. Tan. 40 ve 41), özgür insan tehlikelerden onların üstesinden gelmeye çalıştığı aynı ansal erdem ile kaçınır.—Q.E.D.

Sonurgu. Öyleyse özgür insan zamanında kaçmak için olduğu gibi döğüşmek için de aynı yü-

potius ad Deum attendimus, non quatenus infinitus, sed quatenus tantummodo causa est, cur homo existat, patet ex Propositione 4 hujus Partis. Atque hoc, & alia, quae jam demonstravimus, videntur a Mose significari in illa primi hominis historia. In ea enim nulla alia Dei potentia concipitur, quam illa, qua hominem creavit, hoc est, potentia, qua hominis solummodo utilitati consuluit, atque eatenus narratur, quod Deus homini libero prohibuerit, ne de arbore cognitionis boni, & mali comederet, & quod, simulac de ea comederet, statim mortem metueret potius, quam vivere cuperet. Deinde, quod inventa ab homine uxore, quae cum sua natura prorsus conveniebat, cognovit nihil posse in natura dari, quod ipsi posset illa esse utilis; sed quod, postquam bruta sibi similia esse credidit, statim eorum affectus imitari inceperit (vide Prop. 27 p. 3), & libertatem suam amittere, quam Patriarchae postea recuperaverunt, ducti Spiritu Christi, hoc est, Dei idea, a qua sola pendet, ut homo liber sit, & ut bonum, quod sibi cupit, reliquis hominibus cupiat, ut supra (per Prop. 37 hujus) demonstravimus.

Propositio LXIX

Hominis liberi virtus aequae magnae cernitur in declinandis, quam in superandis periculis.

Demonstratio. Affectus coerceri, nec tolli potest, nisi affectu contrario, & fortiore affectu coercendo (per Prop. 7 hujus). At caeca Audacia & Metus affectus sunt, qui aequae magni possunt concipi (per Prop. 5 & 3 hujus). Ergo aequae magnae animi virtus, seu fortitudo (hujus Definitionem vide in Schol. Prop. 59 p. 3) requiritur ad Audaciam, quam ad Metum coercendum, hoc est (per Defin. 40 & 41 Affect.), homo liber eadem animi virtute pericula declinat, qua eadem superare tentat Q.E.D.

Corollarium. Homini igitur libero aequae magnae Animositati fu-

ga in tempore, ac pugna ducitur: sive homo liber eadem Animositate, seu animi praesentia, qua certamen, fugam eligit.

Scholium. Quid Animositas sit, vel quid per ipsam intelligam, in Scholio Prop. 59 p. 3 explicui. Per periculum autem id omne intelligo, quod potest esse causa alicujus mali, nempe Tristitia, Odii, Discordiae, &c.

Propositio LXX

Homo liber, qui inter ignaros vivit, eorum, quantum potest, beneficia declinare studet.

Demonstratio. Unusquisque ex suo ingenio judicat, quid bonum sit (vide Schol. Prop. 39 p. 3); ignarus igitur, qui in aliquem beneficium contulit, id ex suo ingenio aestimabit, & si minoris ab eo, cui datum est, aestimari videt, contristabitur (per Prop. 42 p. 3). At homo liber reliquos homines amicitia sibi jungere (per Prop. 37 hujus), nec paria hominibus beneficia ex eorum affectu referre, sed se, & reliquos libero rationis judicio ducere, & ea tantum agere studet, quae ipse prima esse novit: ergo homo liber, ne ignaris odio sit, & ne eorum appetitui, sed soli rationi obsequatur, eorum beneficia, quantum potest, declinare conabitur. Q.E.D.

Scholium. Dico quantum potest. Nam quamvis homines ignari sint, sunt tamen homines, qui in necessitatibus humanum auxilium, quo nullum praestabilis est, adferre queunt; atque adeo saepe fit, ut necesse sit ab iisdem beneficium accipere, & consequenter iisdem contra ex eorum ingenio congratulari; ad quod accedit, quod etiam in declinandis beneficiis cautio esse debet, ne videamur eosdem contemnere, vel prae Avaritia remunerationem timere, atque ita dum eorum Odium fugimus, eo ipso in eorum offensionem incurramus. Quare in declinandis beneficiis ratio utilis, & honesti habenda est.

reklilik tarafından güdüdür; ya da, özgür insan döğüşmeyi ya da kaçmayı aynı yüreklilik ya da aynı ansal güç yoluyla seçer.

Not. Yüreklilik nedir, ya da ondan ne anlıyoruz, bunu Bölüm 3, Ön. 59'a Notta açıkladım. Ama tehlike ile acı, nefret, anlaşmazlık vb. gibi herhangi bir kötülüğün nedeni olabileni anlıyoruz.

ÖNERME 70

Bilgisizler arasında yaşayan özgür insan onların iyiliklerini elinden geldiğince geri çevirmeye çalışır.

Tanıt. Neyin iyi olduğunu herkes kendi anlayışına göre yargılar (Bölüm 3, Ön. 39'a Not); bu yüzden başkasına iyilikte bulunan bilgisiz biri onu kendi anlayışına göre değerlendirecek, ve onu kabul edenin ona çok az değer verdiğini gördüğünde acı duyacaktır (Bölüm 3, Ön. 42). Ama özgür insan başkalarını dostlukta kendine bağlamayı ister (Bölüm 4, Ön. 37), ve onlara ona yönelik duygularına göre eşdeğerde gördükleri armağanlarla karşılık vermeyi değil, ama kendini ve başkalarını usun özgür yargısı ile gütmeyi, ve yalnızca en önemli bulduğu şeyleri yapmayı ister; öyleyse özgür insan bilgisizlerin nefretini çekmesin diye, ve onların itkileri tarafından değil ama yalnızca us tarafından güdülmek için, olanaklı olduğu ölçüde iyiliklerinden kaçınmaya çalışacaktır.—Q.E.D.

Not. Olanaklı olduğu ölçüde diyorum. Çünkü bilgisiz olmalarına karşın gene de birer insandırlar, ve zorunlu olduğunda insanca yardımda bulunabilirler, ki daha büyüğü yoktur; bu yüzden, sık sık olduğu gibi, bilgisizlerin iyiliğini kabul etmenin ve onlara kendi anlayışlarına göre karşılığını vermenin önüne geçemeyiz; ve dahası, giderek iyilikleri geri çevirmede bile onları küçümsüyor ya da açgözlülük edip bir karşılık ödemekten korkuyor görünmemek için özen göstermelidir, çünkü yoksa nefretlerinden kaçınmaya çalışırken, tam bu yolla gücendirilmiş olacaktırlar. Bu yüzden iyilikleri geri çevirirken yararlı ve onurlu olanı göz önünde tutmalıyız.

ÖNERME 71

Yalnızca özgür insanlar birbirlerine en içten minnettarlığı duyarlar.

Tanıt. Ancak özgür insanlar birbirlerine en yararlıdırlar ve en sıkı dostluk bağı ile bağlıdırlar (Bölüm 4, Ön. 35 ve Sonurgu 1), ve eşit bir sevgi dürtüsü ile birbirlerine iyilikte bulunmaya çabalarlar (Bölüm 4, Ön. 37); dolayısıyla (Duyg. Tan. 34) ancak özgür insanlar birbirlerine gerçekten minnettardırlar.—Q.E.D.

Not. Kör istek tarafından güdülen insanların birbirlerine minnettarlığı genellikle minnettarlıktan çok bir pazarlık sorunu ya da bir tuzaktır. Dahası, nankörlük bir duygu değildir. Ama gene de aşağılıktır, çünkü genellikle insanın çok büyük bir nefret, öfke, ya da kendini beğenmişlik, ya da açgözlülük ile etkilendiğini belirtir. Çünkü aptallık yüzünden armağanlara karşılık vermeyi bilmeyen biri nankör değildir; ve kösnüsüne hizmet etmek için bir fahişenin armağanlarından etkilenmeyen biri ise hiç değildir, ne de hırsızlığını saklamak için bir hırsızın, ya da buna benzerlerinin armağanlarından etkilenmeyen biri. Ama tersine, bu birey kararlı bir kafa yapısı taşıdığını gösterir, çünkü kendisine ya da topluma zarar getirecek armağanların onu ayartmasına izin vermez.

ÖNERME 72

Özgür insan hiçbir zaman eğrilik yapmaz, ama her zaman dosdoğru davranır.

Tanıt. Eğer özgür insan özgür olduğu eğri birşey yapacak olursa, bunu usun buyruğuna göre yapacaktır (çünkü ona ancak bu düzeye dek özgür deriz); dolayısıyla eğri birşey yapmak bir erdem olacak (Bölüm 4, Ön. 24), ve bu yüzden (aynı önermeye göre) varlığını sakınmak için eğrilik yapmak herkes için daha yararlı olacaktır; ya da (kendinden açık olduğu gibi), insanlar için salt sözlerde anlaşmak ama gerçekte birbirine aykırı olmak en yararlısı olacaktır, ki (Bölüm 4, Ön. 31'e Sonurgu) saçmadır. Öyleyse özgür insan vs.—Q.E.D.

Propositio LXXI

Soli homines liberi erga invicem gratissimi sunt.

Demonstratio. Soli homines liberi sibi invicem utilissimi sunt, & maxima amicitiae necessitudine invicem junguntur (per Prop. 35 hujus, & ejus Coroll. 1), parique amoris studio sibi invicem benefacere conantur (per Prop. 37 hujus); adeoque (per Defin. 34 Affect.) soli homines liberi erga se invicem gratissimi sunt. Q.E.D.

Scholium. Gratia, quam homines, qui caeca Cupiditate ducuntur, invicem habent, mercatura, seu aucupium potius, quam gratia plerumque est. Porro ingratitudo affectus non est. Est tamen ingratitudo turpis, quia plerumque hominem nimio Odio, Ira, vel Superbia, vel Avaritia &c. affectum esse indicat. Nam qui prae stultitia dona compensare nescit, ingratus non est, sed multo minus ille, qui donis non movetur meretricis, ut ipsius libidini inserviat, nec furis, ut ipsius furta celet, vel alterius similis. Nam hic contra animum habere constantem ostendit, qui scilicet se nullis donis ad suam, vel communem perniciem patitur corrumpi.

Propositio LXXII

Homo liber nunquam dolo malo, sed semper cum fide agit.

Demonstratio. Si liber homo quicquam dolo malo, quatenus liber est, ageret, id ex dictamine rationis ageret (nam eatenus tantum liber a nobis appellatur): atque adeo dolo malo agere virtus esset (per Prop. 24 hujus), & consequenter (per eandem Prop.) unicuique ad suum esse conservandum consultius esset, dolo malo agere, hoc est (ut per se notum), hominibus consultius esset verbis solummodo convenire, re autem invicem esse contrarios, quod (per Coroll. Prop. 31 hujus) est absurdum. Ergo homo liber &c. Q.E.D.

Scholium. Si jam quaeratur, quid si homo se perfidia a praesenti mortis periculo posset liberare, an non ratio suum esse conservandi omnino suadet, ut perfidus sit? Respondebitur eodem modo, quod si ratio id suadeat, suadet ergo id omnibus hominibus, atque adeo ratio omnino suadet hominibus, ne nisi dolo malo paciscantur, vires conjungere, & jura habere communia, hoc est, ne revera jura habeant communia, quod est absurdum.

Propositio LXXIII

Homo qui ratione ducitur, magis in civitate, ubi ex communi decreto vivit, quam in solitudine, ubi sibi soli obtemperat, liber est.

Demonstratio. Homo, qui ratione ducitur, non ducitur Metu ad obtemperandum (per Prop. 63 hujus); sed quatenus suum esse ex rationis dictamine conservare conatur, hoc est (per 5chol. Prop. 66 hujus), quatenus libere vivere conatur, communis vitae, & utilitatis rationem tenere (per Prop. 37 hujus), & consequenter (ut in Schol. 2 Prop. 37 hujus ostendimus) ex communi civitatis decreto vivere cupit. Cupit ergo homo, qui ratione ducitur, ut liberius vivat, communia civitatis jura tenere. Q.E.D.

Scholium. Haec, & similia, quae de vera hominis libertate ostendimus, ad Fortitudinem, hoc est (per Schol. Prop. 59 p. 3) ad Animositatem, & Generositatem referuntur. Nec operae pretium duco, omnes Fortitudinis proprietates hic separatim demonstrare, & multo minus, quod vir fortis neminem odio habeat, nemini irascatur, invidet, indignetur, neminem despiciat, minimeque superbiat. Nam haec, & omnia, quae ad veram vitam, & Religionem spectant, facile ex Propositione 37 & 46 hujus Partis convincuntur; nempe quod Odium Amore contra vincendum sit, & quod unusquisque, qui ratione ducitur,

Not. Eğer bir insan kendini ortadaki bir ölüm tehlikesinden ihanet yoluyla kurtarabilecekse, varlığının sakınımı için us ona ihanet etmesini salık vermez mi? diye sorulabilir. Bu aynı yolda yanıtlanabilir: Us ona bunu salık verirse, aynı şeyi tüm insanlara salık verecektir, ve dolayısıyla us tüm insanlara kuvvetlerini birleştirmek ve ortaklaşa yasalara iye olmak için hilekarca olmanın dışında hiçbir anlaşma yapmamalarını, ya da gerçekte ortaklaşa hiçbir tüzelerinin olmamasını salık verecektir, ki saçmadır.

ÖNERME 73

Us tarafından güdülen insan ortak karara göre yaşamasını isteyen bir Devlette, salt kendine boyun eğmesi demek olan yalnızlıkta olduğundan daha özgürdür.

Tanıt. Us tarafından güdülen bir insan korku tarafından boyun eğmeye götürülmez (Bölüm 4, Ön. 64); ama varlığını usun buyruğuna göre sakınmaya çabaladığı sürece, ya da (Bölüm 4, Ön. 66'ya Not), özgürce yaşamaya çabaladığı sürece, ortak yaşam ve yararı göz önüne almayı ister (Bölüm 4, Ön. 37); ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 37'ye Not 2'de gösterdiğimiz gibi) Devletin ortak kararına göre yaşamayı ister. Öyleyse us tarafından güdülen bir insan, daha özgür yaşayabilmek için, Devletin ortak tüzesine sarılmayı ister.—Q.E.D.

Not. İnsanın gerçek özgürlüğü açısından gösterdiğimiz bu ve benzeri şeyler dayanıklılık ile, ya da (Bölüm 3, Ön. 59'a Not), yürekli ve yüce gönüllülük ile ilgilidir. Ama burada dayanıklılığın tüm özelliklerini tek tek göstermeye değer olduğunu düşünmüyorum, ne de güçlü insanın hiç kimseden nefret etmediğini, hiç kimseye öfke duymadığını, haset etmediğini, kızgın olmadığını, hiç kimseyi küçümsemediğini ve en küçük bir biçimde kendini beğenmiş olmadığını göstermeyi gerekli görüyorum. Çünkü tüm bunlar, ve doğru yaşam ve Din ile ilgili benzeri noktalar, nefretin sevgi tarafından yenileceğini ve us tarafından güdülen herkesin başkaları için kendi için istediği iyiliği istediğini gösteren Bölüm

4, Ön. 37 ve 46'dan kolayca çıkarsanabilir. Buna eklemeliyiz ki, daha önce bu bölümde Ön. 50'ye Notta ve başka yerlerde belirttiğimiz gibi, güçlü insan her şeyin tanrısal doğanın zorunluluğundan doğduğu, ve buna göre zararlı ve kötü olduğunu düşündüğü herşeyin, ve dahası, inançsız, korkunç, haksız, ya da aşağılık görünen herşeyin onun şeyleri düzensiz, sakat ve karışık bir yolda kavramasından doğduğu olgusunu herşeyin üstünde görecektir; ve tam bu nedenle, başlıca çabası şeyleri kendilerinde olduğu gibi kavramak, ve gerçek bilginin nefret, öfke, haset, alay, kendini beğenmişlik ve daha önce belirttiğimiz bu türden başka şeyler gibi engellerini ortadan kaldırmaktır; ve böylece, dediğimiz gibi, elinden geldiğince iyi davranmaya ve haz duymaya çabalar. Bu şeylere erişmede insan erdeminin nereye dek varabileceğini ve ne yapabileceğini sonraki Bölümde göstereceğim.

Ek

Bu bölümde doğru yaşam yolu açısından belirttiklerim ilk bakışta görülebilecek bir yolda düzenlenmedi ve tanıtlamalar birini ötekinden daha kolayca çıkarsamama olanak verecek bir yolda oraya buraya dağıtıldı. Bu yüzden burada bunları toparlayacak ve önemli noktaları kapsayan birincil başlıklar altına getireceğim.

Ananokta 1

Tüm çabalarımız ya da isteklerimiz doğamızın zorunluluğundan öyle bir yolda doğarlar ki, ya en yakın nedenleri olarak onun yoluyla, ya da başka bireyler olmaksızın kendinde yeterli olarak kavranamayan doğanın bir parçası olmamız yoluyla anlaşılabilirler.

Ananokta 2

Doğamızdan yalnızca onun yoluyla anlaşılacakları bir yolda doğan istekler, yeterli idealardan oluşuyor olarak kavrandığı sürece anlık ile ilişkili olanlardır; geri kalan istekler ise, yalnızca şeyleri yetersiz olarak kavradığı sürece anlık

bonum, quod sibi appetit, reliquis etiam ut sit, cupiat. Ad quod accedit id, quod in Scholio Propositionis 50 huius Partis, & aliis in locis notavimus, quod scilicet vir fortis hoc apprime consideret, nempe quod omnia ex necessitate divinae naturae sequantur, ac proinde quicquid molestum, & malum esse cogitat, & quicquid praeterea impium, horrendum, injustum, & turpe videtur, ex eo oritur, quod res ipsas perturbate, mutilate, & confuse concipit; & hac de causa apprime conatur res, ut in se sunt, concipere, & vexae cognitionis impedimenta amovere, ut sunt Odium, Ira, Invidia, Irrisio, Superbia, & reliqua huiusmodi, quae in praecedentibus notavimus; atque adeo, quantum potest, conatur, uti diximus, bene agere, & lactari. Quousque autem humana virtus ad haec consequenda se extendat, & quid possit, in sequenti Parte demonstrabo.

Appendix

Quae in hac Parte de recta vivendi ratione tradidi, non sunt ita disposita, ut uno aspectu videri possint; sed disperse a me demonstrata sunt, prout scilicet unum ex alio facilius deducere poterim. Eadem igitur hic recolligere, & ad summa capita redigere proposui.

Caput I

Omnes nostri conatus, seu Cupiditates ex necessitate nostrae naturae ita sequuntur, ut vel per ipsam solam, tanquam per proximam suam causam, possint intelligi, vel quatenus naturae sumus pars, quae per se absque aliis individuus non potest adaequate concipi.

Caput II

Cupiditates, quae ex nostra natura ita sequuntur, ut per ipsam solam possint intelligi, sunt illae, quae ad Mentem referuntur, quatenus haec ideis adaequatis constare concipitur; reliquae vero Cupiditates ad Mentem non referuntur, nisi qua-

tenus res inadaequate concipit, & quarum vis, & incrementum non humana, sed rerum, quae extra nos sunt, potentia definiri debet; & ideo illae recte actiones, hae autem passionis vocantur; illae namque nostram potentiam semper indicant, & hae contra nostram impotentiam, & mutilatam cognitionem.

Caput III

Nostrae actiones, hoc est, Cupiditates illae, quae hominis potentia, seu ratione definiuntur, semper bonae sunt, reliquae autem tam bonae, quam malae possunt esse.

Caput IV

In vita itaque apprime utile est, intellectum, seu rationem, quantum possumus, perficere, & in hoc uno summa hominis felicitas, seu beatitudo consistit; quippe beatitudo nihil aliud est, quam ipsa animi acquiescentia, quae ex Dei intuitiva cognitione oritur: at intellectum perficere nihil etiam aliud est, quam Deum, Deique attributa, & actiones, quae ex ipsius naturae necessitate consequuntur, intelligere. Quare hominis, qui ratione ducitur, finis ultimus, hoc est, summa Cupiditas, qua reliquas omnes moderari studet, est illa, qua fertur ad se, resque omnes, quae sub ipsius intelligentiam cadere possunt, adaequate concipiendum.

Caput V

Nulla igitur vita rationalis est sine intelligentia, & res eatenus tantum bonae sunt, quatenus hominem juvant, ut Mentis vita fruatur, quae intelligentia definitur. Quae autem contra impediunt, quominus homo rationem perficere, & rationali vita frui possit, eas solummodo malas esse dicimus.

Caput VI

Sed quia omnia illa, quorum homo efficiens est causa, necessario bona sunt, nihil ergo mali homini evenire potest, nisi a causis externis; nempe quatenus pars est totius naturae, cuius legibus humana natura obtem-

perat. İlişkilidirler, ve kuvvetleri ve artuşları insan gücü tarafından değil ama dışımızdaki şeylerin güçleri tarafından tanımlanır; öyleyse birincilere haklı olarak eylemler, ikincilere ise tutkular denir; çünkü birinciler her zaman gücümüzü ve ikinciler ise tersine güçsüzlüğümüzü ve sakatlanmış bilgimizi belirtirler.

Ananokta 3

Eylemlerimiz, eş deyişle, insanın gücü ya da usu tarafından tanımlanan istekler her zaman iyidir; geri kalanlar hem iyi hem de kötü olabilirler.

Ananokta 4

Bu yüzden anlayış ya da usu olanaklı olduğu ölçüde eksiksiz kılmak bizim için yaşamda özellikle yararlıdır, ve insanın en yüksek mutluluğu ya da kutluluğu yalnızca bundan oluşur; çünkü kutluluk sezgisel Tanrı bilgisinden doğan ansal hoşnutluktan başka birşey değildir, ve anlayış eksiksizleştirmek Tanrıyı ve onun doğasının zorunluluğundan doğan yüklem ve eylemleri anlamaktan başka birşey değildir. Öyleyse us tarafından güdülen insanın son amacı, ya da tüm başka isteklerini denetlemeye çabalamasını sağlayan en büyük isteği onu kendini ve anlama yetisi altına getirilebilecek tüm şeyleri yeterli olarak kavramaya götüren istektir.

Ananokta 5

Öyleyse anlama olmaksızın hiçbir ussal yaşam yoktur, ve şeyler ancak insana anlama yetisi tarafından tanımlanan ansal yaşamdan haz almada yardım ettikleri sürece iyidirler. Buna karşı, bir insanın usunu eksiksizleştirmesini ve ussal bir yaşamdan haz almasını engelleyen şeylere, yalnızca bunlara kötü deriz.

Ananokta 6

Ama etker nedenleri insan olan herşey zorunlu olarak iyi olduğu için, insan ancak dışsal nedenlerden, eş deyişle, doğanın bütününe bir parçası olduğu sürece kötülükle karşılaşabilir—bir doğa ki, insan doğası onun yasala-

rına boyun eğmeye ve hemen hemen sonsuz yolda ona uymaya zorlanır.

Ananokta 7

Bir insanın doğanın bir parçası olmaması ve onun ortak düzenini izlememesi olanaksızdır; ama kendi doğası ile anlaşılan bireyler arasında yaşıyorsa, tam bu olgu nedeniyle etkinlik gücü yardım görecektir ve beslenecektir. Buna karşı, doğasıyla hiçbir biçimde anlaşmayan bireyler arasında yaşıyorsa, doğasında büyük bir değişim olmaksızın kendini onlara uyarlamayı başaramayacaktır.

Ananokta 8

Şeylerin Doğasında kötü oldukları ya da varolmamızın ve ussal bir yaşamdan haz alabilmemizin önüne geçebilecekleri yargısında bulunduğumuz herşeyi en güvenilir görünen yolla kendimizden uzaklaştırabiliriz; buna karşı, iyi oldukları ya da varlığımızın sakınımları için ve ussal bir yaşamdan haz duyabilmek için yararlı oldukları yargısında bulunduğumuz herşeyi kendi yararımız için alıp dilediğimiz her yolda kullanabiliriz; ve salık olarak herkes en yüksek doğa hakkı ile kendi yararına katkıda bulunduğu yargısında bulunduğu herşeyi yapabilir.

Ananokta 9

Hiçbirşey herhangi bir şeyin doğası ile aynı türün geri kalan bireylerinden daha çok anlaşılmaz; ve böylece (Ananokta 7) insan için varlığının sakınımları için ve ussal bir yaşamdan haz almak için usun güdümündeki bir insandan daha yararlı hiçbirşey yoktur. Yine, tekil şeyler arasında usun güdümündeki bir insandan daha eşsiz hiçbirşey bilmediğimiz için, buna göre bir insanın ne denli becerikli ve yetenekli olduğunu gösterebilmesinin en iyi yolu insanları uslarının yetkisi altında yaşayacakları bir yolda eğitmekten başkası değildir.

Ananokta 10

İnsanlar birbirlerine karşı haset ya da herhangi bir nefret duygusu ile etkilendikleri sürece birbirlerine aykırıdır, ve dolayısıyla doğanın baş-

perare, & cui infinitis modis pene sese accommodare cogitur.

Caput VII

Nec fieri potest, ut homo non sit naturae pars, & communem ejus ordinem non sequatur; sed si inter talia individua versetur, quae cum ipsius hominis natura conveniunt, eo ipso hominis agendi potentia juvabitur, & fovebitur. At si contra inter talia sit, quae cum ipsius natura minime conveniunt, vix absque magna ipsius mutatione iisdem sese accommodare poterit.

Caput VIII

Quicquid in rerum natura datur, quod judicamus malum esse, sive posse impedire, quominus existere, & vita rationali frui queamus, id a nobis removere ea via, quae securior videtur, licet, & quicquid contra datur, quod judicamus bonum, sive utile esse ad nostrum esse conservandum, & vita rationali fruendum, id ad nostrum usum capere, & eo quocumque modo uti nobis licet; & absolute id unicuique summo naturae jure facere licet, quod ad ipsius utilitatem conferre judicat.

Caput IX

Nihil magis cum natura alicujus rei convenire potest, quam reliqua ejusdem speciei individua; adeoque (per Caput 7) nihil homini ad suum esse conservandum, & vita rationali fruendum utilius datur, quam homo, qui ratione ducitur. Deinde quin inter res singulares nihil novimus, quod homine, qui ratione ducitur, sit praestantius, nulla ergo re magis potest unusquisque ostendere, quantum arte, & ingenio valeat, quam in hominibus ita educandis, ut tandem ex proprio rationis imperio vivant.

Caput X

Quatenus homines Invidia, aut aliquo Odii affectu in se invicem feruntur, eatenus invicem contrarii sunt, & consequenter eo magis

tirnendi, quo plus possunt, quam reliqua naturae individua.

Caput XI

Animi tamen non armis, sed Amore, & Generositate vincuntur.

Caput XII

Hominibus apprime utile est, consuetudines jungere, seseque iis vinculis astringere, quibus aptius de se omnibus unum efficiant, & absolute ea agere, quae firmandis amicitii inserviunt.

Caput XIII

Sed ad haec ars, & vigilantia requiritur. Sunt enim homines varii (nam rari sunt, qui ex rationis praescripto vivunt), & tamen plerumque invidi, & magis ad vindictam, quam ad Misericordiam proclives. Unumquodque igitur ex ipsius ingenio ferre, & sese continere, ne eorum affectus imitetur, singularis animi potentiae opus est. At qui contra homines carpere, & vitia potius exprobrare, quam virtutes docere, & hominum animos non firmare, sed frangere norunt, ii & sibi, & reliquis molesti sunt; unde multi prae nimia scilicet animi impatientia, falsoque religionis studio, inter bruta potius, quam inter homines vivere maluerunt; ut pueri, vel adolescentes, qui parentum jurgia aequo animo ferre nequeunt, militatum confugiunt, & incommoda belli, & imperium tyrannidis prae domesticis commodis, & paternis admonitionibus eligunt, & quidvis oneris sibi imponi patiuntur, dummodo parentes ulciscantur.

Caput XIV

Quamvis igitur homines omnia plerumque ex sua libidine moderentur, ex eorum tamen communi societate multo plura commoda, quam damna sequuntur. Quare satius est eorum injurias aequo animo ferre, & studium iis adhibere, quae concordiae, & amicitiae conciliandae inserviunt.

ka bireylerinden ne denli daha güçlü iseler o denli korkulacaklardır.

Ananokta 11

Gene de ruhlar üzerinde utku silahlarla değil, ama sevgi ve yüceğönüllülük ile kazanılır.

Ananokta 12

İnsanlar için en yararlı şey birleşmeye alışmak, tümünü çok kolayca tek bir varlıkta birleştirebilecek bağlar yoluyla kaynaşmak, ve saltık olarak dostluğu güçlendirmeye hizmet edebilecek herşeyi yapmaktır.

Ananokta 13

Ama bunun için beceri ve uyanıklık gerekir. Çünkü insanlar kararsızdır (çünkü usun buyruğuna göre yaşayanlar enderdir), ve üstelik çoğunlukla hasetçidirler, ve acımadan çok öç almaya yatkınlık gösterirler. Bu yüzden hangi anlayışta olursa olsunlar her birine dayanmak ve kendini durdurarak başkalarının duygularına öykünmekten kaçınmak özel bir anlık gücünü gerektirir. Buna karşı, insanları aşağılayanlar, erdemsizlikleri yermeyi erdemleri öğretmekten daha iyi bilenler, ve insanların anlıklarını güçlendirmek yerine zayıflatanlar, tüm bunlar hem kendileri hem de başkaları için zararlıdır, öyle ki bunlardan pekçoğu çok büyük bir ansal dayançsızlıktan ve göstermelik bir dinsel coşkudan ötürü insanlar arasında olmaksansa hayvanlar arasında yaşamayı yeğlemişlerdir; tıpkı ebeveynlerinin azarlarına dayançla katlanamayıp evin rahatlığı ve babanın öğütleri yerine orduya kaçarak savaşın eziyetlerini ve bir tiranın yetkesini yeğleyen, ve ebeveynlerinden öç alabilme koşuluyla her tür yüke dayanan-bilen çocuklar ve gençler gibi.

Ananokta 14

Bu yüzden, insanların çoğunlukla herşeyde kösnüleri tarafından yönetilmelerine karşın, gene de ortak toplumlarından zarardan çok yarar doğar. Öyleyse verebilecekleri zararlara dayançla katlanmak ve kendini coşkuyla uyum ve dostluk üretmeye hizmet eden şeylere vermek daha iyidir.

Ananokta 15

Uyum yaratan şeyler haklılık, doğruluk ve dürüstlük ile ilgili olanlardır. Çünkü insanlar yalnızca bir şey haksız ve eğri olduğunda değil, ama aşağılık görüldüğünde, ya da biri Devletin kabul edilen törelerini küçümsediğinde de incinirler. Ama sevgi kazanabilmek için, herşeyden önce Din ve dindarlık ile ilgili şeyler zorunludur. Bu noktalar üzerine bkz. Bölüm 4, Ön. 37'ye Not 1 ve 2; Ön. 46'ya Not ve Ön. 73'e Not.

Ananokta 16

Uyum çoğu kez korku tarafından yaratılır; ama o zaman güvenilir değildir. Ve eklemek gerek ki, korku anlığın güçsüzlüğünden doğar, ve dolaşısıyla us kullanımına ait değildir; tıpkı acıma gibi, gerçi bu bir tür ödev duygusu görünüşü verse de.

Ananokta 17

Bundan başka, insanlar eliaçıklık tarafından da kazanılırlar, özellikle yaşamı sürdürmek için zorunlu olanları satın alacak durumda olmayanlar. Ama gereksinimi olan herkese yardım etmek özel bir kişinin gücünü ve verebileceğini çok çok aşar. Çünkü özel bir kişinin varlığı bunu sağlamak için çok yetersizdir. Dahası, bir insanın yeteneği tüm insanları dostlukta kendine bağlayabilmek için çok sınırlıdır; bu nedenle yok-sullar için kaygılanmak toplumun bütünü için bir yükümlülüktür ve yalnızca kamu yararını ilgilendirir.

Ananokta 18

İyilikleri kabul etmede ve karşılık olarak minnettar olmada kaygımız bütünüyle başka türlü olmalıdır: bu konu için bkz. Bölüm 4, Ön. 70'e Not ve 71'e Not.

Ananokta 19

Dahası, tensel sevgi, eş deyişle, salt biçimsel güzellikten doğan üreme kösnüsü, ve saltık olarak anlığın özgürlüğünden başka her nedeni kabul eden tüm sevgi kolayca nefrete geçer—eğer, daha da kötüsü, bir tür delilik olmazsa; ve o zaman uyum tarafından olmaktan çok uyumsuz-

Caput XV

Quae concordiam gignunt, sunt illa, quae ad justitiam, aequitatem, & honestatem referuntur. Nam homines praeter id, quod injustum, & iniquum est, etiam aegre ferunt, quod turpe habetur, sive quod aliquis receptos civitatis mores aspernatur. Amori autem conciliando illa apprime necessaria sunt, quae ad Religionem, & Pietatem spectant. De quibus vide Schol. 1 & 2 Prop. 37 & Schol. Prop. 46 & Schol. Prop. 73 p. 4.

Caput XVI

Solet praeterea concordia ex Metu plerumque gigni, sed sine fide. Adde, quod Metus ex animi impotentia oritur, & propterea ad rationis usum non pertinet; ut nec Commiseratio, quamvis Pietatis speciem prae se ferre videatur.

Caput XVII

Vincuntur praeterea homines etiam largitate, praecipue ii, qui non habent, unde comparare possint illa, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt. Attamen unicuique indigenti auxilium ferre, vires & utilitatem viri privati longe superat. Divitiae namque viri privati longe impares sunt ad id suppeditandum. Unius praeterea viri facultas limitatior est, quam ut omnes sibi possit amicitia jungere; quare pauperum cura integrae societati incumbit, & ad communem tantum utilitatem spectat.

Caput XVIII

In beneficiis accipiendis, & gratia referenda alia prorsus debet esse cura, de qua vide Schol. Prop. 70 & Schol. Prop. 71 p. 4.

Caput XIX

Amor praeterea meretricius, hoc est, generandi libido, quae ex forma oritur, & absolute omnis Amor, qui aliam causam praeter animi libertatem agnoscit, facile in Odium transit, nisi, quod pejus est, species delirii sit, atque tum magis discordia, quam con-

cordia fovetur. Vide Schol. Prop. 31 p. 3.

Caput XX

Ad matrimonium quod attinet, certum est, ipsum cum ratione convenire, si Cupiditas miscendi corpora non ex sola forma, sed etiam ex Amore liberos procreandi, & sapienter educandi, ingeneretur; & praeterea, si utriusque, viri scilicet & foeminae, Amor, non solam formam, sed animi praecipue libertatem pro causa habeat.

Caput XXI

Gignit praeterea adulatio concordiam, sed foedo servitutis crimine, vel perfidia; nulli quippe magis adulatione capiuntur, quam superbi, qui primi esse volunt, nec sunt.

Caput XXII

Abjectioni falsa pietatis, & religionis species inest. Et quamvis Abjectio Superbiae sit contraria, est tamen abjectus superbo proximus. Vide Schol. Prop. 57 p. 4.

Caput XXIII

Confert praeterea concordiae Pudor in iis tantum, quae celari non possunt. Deinde, quia ipse Pudor species est Tristitiae, ad rationis usum non spectat.

Caput XXIV

Caeteri Tristitiae erga homines affectus directe iustitiae, aequitatis, honestatis, pietatis, & religioni opponuntur, & quamvis Indignatio aequitatis speciem prae se ferre videatur, ibi tamen sine lege vivitur, ubi unicuique de factis alterius iudicium ferre, & suum, vel alterius jus vindicare licet.

Caput XXV

Modestia, hoc est, Cupiditas hominibus placendi, quae ex ratione determinatur, ad Pietatem (ut in Schol. 1 Prop. 37 p. 4 diximus) refertur. Sed, si ex

luk tarafından beslenir. Bkz. Bölüm 3, Ön. 31'e Sonurgu.

Ananokta 20

Evliliğe gelince, hiç kuşkusuz bedensel birleşme isteği yalnızca biçimsel güzellikten değil, ama çocuklar doğurma ve onları bilgece eğitime sevgisinden de geliyorsa, us ile uyum içindedir; ve dahası, eğer ikisinden, eş deyişle karı ya da kocadan birinin sevgisi nedeni olarak yalnızca biçimsel güzelliği değil ama ayrıca, ve herşeyden önce, ansal özgürlüğü de alıyorsa.

Ananokta 21

Dalkavukluk da uyum yaratır, ama yalnızca tiksindirici kölelik ayıbı ya da hainlik yoluyla; çünkü dalkavukluktan hiç kimse kendini beğenmiş olanlar ve birinci olmayı istemelerine karşın öyle olmayanlar denli etkilenmez.

Ananokta 22

Kendini aşağılamada yalancı bir dindarlık ve Din görünüşü vardır. Ve kendini aşağılama kendini beğenmişliğin aykırısı olsa da, kendini hor gören, kendini aşağılayan biri kendini beğenmişin en yakınında durandır. Bkz. Bölüm 4, Ön. 57'ye Not.

Ananokta 23

Utancı da uyuma katkıda bulunur, ama ancak gizlenemeyecek şeylerde. Yine, bir tür acı olduğu sürece, utancın da us kullanımı ile hiçbir ilgisi yoktur.

Ananokta 24

İnsanlara karşı geri kalan acı duyguları haklılığa, doğruluğa, dürüstlüğe, ödev duygusuna ve dine doğrudan aykırıdır; ve gerçi kızgınlık bir tür doğruluk gibi görünse de, herkesin başkasının eylemleri üzerine yargıda bulunabildiği ve kendisinin ya da başkasının hakkını yerine getirebildiği yerde yaşam yasadız olurdu.

Ananokta 25

Alçakgönüllülük, eş deyişle, insanları hoşnut etme isteği, us tarafından belirlenirse (Bölüm 4, Ön. 37'ye Not), ödev duygusu ile ilgilidir. Ama duygudan doğuyorsa, hırs ya da istektir ki, onun-

la insanlar, yalancı bir ödev duygusu görünüşü altında, çoğunlukla geçimsizlik ve karışıklık yaratırlar. Çünkü başkalarına da onun gibi en yüksek iyiden yararlanabilsinler diye öğüt ya da edimle yardım etmeyi isteyen biri herşeyden önce onların sevgilerini kazanmak için çalışacaktır; ama öğreti onun adıyla adlandırılmasın ve saltık olarak haset için bir fırsat yaratmasın diye hayranlıklarını kazanmaya çalışmayacaktır. Yine, gündelik söyleşilerinde de insanların ayıplarına değinmekten kaçınmaya özen gösterecek ve insan güçsüzlüğünden çok az söz edecektir; buna karşı büyük ölçüde insan erdeminden ya da gücünden ve bunun eksiksiz kılınmasını sağlayabilecek yoldan geniş olarak söz edecektir, öyle ki insanlar, korku ya da tiksime tarafından değil ama yalnızca haz duygusu tarafından devindirilerek ellerinden geldiği ölçüde usun buyruğuna göre yaşamaya çabalayacaklardır.

Ananokta 26

Doğada insandan başka anlığından sevinç duyabileceğimiz, ya da dostluk ya da başka herhangi bir tür ilişki yoluyla kendimize bağlayabileceğimiz tekil hiçbirşey bilmeyiz; ve bu yüzden kendi yararımızı göz önüne almamız şeylerin Doğasında insanın dışında varolan hiçbir şeyi sakınmamızı gerektirmez; tersine, bize onu değişik kullanım yollarına göre saklamayı ya da yoketmeyi ya da dilediğimiz herhangi bir yolda kendi yararımız için uyarlamayı öğretir.

Ananokta 27

Dışımızda olan şeylerden sağladığımız yarar, onları gözleyerek ve bir biçimden bir başkasına değiştirerek kazandığımız deneyim ve bilginin yanı sıra, başlıca bedeninin sakınımidir; bu bakımdan bedeni tüm parçalarının işlevlerini doğru olarak yerine getirebilecekleri bir yolda besleyen ve geliştiren şeyler özellikle yararlıdır. Çünkü beden birçok yolda etkilenmeye ya da dışsal şeyleri birçok yolda etkilemeye ne denli yatkınsa, anlık düşünme için o denli yatkındır (Bölüm 4, Ön. 38 ve 39). Ama Doğada bu türden çok az şey var gibi görünür, ve dolayısıyla bedenin gerektiği gibi beslenmesi için

affectu oriatur, Ambitio est, sive Cupiditas, qua homines falsa Pietatis imagine plerumque discordias, & seditio- nes concitant. Nam qui reliquos consilio, aut re juva- re cupit, ut simul summo fru- antur bono, is apprime studebit, eorum sibi Amorem conciliare; non autem eos in admirationem traducere, ut disciplina ex ipso habeat voca- bulum, nec ullas absolute Invidiae causas dare. In com- muniibus deinde colloquiis cavebit hominum vitia referre, & de humana impotentia non nisi parce loqui curabit: at largiter de humana virtute, seu potentia, & qua via possit perfici, ut sic homines, non ex Metu, aut aversione, sed solo Laetitiae affectu moti, ex rati- onis praescripto, quantum in se est, conentur vivere.

Caput XXVI

Praeter homines nihil singu- lare in natura novimus, cujus Mente gaudere, & quod nobis amicitia, aut aliquo consuetu- dinis genere jungere possu- mus; adeoque quicquid in rerum natura extra homines datur, id nostrae utilitatis ratio conservare non postulat; sed pro ejus vario usu conser- vare, destruere, vel quo- cunque modo ad nostrum usum adaptare nos docet.

Caput XXVII

Utilitas, quam ex rebus, quae extra nos sunt, capimus, est praeter experientiam, & cog- nitionem, quam acquirimus ex eo, quod easdem observamus, & ex his formis in alias muta- mus, praecipua corporis conser- vatio; & hac ratione res illae imprimis utiles sunt, quae Cor- pus ita alere, & nutrire possunt, ut ejus omnes partes officio suo recte fungi queant. Nam quo Corpus aptius est, ut pluribus modis possit affici, & corpora externa pluribus modis affice- re, eo Mens ad cogitandum est aptior (vide Prop. 38 & 39,

p. 4). At hujus notae perpauca in natura esse videntur, quare ad Corpus, ut requiritur, nutriendum necesse est multis naturae diversae alimentis uti. Quippe humanum Corpus ex plurimis diversae naturae partibus componitur, quae continuo alimento indigent, & vario, ut totum Corpus ad omnia, quae ex ipsius natura sequi possunt, aequae aptum sic, & consequenter ut Mens etiam aequae apta sit ad plura concipiendum.

Caput XXVIII

Ad haec autem comparandum vix unusquisque vires sufficeret, nisi homines operas mutuas traderent. Verum omnium rerum compendium pecunia attulit, unde factum, ut ejus imago Mentem vulgi maxime occupare soleat; quia vix ullam Laetitiae speciem imaginari possunt, nisi concomitante nummorum idea, tanquam causa.

Caput XXIX

Sed hoc vitium eorum tantum est, qui non ex indigentia, nec propter necessitates nummos quaerunt; sed quia lucri artes didicerunt, quibus se magnifice efferunt. Caeterum corpus ex consuetudine pascunt; sed parce, quia tantum de suis bonis se perdere credunt, quantum sui Corporis conservationi impendunt. At qui verum nummorum usum norunt, & divitiarum modum ex sola indigentia moderantur, paucis contenti vivunt.

Caput XXX

Cum igitur res illae sint bonae, quae Corporis partes juvant, ut suo officio fungantur, & Laetitia in eo consistat, quod hominis potentia, quatenus Mente & Corpore constat, juvatur, vel augetur, sunt ergo illa omnia, quae Laetitiam afferunt, bona. Attamen, quoniam contra non cum in finem res agunt, ut nos Laetitia afficiant, nec earum agendi potentia, ex nostra utilitate temperatur, & denique, quoniam Laetitia plerumque ad unam Corporis partem potissimum refertur, habent ergo plerumque Laetitiae affectus (nisi ratio, & vigilantia adsit), & consequenter Cupiditates etiam, quae ex iisdem generantur, excessum; ad quod accedit, quod

çeşitli doğarlarda birçok besin kullanmak zorunludur. Çünkü insan bedeni değişik doğaları olan birçok parçadan oluşmuştur ki, bunlar bütün bedenin kendi doğasından doğabilen her şey açısından eşit ölçüde uygun olabilmesi ve dolayısıyla anlığın birçok şeyi kavraması açısından eşit ölçüde uygun olabilmesi için sürekli ve değişik besinler gerektirirler.

Ananokta 28

Ama, insanlar karşılıklı olarak yardımlaşmasalardı, tüm bunları sağlamak için tek bir insanın gücü yeterli olmazdı. Ama para her şeyin özeti olduğu için, imgesi de sıradan insanın anlığında en büyük yeri doldurur olmuştur, çünkü bunlar neden olarak para ideasının eşliğinde olmadıkça herhangi bir tür hazzı kolay kolay imgeleyemezler.

Ananokta 29

Oysa bu yalnızca gereksinimden ya da zorunluktan değil, onları gösterişli bir konuma yükselten kazanma sanatını öğrenmiş oldukları için para kazanmayı isteyenlere özgü bir kusurdur. Bedenin kendisine gelince, onu alışkanlıktan beslerler; ama bedenlerinin sakınımı için harcadıkları ölçüde mallarından yitirdiklerine inandıkları için bunu pintice yaparlar. Ama paranın gerçek yararını bilenler ve varsılığın ölçüsünü yalnızca gereksinimlerine göre düzenleyenler çok az şeyle yetinerek yaşarlar.

Ananokta 30

Öyleyse, beden parçalarına işlevlerini yerine getirmede yardımcı olan şeyler iyi oldukları için, ve haz anlık ve bedenden yapılmış olduğu ölçüde insanın gücünün artmasından ya da yardım görmesinden oluştuğu için, haz getiren herşey iyidir. Ama şeyler bize haz verme ereği ile etkin olmadıkları, ve etkinlik güçleri bizim yararımıza yönelik olmadığı için, ve son olarak, haz çoğu kez başlıca bedenin tek bir parçası ile ilgili olduğu için, haz duyguları (us ve uyanıklık da orada olmadıkça) ve dolayısıyla onlardan doğan istekler de çoğunlukla aşırı-

dır; ve eklemek gerek ki, duyguları izlersek bize şimdi hoş gelen şeyi birincil sayar, ama gelecekteki şeyi anlığın eşit bir duygusu ile değerlendiremeyiz. Bkz. Böl. 4, Ön. 44'e Not ve Ön. 60'a Not.

Ananokta 31

Ama boşına için, tersine, acı getiren şey iyi ve haz getiren ise kötü görünür. Gene de, daha önce dediğimiz gibi (Bölüm 4, Ön. 45'e Not), hasetçi dışında hiç kimse güçsüzlük ya da rahatsızlığımdan haz duymaz. Çünkü ne denli büyük bir haz duygusu ile etkilenirsek o denli büyük bir eksiksizliğe geçer ve dolayısıyla tanrısal doğadan o denli pay alırız; ne de us tarafından gerçek yararımıza uygun olarak denetlenen haz kötü olabilir. Buna karşı, korku tarafından güdülen ve iyi olanı kötü olandan kaçınabilmek için yapan biri us tarafından güdülmez.

Ananokta 32

Ama insan gücü çok sınırlıdır ve dışsal nedenlerin gücü tarafından sonsuz ölçüde aşılır; bu yüzden dışımızdaki şeyleri kendi yararımıza uyarlayacak saltık bir gücümüz yoktur. Gene de kendi yararımızı gözetmenin öngerektirdiği şeylere aykırı olarak başımıza gelenlere dayançla katlanacağız, eğer yapmamız gerekeni yaptığımızın ve taşıdığımız gücün onlardan kaçınmamızı sağlamaya yetmediğinin, ve dahası düzenini izlediğimiz doğa bütününün bir parçası olduğumuzun bilincinde isek. Eğer bunu açık ve seçik olarak anlarsak, anlağımız tarafından tanımlanan parçamız, eş deyişle, en iyi parçamız, bütünüyle bundan tam bir doyum bulacak, ve o doyum durumunda kalmaya çabalayacaktır. Çünkü, anladığımız sürece, zorunlu olan dışında hiçbirşeyi isteyemeyiz, ne de saltık olarak gerçeklikten başka herhangi birşeyde doyum bulabiliriz; bu yüzden, bunları doğru olarak anladığımız sürece, bu düzeye dek en iyi parçamızın çabaları doğanın bütününün düzeni ile anlaşacaktır.

Dördüncü Bölümün Sonu

ex affectu id primum habeamus, quod in praesentia suave est, nec futura aequali animi affectu aestimare possumus. Vide Schol. Prop. 44 & Schol., Prop. 60 p. 4.

Caput XXXI

At superstitio id contra videtur statuere bonum esse, quod Tristitiam, & id contra malum, quod Laetitiam affert. Sed, ut jam diximus (vide Schol. Prop. 45 p. 4), nemo, nisi invidus, mea impotentia, & incommodo delectatur. Nam quo majori Laetitia afficimur, eo ad majorem perfectionem transimus; & consequenter eo magis de natura divina participamus, nec Laetitia unquam mala esse potest, quam nostrae utilitatis vera ratio moderatur. At qui contra Metu ducitur, & bonum, ut malum vitet, agit, is ratione non ducitur.

Caput XXXII

Sed humana potentia admodum limitata est, & a potentia causarum externarum infinite superatur; atque adeo potestatem absolutam non habemus, res, quae extra nos sunt, ad nostrum usum aptandi. Attamen ea, quae nobis eveniunt contra id, quod nostrae utilitatis ratio postulat, aequo animo feremus, si conscii simus nos functos nostro officio fuisse, & potentiam, quam habemus, non potuisse se eo usque extendere, ut eadem vitare possemus, nosque partem totius naturae esse, cujus ordinem sequimur. Quod si clare, & distincte intelligamus, pars illa nostri, quae intelligentia definitur, hoc est, pars melior nostri in eo plane acquiescet, & in ea acquiescentia perseverare conabitur. Nam, quatenus intelligimus, nihil appetere, nisi id, quod necessarium est, nec absolute, nisi in veris acquiescere possumus; adeoque quatenus haec recte intelligimus, catenus conatus melioris partis nostri cum ordine totius naturae convenit.

Finis Quartae Partis

De Potentia Intellectus, seu
de Libertate Humana

Anlığın Gücü Üzerine Ya Da İnsan Özgürlüğü Üzerine

Praefatio

Önsöz

Transeo tandem ad alteram Ethices Partem, quae est de modo, sive via, quae ad Libertatem ducit. In hac ergo de potentia rationis agam, ostendens, quid ipsa ratio in affectus possit, & deinde, quid Mentis Libertas seu beatitudo sit, ex quibus videbimus, quantum sapiens potior sit ignaro. Quomodo autem, & qua via debeat intellectus perfici, & qua deinde arte Corpus sit curandum, ut possit suo officio recte fungi, huc non pertinet; hoc enim ad Medicinam, illud autem ad Logicam spectat. Hic igitur, ut dixi, de sola Mentis, seu rationis potentia agam, & ante omnia, quantum, & quale imperium in affectus habeat, ad eodem coercendum, & moderandum, ostendam. Nam nos in ipsos imperium absolutum non habere, jam supra demonstravimus. Stoici tamen putarunt, eosdem a nostra voluntate absolute pendere, nosque iis absolute imperare posse. Attamen ab experientia reclamante, non vero ex suis principiis coacti sunt fateri, usum, & studium non parvum requiri ad eodem coercendum, & moderandum; quod quidam exemplo duorum

Sonunda *Törebilim*'in özgürlüğe götüren yol ve yordam ile ilgili öteki bölümüne geçiyorum. Burada öyleyse usun gücünü ele alacak, usun kendisinin duygulara karşı neler yapabileceğini, ve dahası anlığın özgürlüğünün ya da kutluluğun ne olduğunu göstereceğim; ve bundan bilen insanın bilgisizden ne denli üstün olduğunu göreceğiz. Ama anlağın hangi yol ya da yordamla eksiksizleştirileceği, ve yine, bedenın işlevlerini doğru olarak yerine getirebilmesi için hangi sanatla gözetileceği burayı ilgilendirmez: çünkü ikincisi Tıbbı, birincisi ise Mantığa aittir. Öyleyse burada, söyledığım gibi, yalnızca anlığın ya da usun gücünü ele alacak, ve herşeyden önce duyguları sınırlamak ve denetlemek için üzerlerindeki yetkenin nicelik ve niteliğini göstereceğim. Çünkü üzerlerinde saltık bir yetkemizin olmadığını daha önce yukarıda gösterdim. Ama Stoacılar duyguların saltık olarak istencimize bağımlı oldukları ve üzerlerinde saltık yetke uygulayabileceğimiz görüşündeydiler. Oysa kendi ilkelerinden değil ama deneyimin gösterdiği çelişkiden ötürü, duyguları sınırlayabilmek ve yönetebilmek için gerekli alıştırma ve çalışmanın hiç de küçük olmadığını kabul etmek zorunda kaldılar;

biri bunu (eğer doğru anımsıyorsam) içlerinden biri ev öteki av köpeği olan iki köpek örneği ile göstermeye çalışmıştı; sürekli alıştırma yoluyla ev köpeğini tazi yapmış, ve av köpeğinin ise tavşan peşinde koşmaktan vazgeçmesini sağlamıştı. Descartes'ın bu görüşe yakınlığı hiç de küçük değildi. Çünkü ruhun ya da anlığın özel olarak beynin pineal bez denilen bir bölümü ile birleştiğini, ve onun aracılığıyla anlığın bedende yer alan tüm devimleri ve dış nesneleri algıladığını, ve onu salt istenci ile çeşitli yollarda devindirebildiğini savundu. Bu bezin beynin ortasında hayvan özsularının en küçük bir devimi ile devindirilebilecek bir yolda asılı durduğunu düşündü. Yine, bu bezin beynin ortasında ona çeşitli hayvan özsularının çeşitli yollarda çarpabileceği gibi asılı olduğunu, ve bundan başka üzerinde hayvan özsularını ona doğru iten dışsal nesnelerin türölülüğü denli türölü izler bırakıldığını ileri sürdü; ve bu yüzden ki, eğer bez daha sonra onu değişik yönlerde devindiren ruhun istenci yoluyla bir zaman şu ya da bu yolda devindirilen özsular tarafından asılmış olduğu şu ya da bu yolda asılacak olursa, o zaman bezin kendisi hayvan özsularını daha önce bezin benzer bir asılığı tarafından itildikleri yolda uzaklaştırır ve belirler. Dahası, anlığın her istencinin doğal olarak bezin belli bir devimi ile bağlandığını savundu. Örneğin eğer biri uzak bir nesneye bakma istencini taşıyorsa, bu istenç gözbebeğinin genişlemesine yol açacaktır; ama eğer yalnızca gözbebeğinin genişlemesini düşünmüşse, o şeyi görme istencini taşımanın ona hiçbir yararı olmayacaktır, çünkü bezin gözbebeğini uygun bir yolda büzmek ya da genişletmek için hayvan özsularını optik sinire doğru iten devimi doğa tarafından onu büzme ya da genişletme istenci ile değil ama yakın ya da uzak nesneleri görme istenci ile bağlanır. Son olarak, bu bezin her deviminin doğa tarafından yaşamımızın başlangıcında düşüncelerimizden belli biri ile bağlanmış görünmesine karşın, alışkanlık yoluyla başkaları ile bağlanabileceğini savundu—bunu *Pas-*

canum (si recte memini), unius scilicet domesticci, alterius venatici, conatus est ostendere; nempe quia usu efficere tandem potuit, ut domesticus venari, venaticus contra a leporibus sectandis abstinere assuesceret. Huic opinioni non parum favet Cartesius. Nam statuit Animam, seu Mentem unitam praecipue esse cuidam parti cerebri, glandulae scilicet pineali dictae, cujus ope Mens motus omnes, qui in corpore excitantur, & objecta externa sentit, quamque Mens eo solo, quod vult, varie movere potest. Hanc glandulam in medio cerebri ita suspensam esse statuit, ut minimo spirituum animalium motu possit moveri. Deinde statuit, quod haec glans tot variis modis in medio cerebro suspendatur, quot variis modis spiritus animales in eandem impingunt, & quod praeterea tot varia vestigia in eadem imprimantur, quot varia objecta externa ipsos spiritus animales versus eandem propellant, unde fit, ut si glans postea ab Animae voluntate, illam diversimode movente, hoc, aut illo modo suspendatur, quo semel fuit suspensa a spiritibus, hoc, aut illo modo agitatis, tum ipsa glans ipsos spiritus animales eodem modo propellet, & determinabit, ac antea a simili glandulae suspensione repulsi fuerant. Praeterea statuit, unamquamque Mentis voluntatem naturae esse unitam certo cuidam glandis motui. Ex. gr. si quis voluntatem habet objectum remotum intuenti, haec voluntas efficit, ut pupilla dilatetur; sed si de sola dilatanda pupilla cogitet, nihil proderit ejus rei habere voluntatem, quia natura non junxit motum glandis, qui inservit impellendis spiritibus versus nervum Opticum modo conveniente dilatandae, vel contrahendae pupillae cum voluntate eandem dilatandi, vel contrahendi; sed demum cum voluntate intuenti objecta remota, vel proxima. Denique statuit, quod, etsi unusquisque motus hujus glandulae videatur connexus esse per naturam singulis ex nostris cogitationibus ab initio nostrae vitae, aliis tamen per habitum possunt jungi, quod probare conatur

art. 50 p. 1 de *Pass. Animae*. Ex his concludit, nullam esse tam imbecillum Animam, quae non possit, cum bene dirigitur, acquirere potestatem absolutam in suas Passiones. Nam haec, ut ab eo definiuntur, sunt *perceptiones, aut sensus, aut commotiones animae, quae ad eam speciatim referuntur, quaeque* NB. *producuntur, conservantur, & corroborantur, per aliquem motum spirituum* (vide art. 27 p. 1 *Pass. Anim.*). At quandoquidem cuilibet voluntati possumus jungere motum quemcunque glandis, & consequenter spirituum; & determinatio voluntatis a sola nostra potestate pendet; si igitur nostram voluntatem certis, & firmis iudiciis, secundum quae nostrae vitae actiones dirigere volumus, determinemus, & motus passionum, quas habere volumus, hisce iudiciis jungamus, imperium acquiramus absolutum in nostras Passiones. Haec est clarissimi hujus Viri sententia (quantum ex ipsius verbis conjicio), quam ego vix credidisset a tanta Viro pralatum esse, si minus acuta fuisset. Profecto mirari satis non possum, quod vir Philosophus, qui firmiter statuerat, nihil deducere, nisi ex principiis per se notis, & nihil affirmare, nisi quod clare, & distincte perciperet, & qui toties Scholasticos reprehenderat, quod per occultas qualitates res obscuras voluerint explicare, Hypothesin sumat omni occulta qualitate occutiorum. Quid quaeso, per Mentis, & Corporis unionem intelligit? quem, inquam, clarum, & distinctum conceptum habet cogitationis artissime unitae cuidam quantitatis portiunculae? Vellem sane, ut hanc unionem per proximam suam causam explicuisset. Sed ille Mentem a Corpore adeo distinctam conceperat, ut nec hujus unionis, nec ipsius Mentis ullam singularem causam assignare potuerit; sed necesse ipsi fuerit, ad causam totius Universi, hoc est, ad Deum recurrere. Deinde per velim scire, quot motus gradus potest glandulae isti pineali Mens tribuere, & quanta cum vi eandem suspensam tenere po-

sions de l'Ame, Bölüm 1, Konu 50'de göstermeye çalışır. Buradan eğer iyi yönetilecek olursa tutkuları üzerinde saltık güç kazanamayacak denli zayıf hiçbir anlığın olmadığı vargısını çıkarır. Çünkü tutkular, onun tanımladığı gibi, *anlığın alguları ya da duyumları ya da karışıklıklarıdır ki, onunla belirli olarak ilişkilidirler, ve* (buraya dikkat edin) *özsuların belli devimleri tarafından üretilir, saklanır ve güçlendirilirler* (bkz. *Ruhun Tutkuları*, Bölüm 1, Konu 27). Ama bezin ve dolayısıyla özsuların herhangi bir devimini herhangi bir istenç edimi ile bağlayabileceğimiz için, ve istencin belirlenimi yalnızca bizim gücümüze bağımlı olduğu için, eğer istencimizi yaşamımızın eylemlerini onlara göre yönetmeyi istediğimiz değişmez ve sağlam yargılar yoluyla belirlersek ve iye olmak istediğimiz tutkuların devimlerini bu yargılar ile bağlarsak, tutkularımız üzerinde saltık yetke kazanırız. O ünlü insanın görüşü (kendi sözlerinden toparlayabildiğim düzeye dek) budur, ki eğer daha az ince olmuş olsaydı böyle büyük biri tarafından ortaya koyulmuş olduğuna pek inanamazdım. Kendiliğinden açık ilkelerden olmanın dışında hiçbir çıkarsama yapmaya ve açık ve seçik olarak algıladıkları dışında hiçbirşey ileri sürmemeye karar vermiş, ve tüm skolastikleri bulanık sorunları gizli nitelikler yoluyla açıklamayı istedikleri için kınamış olan bir felsefecinin tüm gizli niteliklerden daha bulanık bir önsavı kabul etmesine hayretim gerçekten ölçsüzdür. Anlık ve beden birliğinden, soruyorum, neyi anlar? ve nicel bir özdek parçacığı ile sıkı sıkıya birleşmiş düşünce üzerine hangi açık ve seçik kavramı taşır? Gerçekten de bu birliği en yakın nedeni ile açıklamış olmasını isterdim. Ama anlığı bedenden öylesine ayrı olarak kavradı ki, ne bu birlik için ne de anlığın kendisi için hiçbir tikel neden saptayamadı, ama bütün evrenin nedenine, eş deyişle Tanrıya başvurmak zorunda kaldı. Yine, anlığın o pineal beze ne derecede devim iletebileceğini, ve onu ne denli büyük bir kuvvetle askıda tutabileceğini bilmeyi isterdim. Çünkü anlığın bu bez üzerinde hayvan özsularından daha yavaş

mı yoksa daha çabuk mu etkide bulunabileceğini, ve tutkuların sağlam yargılarla öylesine sıkı sıkıya bağladığımız devimlerinin bedensel nedenler yoluyla onlardan yine ayrırlıp ayrırlamayacağını bilmeyiz; ve bundan bundan şu çıkacaktır ki, anlığın tehlikeyi karşılamayı kesinlikle kabul etmiş ve bu karara gözüpeklik devimlerini bağlamış olmasına karşın, gene de tehlikenin görülüşü bu bezin anlığın kaçmaktan başka hiçbirşeyi düşünemeyeceği bir yolda askıya alınmasına neden olabilir; ve gerçekten de istenç ve devim arasında hiçbir ilişki olmadığı için, bedenin ve anlığın güç ya da kuvvetleri arasında da hiçbir benzerlik olamaz, ve buna göre bedenin gücü hiçbir zaman anlığın gücü tarafından belirlenemez. Ve buna bu bezin öylesine kolayca ve öylesine çok yolda itilebilecek bir biçimde beynin ortasında yerleşmiş olarak bulunmadığını, ve tüm sinirlerin beynin boşluklarına dek uzanmadıklarını da eklemek gerekir. Son olarak, Descartes'ın istenç ve özgürlüğü üzerine ileri sürdüklerinin tümünü atlıyorum, çünkü yanlış olduklarını yeterince gösterdim. Bu yüzden anlığın gücü, yukarıda gösterdiğim gibi, yalnızca anlama yetisi tarafından tanımlandığı sürece, duygulara karşı çareleri yalnızca anlığın bilgisinden belirleyeceğiz (ki tüm insanların bu çareleri deneyim yoluyla öğrendiklerine, ama doğru olarak gözlemlemediklerine ve seçik olarak görmediklerine inanıyorum), ve onun kutluluğu ile ilgili herşeyi yine o bilgidan çıkarsayacağız.

test. Nam nescio, an haec glans tardius, vel celerius a Mente circumagatur, quam a spiritibus animalibus, & an motus Passionum, quos firmis iudiciis arcte junximus, non possint ab iisdem iterum a causis corporeis disjungi, ex quo sequeretur, ut, quamvis Mens firmiter proposuerit contra pericula ire, atque huic decreto motus audaciae junxerit, viso tamen periculo, glans ita suspendatur, ut Mens non, nisi de fuga, possit cogitare; & sane, cum nulla detur ratio voluntatis ad motum, nulla etiam datur comparatio inter Mentis, & Corporis potentiam, seu vires; & consequenter hujus vires nequaquam viribus illius determinari possunt. His adde, quod nec haec glans ita in medio cerebro sita reperiatur, ut tam facile, totque modis circumagi possit, & quod non omnes nervi ad cavitates usque cerebri protendantur. Denique omnia, quae de voluntate, ejusque libetate assertit, omitto, quandoquidem haec falsa esse, satis superque ostenderim. Igitur quia Mentis potentia, ut supra ostendi, sola intelligentia definitur, affectuum remedia, quae omnes experiri quidem, sed non accurate observare, nec distincte videre credo, sola Mentis cognitione determinabimus, & ex eadem illa omnia, quae ad ipsius beatitudinem spectant, deducemus.

BELİTLER

Axiomata

1. Eğer aynı öznde iki aykırı eylem uyarılırsa, bunlar aykırı olmaya son verinceye dek her ikisinde, ya da yalnızca birinde, zorunlu olarak bir değişim yer almalıdır.
2. Etkinin gücü nedeninin gücü tarafından tanımlanır, yeter ki özü nedeninin kendisinin özü tarafından açıklansın ya da tanımlansın. Bu Belit Bölüm, 3 Ön. 7'den açıktır.

- I. Si in eodem subjecto duae contrariae actiones excitentur, debebit necessario vel in utraque, vel in una sola mutatio fieri, donec desinant contrariae esse.
- II. Effectus potentia definitur potentia ipsius causae, quatenus ejus essentia per ipsius causae essentiam explicatur, vel definitur. Patet hoc Axioma ex Prop. 7 Part. 3.

ÖNERMELER

Propositio I

Prout cogitationes, rerumque ideae ordinantur, & concatenantur in Mente, ita corporis affectiones, seu rerum imagines ad amussim ordinantur, & concatenantur in Corpore.

Demonstratio. Ordo, & connexio idearum idem est (per Prop. 7 p. 2), ac ordo, & connexio rerum, & vice versa, ordo, & connexio rerum idem est (per Coroll. Prop. 6 & 7 p. 2), ac ordo, & connexio idearum. Quare sicuti ordo, & connexio idearum in Mente fit secundum ordinem, & concatenationem affectionum Corporis (per Prop. 18 p. 2), sic vice versa (per Prop. 2 p. 3) ordo, & connexio affectionum Corporis fit, prout cogitationes, rerumque ideae ordinantur, & concatenantur in Mente. Q.E.D.

Propositio II

Si animi commotionem, seu affectum a causae externae cogitatione amoveamus, & aliis jungamus cogitationibus, tum Amor, seu Odium erga causam externam, ut & animi fluctuationes, quae ex his affectibus oriuntur, destruantur.

Demonstratio. Id enim, quod formam Amoris, vel Odii constituit, est Laetitia, vel Tristitia, concomitante idea causae externae (per Defin. 6 & 7 Affect.), hac igitur sublata, Amoris, vel Odii forma simul tollitur; adeoque hi affectus, & qui ex his oriuntur, destruantur. Q.E.D.

Propositio III

Affectus, qui passio est, desinit esse passio, simulatque ejus claram, & distinctam formam ideam.

Demonstratio. Affectus, qui passio est, idea est confusa (per gen. Affect. Defin.). Si itaque ipsius affectus claram, & distinctam formam ideam, haec idea ab ipso affectu, quatenus ad solam Mentem refertur, non nisi rati-one distinguetur (per Prop. 21

ÖNERME 1

Tıpkı şeylerin düşünce ve idealarının anlıkta düzenlenmeleri ve bağlanmaları gibi, bedenın deęışkileri ya da şeylerin imgeleri de bedende tam olarak düzenlenir ve bağlanırlar.

Tanıt. İdeaların düzen ve bağlantıları (Bölüm 2, Ön. 7) şeylerin düzen ve bağlantıları ile aynıdır, ve evrik olarak, şeylerin düzen ve bağlantıları (Bölüm 2, Ön 6 ve 7'ye Sonurgu) ideaların düzen ve bağlantıları ile aynıdır. Bu yüzden tıpkı anlıkta ideaların düzen ve bağlantılarının bedenın deęışkilerinin düzen ve bağlanışlarına göre olması gibi (Bölüm 2, Ön. 18), evrik olarak (Bölüm 3, Ön. 2), bedenın deęışkilerinin düzen ve bağlantıları şeylerin idealarının anlık-taki düzenleniş ve bağlanışlarına göre olur.—Q.E.D.

ÖNERME 2

Eđer anlığın bir karışıklığını ya da bir duyguyu dışsal bir nedenin düşüncesinden uzaklaştırır ve onu başka düşüncelerle birleştirirsek, o zaman dışsal nedene yönelik sevgi ya da nefret, ve anlığın bu duygulardan doğan dalgalanmaları yokolur.

Tanıt. Çünkü sevginin ya da nefretin biçimini oluşturan şey dışsal bir nedenin ideası eşliğindeki haz ya da acıdır (Duygu Tan. 6 ve 7); öyleyse bu idea ortadan kaldırıldığında, sevginin ya da nefretin biçimi de ortadan kalkar; dolayısıyla bu duygular ve onlardan doğanlar yokolur.—Q.E.D.

ÖNERME 3

Bir tutku olan duygu açık ve seçik bir ideasını oluşturur oluşturmaz bir tutku olmaya son verir.

Tanıt. Bir tutku olan duygu karışık ideadır (Duyg. Gen. Tan.). Öyleyse, eđer bu duygunun açık ve seçik bir ideasını oluştursak, bu idea duygudan, bu duygu yalnızca anlık ile ilgili olduğu sürece, ancak us yoluyla ayırddedilecektir (Bölüm 2, Ön. 21 ve Notu); dolayısıyla (Bölüm 3,

Ön. 3), duygu bir tutku olmaya son verecektir.—Q.E.D.

Not. Öyleyse duyguyu ne denli tanırsak o denli gücümüz içindedir ve anlık onun karşısında o denli az edilgindir.

ÖNERME 4

Bedenin açık ve seçik bir kavramını oluşturmamıza yaracağımız hiçbir değişikliği yoktur.

Tanıt. Herkese ortak olan şeyler yeterli olmaktan başka türlü kavranamaz (Bölüm 2, Ön. 38), ve öyleyse (Bölüm 2, Ön. 12 ve Ön. 13'ten sonraki Yard. Ön.) bedenin açık ve seçik bir kavramını oluşturmamıza yaracağımız hiçbir değişikliği yoktur.—Q.E.D.

Sonurğu. Bundan şu çıkar ki açık ve seçik bir kavramını oluşturmamıza yaracağımız hiçbir duygu yoktur. Çünkü bir duygu bedenin bir değişikliğinin ideasıdır (Duyg. Gen. Tan.), ki bu nedenle (önceki Ön.) açık ve seçik bir kavram içermelidir.

Not. Kendisinden herhangi bir etkinin doğmadığı hiçbirşey olmadığı için (Bölüm 1, Ön. 36), ve bizde yeterli olan bir ideadan doğan herşeyi açık ve seçik olarak anladığımız için (Bölüm 2, Ön. 40), bundan şu çıkar ki herkes kendini ve duygularını saltık olarak olmasa da en azından bölümsel olarak açık ve seçik anlama, ve dolayısıyla onlar karşısında daha az edilgin olmayı başarma gücünü taşır. Buna göre özellikle her bir duyguyu olanaklı olduğu denli açık ve seçik olarak anlamak için çabalamak gerekir, öyle ki anlık duygu tarafından açık ve seçik olarak algıladığı ve ona tam dinginlik veren şeyleri düşünmeye belirlenebilsin; ve böylelikle ki duygu dışsal bir nedenin düşüncesinden ayrılır ve gerçek düşüncelerle birleşir; sonuç olarak yalnızca sevgi, nefret, vb. yokolmakla kalmaz (Bölüm 5, Ön. 2), ama böyle bir duygudan genellikle doğan itkilerin ya da isteklerin de aşırıları olmaz (Bölüm 4, Ön. 61). Çünkü herşeyden önce dikkat etmek gerek ki, insanın hem etkin

p. 2 cum ejusdem Schol.); adeoque (per Prop. 3 p. 3) affectus desinet esse passio. Q.E.D.

Corollarium. Affectus igitur eo magis in nostra potestate est, & Mens ab eo minus patitur, quo nobis est notior.

Propositio IV

Nulla est Corporis affectio, cujus aliquem clarum, & distinctum non possumus formare conceptum.

Demonstratio. Quae omnibus communia sunt, non possunt concipi nisi adaequate (per Prop. 38 p. 2), adeoque (per Prop. 12 & Lem. 2, quod habetur post Schol. Prop. 13 p. 2) nulla est Corporis affectio, cujus aliquem clarum, & distinctum non possumus formare conceptum. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, nullum esse affectum, cujus non possumus aliquem clarum, & distinctum formare conceptum. Est namque affectus Corporis affectionis idea (per gen. Affect. Defin.), quae propterea (per Prop. praeced.) aliquem clarum, & distinctum involvere debet conceptum.

Scholium. Quandoquidem nihil datur, ex quo aliquis effectus non sequatur (per Prop. 36 p. 1), & quicquid ex idea, quae in nobis est adaequata, sequitur, id omne clare, & distincte intelligimus (per Prop. 40 p. 2); hinc sequitur, unumquemque potestatem habere se, suosque affectus, si non absolute, ex parte saltem clare, & distincte intelligendi, & consequenter efficiendi, ut ab iisdem minus patiat. Huic igitur rei praecipue danda est opera, ut unumquemque affectum, quantum fieri potest, clare, & distincte cognoscamus, ut sic Mens ex affectu ad illa cogitandum determinetur, quae clare, & distincte percipit, & in quibus plane acquiescit; atque adeo, ut ipse affectus a cogitatione causae externae separetur, & veris jungatur cogitationibus; ex quo fiet, ut non tantum Amor, Odium, &c. destruantur (per Prop. 2 hujus), sed ut etiam appetitus, seu Cupiditates, quae ex tali affectu oriri solent, excessum habere nequeant (per Prop. 61 p. 4). Nam apprimere notandum est, unum, eundemque

esse appetitum, per quem homo tam agere, quam pati dicitur. Ex. gr. cum natura humana ita comparatum esse ostendimus, ut unusquisque appetat, ut reliqui ex ipsius ingenio vivant (vide Schol. Prop. 31 p. 3); qui quidem appetitus in homine, qui ratione non ducitur, passio est, quae Ambitio vocatur, nec multum a Superbia discrepat; & contra in homine, qui ex rationis dictamine vivit, actio, seu virtus est quae Pietas appellatur (vide Schol. 1 Prop. 37 p. 4 & Demonstrat. 2 ejusdem Prop.). Et hoc modo omnes appetitus, seu Cupiditates eatenus tantum passionibus sunt, quatenus ex ideis inadaequatis oriuntur; atque eadem virtuti accensentur, quando ab ideis adaequatis excitantur, vel generantur. Nam omnes Cupiditates, quibus ad aliquid agendum determinamur, tam oriri possunt ab adaequatis, quam ab inadaequatis ideis (vide Prop. 59 p. 4). Atque hoc (ut eo, unde digressus sum, revertar) affectuum remedio, quod scilicet in eorum vera cognitione consistit, nullum praestantius aliud, quod a nostra potestate pendeat, excogitari potest, quandoquidem nulla alia Mentis potentia datur, quam cogitandi, & adaequatas ideas formandi, ut supra (per Prop. 3 p. 3) ostendimus.

Propositio V

Affectus erga rem, quam simpliciter, & non ut necessariam, neque ut possibilem, neque ut contingentem imaginamur, caeteris paribus, omnium est maximus.

Demonstratio. Affectus erga rem, quam liberam esse imaginamur, major est, quam erga necessariam (per Prop. 49 p. 3), & consequenter adhuc major, quam erga illam, quam ut possibilem, vel contingentem imaginamur (per Prop. 11 p. 4). At rem aliquam ut liberam imaginari nihil aliud esse potest, quam quod rem simpliciter imaginamur, dum causas, a quibus ipsa ad agendum determinata fuit, ignoramus (per illa, quae in Schol. Prop. 35 p.

hem de edilgin olduğunun söylenmesine götüren şey bir ve aynı itkidir. Örneğin, gösterdiğimiz gibi, insan doğası öyle oluşmuştur ki, herkes başkalarının da kendi anlayışına göre yaşamasını ister (Bölüm 3, Ön. 31'e Not); ve us tarafından güdülmeyen bir insandaki bu istek hırs denilen ve kendini beğenmişlikten pek ayrı olmayan bir tutkudur; buna karşı, us tarafından güdülen bir insanda ise ödev duygusu denilen bir eylem ya da erdemdir (bkz. Bölüm 4, Ön. 37, Not 1, ve aynı Ön. için ikinci tanıt). Ve bu yolda tüm itkiler ya da istekler yalnızca yetersiz idealardan doğdukları sürece tutkulardır, ve yeterli idealar tarafından uyarıldıkları ya da yaratıldıkları zaman erdemler arasında sayılırlar. Çünkü bizi herhangi birşeyi yapmaya belirleyen tüm istekler hem yeterli hem de yetersiz idealardan doğabilir (bkz. Bölüm 4, Ön. 59). Ve (ayrıldığıım noktaya geri dönersek) gücümüz içinde duygular için onların gerçek bir bilgisinden oluşan bu çareden daha eşsiz olduğunu düşünebileceğimiz başka hiçbirşey yoktur, çünkü anlığın yeterli ideaları düşünmekten ve oluşturmaktan başka hiçbir gücü yoktur—yukarıda (Bölüm 3, Ön. 3) gösterdiğimiz gibi.

ÖNERME 5

Zorunlu ya da olanaklı ya da olumsal olarak değil ama yalnız olarak imgelediğimiz bir şeye karşı duygu, başka herşey aynı kalmak üzere, tümü içinde en büyük olanıdır.

Tanıt. Özgür olduğunu imgelediğimiz bir şeye karşı duygu zorunlu olan birine karşı olandan daha büyüktür (Bölüm 3, Ön. 49), ve dolayısıyla olanaklı ya da olumsal olarak imgelediğimize karşı olandan daha da büyüktür (Bölüm 4, Ön. 11). Ama bir şeyi özgür olarak imgelemek onu yalnız olarak imgelemekten, ve bunu onu eyleme belirleyen nedenler konusunda bilgimiz yokken yapmaktan başka birşey olmaz (Bölüm 2, Ön. 35'e Notta gösterilenlere

göre); öyleyse yalın olarak imgelediğimiz bir şeye karşı duygu, başka herşey aynı kalmak üzere, zorunlu, olanaklı, ya da olumsal bir şeye karşı olandan daha büyük, ve dolayısıyla en büyüktür.—Q.E.D.

ÖNERME 6

Anlık tüm şeyleri zorunlu olarak anladığı sürece duygular üzerinde daha güçlü, ya da onlar karşısında daha az edilgindir.

Tanıt. Anlık tüm şeyleri zorunlu olarak (Bölüm 1, Ön. 29), ve sonsuz bir nedenler bağlantısı tarafından varoluş ve eyleme belirlenmiş olarak anlar (Bölüm 1, Ön. 28); buna göre (önceki Ön.) onlardan doğan duygular karşısında daha az edilgin olmayı başarır ve (Bölüm 3, Ön. 48) onlardan daha az etkilenir.—Q.E.D.

Not. Bu bilgi, e.d. şeylerin zorunlu oldukları, daha seçik ve diri olarak imgelediğimiz şeylere ne denli uygulanırsa, anlığın duygular üzerindeki bu gücü o denli büyük olur—bir olgu ki deneyim de ona tanıktır. Çünkü, gördüğümüz gibi, iyi birşeyin yitmesinin yol açtığı acı onu yitiren insan onun hiçbir biçimde saklanamayacağını görür görmez hafifler. Böylece yine hiç kimsenin bir bebeğe konuşmadığı, yürüyemediği, uslamlamada bulunamadığı ya da son olarak yıllarca sanki kendinin bilincinde değilmiş gibi yaşadığı için acıdığını görmeyiz. Ama eğer birçok insan yetişkin olarak doğuyor ve bir bebek yalnızca arada bir doğuyor olsaydı, o zaman her bebeğe acırdık, çünkü o zaman bebekliği doğal ve zorunlu bir şey olarak değil, ama doğadaki bir eksiklik ya da kusur olarak görürdük; ve bu tür başka birçok örnek verilebilirdi.

ÖNERME 7

Ustan kaynaklanan ya da onun uyardığı duygular, eğer zaman göz önüne alınırsa, bulunmuyor olarak gördüğümüz tekil şeylerle ilgili olanlardan daha güçlüdür.

Tanıt. Bir şeyi onu imgelememizi sağlayan duygu nedeniyle değil, ama bedeninin o şeyin varoluşunu dışlayan bir başka duygu tarafından

2 ostendimus); ergo affectus erga rem, quam simpliciter imaginamur, caeteris paribus major est, quam erga necessarium, possibilem, vel contingentem, & consequenter maximus. Q.E.D.

Propositio VI

Quatenus Mens res omnes, ut necessarias intelligit, eatenus majorem in affectus potentiam habet, seu minus ab iisdem patitur.

Demonstratio. Mens res omnes necessarias esse intelligit (per Prop. 29 p. 1), & infinito causarum nexu determinari ad existendum, & operandum (per Prop. 28 p. 1); adeoque (per Prop. praeced.) eatenus efficit, ut ab affectibus, qui ex iis oriuntur, minus patiatur, & (per Prop. 48 p. 3) minus erga ipsas afficiatur. Q.E.D.

Scholium. Quo haec cognitio, quod scilicet res necessariae sint, magis circa res singulares, quas distinctius, & magis vivide imaginamur, versatur, eo haec Mentis in affectus potentia major est, quod ipsa etiam experientia testatur. Videmus enim Tristitiam boni alicujus, quod perit, mitigari, simulac homo, qui id perdidit, considerat bonum illud servari nulla ratione potuisse. Sic etiam videmus, quod nemo miseretur infantis, propterea quod nescit loqui, ambulare, ratiocinari, & quod denique tot annos quasi sui inscius vivat. At si plerique adulti, & unus, aut alter infans nascerentur, tum unumquemque miseretur infantum, quia tum ipsam infantiam, non ut rem naturalem, & necessariam, sed ut naturae vitium, seu peccatum consideraret; & ad hunc modum plura alia notare possemus.

Propositio VII

Affectus, qui ex ratione oriuntur, vel excitantur, si ratio temporis habeatur, potentiores sunt iis, qui ad res singulares referuntur, quas ut absentes contemplamur.

Demonstratio. Rem aliquam ut absentem non contemplamur ex affectu, quo eandem imaginamur; sed ex eo, quod Corpus alio

afficitur affectu, qui ejusdem rei existentiam secludit (per Prop. 17 p. 2). Quare affectus, qui ad rem, quam ut absentem contemplamur, refertur, ejus naturae non est, ut reliquas hominis actiones, & potentiam superet (de quibus vide Prop. 6 p. 4); sed contra ejus naturae est, ut ab iis affectionibus, quae existentiam externae ejus causae secludunt, coerceri aliquo modo possit (per Prop. 9 p. 4). At affectus, qui ex ratione oritur, refertur necessario ad communes rerum proprietates (vide rationis Defin. in Schol. 2 Prop. 40 p. 2), quas semper ut praesentes contemplamur (nam nihil dari potest, quod earum praesentem existentiam secludat), & quas semper eodem modo imaginamur (per Prop. 38 p. 2): Quare talis affectus idem semper manet, & consequenter (per Axiom. 1 hujus) affectus, qui eidem sunt contrarii, quique a suis causis externis non foveantur, eidem magis magisque sese accommodare debebunt, donec non amplius sint contrarii, & eatenus affectus, qui ex ratione oritur, est potentior. Q.E.D.

Propositio VIII

Quo affectus aliquis a pluribus causis simul concurrentibus excitatur, eo major est.

Demonstratio. Plures causae simul plus possunt, quam si pauciores essent (per Prop. 7 p. 3): adeoque (per Prop. 5 p. 4), quo affectus aliquis a pluribus causis simul excitatur, eo fortior est. Q.E.D.

Scholium. Haec Propositio patet etiam ex Axiomate 2 hujus Partis.

Propositio IX

Affectus, qui ad plures, & diversas causas refertur, quas Mens cum ipso affectu simul contemplatur, minus noxius est, & minus per ipsum patitur, & erga unamquamque causam minus afficitur, quam alius aequae magnus affectus, qui ad unam solam, vel pauciores causas refertur.

Demonstratio. Affectus eatenus tantum malus, seu noxius est, quantum Mens ab eo impeditur, quo-

etkilenmiş olması nedeniyle bulunmuyor olarak görürüz (Bölüm 2, Ön. 17). Bu yüzden bulunmuyor olarak gördüğümüz bir şey ile ilgili duygu insanın geri kalan eylemlerini ve gücünü aşacağı bir doğada değildir (ki bu konuda bkz. Bölüm 4, Ön. 6); ama tersine, öyle bir doğadadır ki dışsal nedeninin varoluşunu dışlayan değişkiler tarafından belli bir yolda kısıtlanabilir (Bölüm 4, Ön. 9). Ama ustan kaynaklanan duygu zorunlu olarak her zaman bulunuyor olarak düşündüğümüz (çünkü onların şimdiki varoluşunu dışlayan hiçbirşey varolamaz) ve her zaman aynı yolda imgelediğimiz (Bölüm 2, Ön. 38) şeylerin ortak özellikleri ile ilgilidir (bkz. Bölüm 2, Ön. 40, Not 2'de us tanımı); dolayısıyla bu duygu her zaman aynı kalır, ve sonuçta (Bölüm 5, Belit 1) ona aykırı olan ve dışsal nedenlerinden yardım görmeyen duygular bundan böyle aykırı olmayıncaya dek kendilerini ona giderek artan bir biçimde uydurmalıdırlar; ve bu düzeye dek ustan doğan duygu daha kuvvetlidir.—Q.E.D.

ÖNERME 8

Bir duygu birlikte işleyen ne denli çok neden tarafından uyarılırsa o denli güçlü olur.

Tanıt. Birarada birçok neden az sayıda olmuş olsalardı yapabileceklerinden daha çoğunu yapabilirler (Bölüm 3, Ön. 7); öyleyse (Bölüm 4, Ön. 5), duygu birarada ne denli çok neden tarafından uyarılırsa, o denli güçlüdür.—Q.E.D.

Not. Bu önerme bu Bölümde 2. Belitten de açıktır.

ÖNERME 9

Anlığın duygunun kendisi ile aynı zamanda gördüğü birçok değişik neden ile ilişkili olan bir duygu, yalnızca bir ya da birkaç neden ile ilgili olan eşit ölçüde büyük bir başka duygudan daha az inciticidir, ve ona karşı daha az edilginizdir ve her bir nedene karşı daha az etkileniriz.

Tanıt. Duygu ancak onun tarafından anlığın düşünmesi engellenirse kötü ya da inciticidir

(Bölüm 4, Ön. 26 ve 27); dolayısıyla anlığı birçok nesneyi birlikte düşünmeye belirleyen duygu anlığı başkalarını düşünemeyeceği bir yolda yalnızca bir ya da birkaç nesneyi düşünmede alıkoyan eşit ölçüde büyük bir başkasından daha az inciticidir, ki ilk nokta buydu. Yine, anlığın özünün, ya da (Bölüm 3, Ön. 7), gücünün yalnızca düşünmeden oluşması ölçüsünde (Bölüm 2, Ön. 11), anlık onu birçok şeyi düşünmeye belirleyen bir duygu karşısında onu yalnızca bir ya da birkaç şeyi düşünmede alıkoyan eşit ölçüde büyük bir başka duygu karşısında olduğundan daha az edildir, ki ikinci noktadır. Son olarak, bu duygu (Bölüm 3, Ön. 48), birçok dışsal nedenle ilgili olduğu sürece, her birine karşı daha azdır.—Q.E.D.

ÖNERME 10

Doğamıza aykırı olan duyguların saldırısına uğramadığımız sürece bedenin değişikliklerini anlığın düzenine göre düzenleme ve bağıntılaşma gücünü taşıyır.

Tanıt. Doğamıza aykırı olan, eş deyişle (Bölüm 4, Ön. 30), kötü olan duygular anlığın anlamasını engelledikleri sürece kötüdürler (Bölüm 4, Ön. 27). Öyleyse, doğamıza aykırı olan duyguların saldırısına uğramadığımız düzeye dek anlığın şeyleri anlamaya çabalamasını sağlayan gücü (Bölüm 4, Ön. 26) engellenmez; ve dolayısıyla bu düzeye dek açık ve seçik idealar oluşturma ve bir bölümünü başkalarından çıkarsama gücünü taşır (bkz. Bölüm 2, Ön. 40'ye Not 2, ve Ön. 47'ye Not); ve sonuçta (Bölüm 5, Ön. 1) bu düzeye dek bedenin değişikliklerini anlağa karşılık düşen düzene göre düzenleme ve bağıntılaşma gücünü taşıyır.—Q.E.D.

Not. Bedenin değişikliklerini doğru olarak düzenleyen ve bağıntılaşan bu güç yoluyla kötü duygulardan kolayca etkilenmemeyi sağlayabiliriz. Çünkü (Bölüm 3, Ön. 7) anlığın düzenine göre düzenlenmiş ve bağıntılaşmış

minus possit cogitare (per Prop. 26 & 27 p. 4): adeoque ille affectus, a quo Mens ad plura simul objecta contemplandum determinantur, minus noxious est, quam alius aequae magnus affectus, qui Mentem in sola unius, aut pauciorum objectorum contemplatione ita detinet, ut de aliis cogitare nequeat, quod erat primum. Deinde, quia Mentis essentia, hoc est (per Prop. 7 p. 3), potentia in sola cogitatione consistit (per Prop. 11 p. 2), ergo Mens per affectum, a quo ad plura simul contemplandum determinantur, minus patitur, quam per aequae magnum affectum, qui Mentem in sola unius, aut pauciorum objectorum contemplatione occupatum tenet, quod erat secundum. Denique hic affectus (per Prop. 48 p. 3), quatenus ad plures causas externas refertur, est etiam erga unamquamque minor. Q.E.D.

Propositio X

Quamdiu affectibus, qui nostrae naturae sunt contrarii, non conflictamur, tamdiu potestatem habemus ordinandi, & concatenandi Corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum.

Demonstratio. Affectus, qui nostrae naturae sunt contrarii, hoc est (per Prop. 30 p. 4), qui mali sunt, eatenus mali sunt, quatenus impediunt, quominus Mens intelligat (per Prop. 27 p. 4). Quamdiu igitur affectibus, qui nostrae naturae contrarii sunt, non conflictamur, tamdiu Mentis & potentia, qua res intelligere conatur (per Prop. 26 p. 4) non impeditur, atque adeo tamdiu potestatem habet claras, & distinctas ideas formandi, & alias ex aliis deducendi (vide Schol. 2 Prop. 40 & Schol. Prop. 47 p. 2); & consequenter (per Prop. 1 hujus), tamdiu potestatem habemus ordinandi, & concatenandi affectiones Corporis secundum ordinem ad intellectum. Q.E.D.

Scholium. Hac potestate recte ordinandi, & concatenandi Corporis affectiones efficere possumus, ut non facile malis affectibus afficiamur. Nam (per Prop. 7 hujus) major vis requiritur ad Affectus, secundum ordinem ad intellectum ordinatos, & concatenatos coercendum, quam

incertos, & vagos. Optimum igitur, quod efficere possumus, quamdiu nostrorum affectuum perfectam cognitionem non habemus, est rectam vivendi rationem, seu certa vitae dogmata concipere, eaque memoriae mandare, & rebus particularibus, in vita frequenter obviis, continuo applicare, ut sic nostra imaginatio late iisdem afficiatur, & nobis in promptu sint semper. Ex. gr. inter vitae dogmata posuimus (vide Prop. 46 p. 4 cum ejusdem Schol.), Odiū Amore, seu Generositate vincendum, non autem reciproco Odio compensandum. Ut autem hoc rationis praescriptum semper in promptu habeamus, ubi usus erit, cogitandae, & saepe meditandae sunt communes hominum injuriae, & quomodo, & qua via Generositate optime propulsentur; sic enim imaginem injuriae imaginationi hujus dogmatis jungemus, & nobis (per Prop. 18 p. 2) in promptu semper erit, ubi nobis injuria afferetur. Quod si etiam in promptu habuerimus rationem nostri veri utilis, ac etiam boni, quod ex mutua amicitia, & communi societate sequitur, & praeterea quod ex recta vivendi ratione summa animi acquiescentia oritur (per Prop. 52 p. 4), & quod homines, ut reliqua, ex naturae necessitate agant: tum injuria, sive Odium, quod ex eadem oriri solet, minimam imaginationis partem occupabit, & facile superabitur; vel si Ira, quae ex maximis injuriis oriri solet, non adeo facile superetur, superabitur tamen, quamvis non sine animi fluctuatione, longe minore temporis spatio, quam si haec non ita praemeditata habuissimus, ut patet ex Propositione 6, 7 & 8 hujus Partis. De Animositatem ad Metum deponendum eodem modo cogitandum est; enumeranda scilicet sunt, & saepe imaginanda communia vitae pericula, & quomodo animi praesentia, & fortitudine optime vitari, & superari possunt. Sed notandum, quod

duyguları engellemek için belirsiz ve rasgele olanlar durumunda olduğundan daha büyük güç gerekir. O zaman, duygularımızın eksiksiz bilgisini taşımadığımız sürece, yapabileceğimizin en iyisi doğru bir yaşam yolu ya da güvenilir yaşam kuralları saptamak, onları belleyerek sürekli olarak yaşamda sık sık karşımıza çıkan tekil durumlara uygulamaktır, öyle ki imgelemimiz onlardan yaygın olarak etkilenebilsin ve her zaman el altında olsunlar. Örneğin yaşam kuralları arasında belirttiğimiz gibi (bkz. Bölüm 4, Ön. 46 ve Notu) nefret sevgi ya da yüce gönüllük tarafından yenilmeli, ama karşılıklı nefretle yanıtlanmamalıdır. Ama bu us ilkesinin ona gereksindiğimiz her zaman elimizin altında olabilmesi için, insanlara genellikle yapılan haksızlıklar üzerine düşünmeli ve onlardan en iyi nasıl ve hangi yolda yüce gönüllük ile kaçınılabileceği konusunda sık sık kafa yormalıyız; çünkü böylelikle haksızlık imgesini bu kuralın imgesi ile birleştiririz, ve (Bölüm 2, Ön. 18) bize ne zaman bir haksızlık yapılsa her zaman elimizin altında olacaktır. Eğer her zaman gerçek yararımız için ve karşılıklı dostluktan ve ortak toplumdaki doğan iyilik için kaygı gösterirsek, ve dahası, eğer en yüksek ansal hoşnutluğun doğru yaşam yolundan doğduğunu (Bölüm 4, Ön. 52), ve insanların, başka şeyler gibi, doğanın zorunluluğuna göre davrandıklarını anımsarsak, o zaman ondan genellikle doğan incinme ya da nefret imgelemin yalnızca küçük bir bölümünü dolduracak ve kolayca üstesinden gelinecektir; ya da eğer en büyük haksızlıklardan genellikle doğan öfke kolayca yenilmezse, gene de daha önceden bu durumlar üzerine düşünmemiş olduğumuzda olacağından çok daha kısa bir zamanda yenilecektir, gerçi anlığın bir dalgalanmasından kaçınmasak bile; ve bunlar bu Bölümün 6, 7 ve 8'inci önermelerinden açıktır. Yüreklilik söz konusu olduğunda, korkuyu bir yana atabilmek için yine aynı yolda düşünmeliyiz; eş deyişle yaşamda karşılaşılan tehlikeleri sıralamalı ve sık sık imgelemeli, ansal güç ve dayanıklılık yoluyla onlardan en iyi hangi yolda kaçınılabileceği konusunda kafa yormalıyız. Ama belirtmek gerek ki düşün-

ce ve imgelerimizin düzeninde (Bölüm 4, Ön. 63'e Sonurgu ve Bölüm 3, Ön 59) her zaman her bir şeyde iyi olan yanlara dikkat etmeliyiz, öyle ki eyleme her zaman bir haz duygusu ile belirlenebilelim. Örneğin eğer biri aşırı bir istekle şan peşinde olduğunu görürse, bırakalım onun doğru kullanımı üzerine, hangi amaçla aranması gerektiği ve hangi araçla kazanılabileceği üzerine düşünsün; ama kötüye kullanımı ve gösteriş ve insanların tutarsızlıkları ya da hiç kimsenin sağlıksız bir anlık yoluyla olmanın dışında düşünmeyeceği türden başka şeyler üzerine değil; çünkü en açgözlü olanlar uğruna çabaladıkları onurları elde etmekten umutsuzluğa düştüklerinde kendilerine böyle düşüncelerle işkence ederler, ve öfke kusarken bilgi olarak görülmeyi isterler. Bu yüzden açıktır ki şan için en istekli olanlar onun kötüye kullanımına ve dünyanın hiçliğine karşı en büyük çılgılığı koparanlardır. Ve bu yalnızca hırslı olanlara değil, ama talihleri ters giden ve ansal olarak güçsüz olan herkese özgüdür. Çünkü yoksul ve hırslı biri paranın kötüye kullanımı ve varsılların kusurları üzerine konuşmaya hiçbir zaman son vermez; ama bununla kendini rahatsız etmekten başka birşey yapmaz ve yalnızca kendi yoksulluğuna değil ama başkalarının varsıllığına da içerlediğini gösterir. Yine sevgililerinden kötü davranış görenler kadınlığın tutarsızlığından, sevgilerinin yalancılığından ve sık sık sözü edilen benzer kusurlarından başka birşey düşünmezler, ve onlar tarafından yeniden kabul edilir edilmez herşeyi unuturlar. Bu yüzden duygularını ve itkilerini yalnızca özgürlük sevgisi ile denetlemeye çalışan biri elinden geldiğince erdemlerin ve nedenlerinin bir bilgisini elde etmeye, ve anlığını onların gerçek bir bilgisinden doğan sevinçle doldurmaya, ve ne olursa olsun insanların kusurlarını düşünmemeye, başkalarını değersizleştirmemeye ve yalancı bir özgürlük görünüşü altında sevinç duymamaya çalışacaktır. Ve bunlara dikkatle uyan (çünkü bu güç değildir) ve onlardan yararlanan biri kısa bir zamanda eylemlerini çoğunlukla usun yetkesi ile yönetmeyi başarabilecektir.

nobis in ordinandis nostris cogitationibus, & imaginibus semper attendendum est (per Coroll. Prop. 63 p. 4 & Prop. 59 p. 3) ad illa, quae in unaquaque re bona sunt, ut sic semper ex Laetitiae affectum ad agendum determinemur. Ex. gr. si quis videt, se nimis gloriam sectari, de ejus recto usu cogitet, & in quem finem sectanda sit, & quibus mediis acquiri possit; sed non de ipsius abusu, & vanitate, & hominum inconstantia, vel aliis hujusmodi, de quibus nemo, nisi ex animi aegritudine, cogitat; talibus enim cogitationibus maxime ambitiosi se maxime afficiant, quando de assequendo honore, quem ambiunt, desperant; &, dum Iram evomunt, sapientes videri volunt. Quare certum est, eos gloriae maxime esse cupidos, qui de ipsius abusu, & mundi vanitate maxime clamant. Nec hoc ambitiosis proprium, sed omnibus commune est, quibus fortuna est adversa, & qui animo impotentes sunt. Nam pauper etiam avarus de abusu pecuniae, & divitum vitiis non cessat loqui; quo nihil aliud efficit, quam se affliccare, & aliis ostendere, se non tantum pauperem sed etiam suam, sed etiam aliorum divitias iniquo animo ferre. Sic etiam, qui male ab amasia excepti sunt, nihil cogitant, quam de mulierum inconstantia, & fallaci animo, & reliquis earundem decantatis vitiis, quae omnia statim oblivioni tradunt, simulac ab amasia iterum recipiuntur. Qui itaque suos affectus, & appetitus ex solo Libertatis amore moderari studet, is, quantum potest, nitetur, virtutes, earumque causas noscere, & animum gaudio, quod ex earum vera cognitione oritur, implere; at minime hominum vitia contemplari, hominesque obrectare, & falsa libertatis specie gaudere. Atque haec qui diligenter observabit (neque enim difficilia sunt), & exercebit, nae ille brevi temporis spatio actiones suas ex rationis imperio plerumque dirigere poterit.

Propositio XI

Quo imago aliqua ad plures res refertur, eo frequentior est, seu saepius viget, & Mentem magis occupat.

Demonstratio. Quo enim imago, seu affectus ad plures res refertur, eo plures dantur causae, a quibus excitari, & foveri potest, quas omnes Mens (per Hypothesin) ex ipso affectu simul contemplatur; atque adeo affectus eo frequentior est, seu saepius viget, & (per Prop. 8 hujus) Mentem magis occupat. Q.E.D.

Propositio XII

Rerum imagines facilius imaginibus, quae ad res referuntur, quas clare, & distincte intelligimus, junguntur, quam aliis.

Demonstratio. Res, quas clare, & distincte intelligimus, vel rerum communes proprietates sunt, vel quae ex iis deducuntur (vide rationis Defin. in Schol. 2 Prop. 40 p. 2), & consequenter saepius (per Prop. praeced.) in nobis excitantur; adeoque facilius fieri potest, ut res alias simul cum his, quam cum aliis contemplemur, & consequenter (per Prop. 18 p. 2) ut facilius cum his, quam cum aliis, jungantur. Q.E.D.

Propositio XIII

Quo imago aliqua pluribus aliis juncta est, eo saepius viget.

Demonstratio. Nam, quo imago aliqua pluribus aliis juncta est, eo (per Prop. 18 p. 2) plures causae dantur, a quibus excitari potest. Q.E.D.

Propositio XIV

Mens efficere potest, ut omnes Corporis affectiones, seu rerum imagines ad Dei ideam referantur.

Demonstratio. Nulla est Corporis affectio, cujus aliquem clarum, & distinctum non possit Mens formare conceptum (per Prop. 4 hujus); adeoque efficere potest (per Prop. 15 p. 1), ut omnes ad Dei ideam referantur. Q.E.D.

ÖNERME 11

İmge ne denli çok şey ile ilgili ise, o denli sıktır, ya da o denli sık dirileşir ve anlığı doldurur.

Tanıt. Bir imge ya da duygu ne denli çok şey ile ilgili ise, onu uyarabilen ve besleyebilen nedenler o denli çoktur, ve anlık bunların tümünü de (önsav gereği) duygunun kendisinden ötürü aynı zamanda gözler; ve öyleyse duygu o denli sıktır ya da o denli sık dirileşir, ve (Bölüm 5, Ön. 8) anlığı o denli çok doldurur.—Q.E.D.

ÖNERME 12

Şeylerin imgeleri açık ve seçik anladığımız şeylerle ilgili imgeler ile başkalarından daha kolay birleşirler.

Tanıt. Açık ve seçik olarak anladığımız şeyler ya şeylerin ortak özellikleri ya da bunlardan çıkarsadıklarımızdır (bkz. Bölüm 2, Ön. 40'a Notta us tanımı), ve buna göre bizde daha sık uyarılırlar; bu yüzden şeyleri aynı zamanda başkalarından çok bunlarla birlikte görmemiz daha kolay olur, ve sonuçta (Bölüm 2, Ön. 18) bunlarla başkalarından daha kolay birleşirler.—Q.E.D.

ÖNERME 13

İmge başka ne denli çok şey ile birleşirse, o denli sık dirileşir.

Tanıt. Çünkü imge başka ne denli çok şey ile birleşirse, onu uyaracak (Bölüm 2, Ön. 18) o denli çok neden vardır.—Q.E.D.

ÖNERME 14

Anlık bedenın tüm değışkilerinin ya da şeylerin imgelerinin Tanrı ideası ile ilişkili olmasını sağlayabilir.

Tanıt. Bedenin hiçbir değışkisi yoktur ki anlık onun açık ve seçik bir kavramını oluşturmamasın (Bölüm 5, Ön. 4); öyleyse (Bölüm 1, Ön. 15) tümünün de Tanrı ideası ile ilişkili olmasını sağlayabilir.—Q.E.D.

ÖNERME 15

Kendini ve duygularını açık ve seçik olarak anlayan herkes Tanrıyı sever, ve kendini ve duygularını ne denli anlarsa o denli çok sever.

Tanıt. Kendini ve duygularını açık ve seçik olarak anlayan herkes sevinç duyar (Bölüm 3, Ön. 53), ve buna Tanrı ideası eşlik eder (önceki Ön.); ve öyleyse (Duyg. Tan. 6) Tanrıyı sever, ve (aynı usamlama ile) kendini ve duygularını ne denli anlarsa, o denli çok sever.—Q.E.D.

ÖNERME 16

Anlıgı en çok Tanrıya yönelik bu sevgi doldurmadır.

Tanıt. Çünkü bu sevgi bedenın tüm değışkileri ile birleşir (Bölüm 5, Ön. 14), ve tümü tarafından beslenir (Bölüm 5, Ön. 15); dolayısıyla (Bölüm 5, Ön. 11) anlıgı en çok o doldurmalıdır.—Q.E.D.

ÖNERME 17

Tanrı tutkulardan özgürdür, ve herhangi bir haz ya da acı duygusu ile etkilenmez.

Tanıt. Tüm idealar, Tanrı ile ilişkili oldukları sürece, gerçektirler (Bölüm 2, Ön. 32), eş deyişle (Bölüm 2, Tanım 4) yeterlidirler; öyleyse (Duyg. Gen. Tan.) Tanrı tutkulardan özgürdür. Yine, Tanrı daha büyük ya da daha küçük bir eksiksizliğe geçemez (Bölüm 1, Ön. 20'ye Sonurgu); ve öyleyse (Duyg. Tan. 2 ve 3) ne haz ne de acı duygusu tarafından etkilenir.—Q.E.D.

Not. Tanrı sözcüğün gerçek anlamında hiç kimseyi sevmez ve hiç kimseden nefret etmez. Çünkü Tanrı (önceki Ön.) hiçbir haz ya da acı duygusu ile etkilenmez, ve sonuçta (Duyg. Tan. 6 ve 7) ne hiç kimseyi sever, ne de hiç kimseden nefret eder.

ÖNERME 18

Hiç kimse Tanrıdan nefret edemez.

Tanıt. Bizdeki Tanrı ideası yeterli ve eksiksizdir (Bölüm 2, Ön. 46 ve 47); bu yüzden Tanrı

Propositio XV

Qui se, suosque affectus clare, & distincte intelligit, Deum amat, & eo magis, quo se, suosque affectus magis intelligit.

Demonstratio. Qui se, suosque affectus clare, & distincte intelligit, laetatur (per Prop. 53 p. 3), idque concomitante idea Dei (per Prop. praeced.); atque adeo (per Defin. 6 Affect.) Deum amat, & (per eandem rationem) eo magis, quo se, suosque affectus magis intelligit. Q.E.D.

Propositio XVI

Hic erga Deum Amor Mentem maxime occupare debet.

Demonstratio. Est enim hic Amor junctus omnibus Corporis affectionibus (per Prop. 14 hujus), quibus omnibus fovetur (per Prop. 15 hujus); atque adeo (per Prop. 11 hujus) Mentem maxime occupare debet. Q.E.D.

Propositio XVII

Deus expers est passionum, nec ullo Laetitia, aut Tristitia affectu afficitur.

Demonstratio. Ideae omnes, quatenus ad Deum referuntur, verae sunt (per Prop. 32 p. 2), hoc est (per Defin. 4 p. 2), adaequatae; atque adeo (per gen. Affect. Defin.) Deus expers est passionum. Deinde Deus neque ad majorem, neque ad minorem perfectionem transire potest (per Coroll. 2 Prop. 20 p. 1); adeoque (per Defin. 2 & 3 Affect.) nullo Laetitia, neque Tristitia affectu afficitur. Q.E.D.

Corollarium. Deus proprie loquendo neminem amat, neque odio habet. Nam Deus (per Prop. praeced.) nullo Laetitia, neque Tristitia affectu afficitur, & consequenter (per Defin. 6 & 7 Affect.) neminem etiam amat, neque odio habet.

Propositio XVIII

Nemo potest Deum odio habere.

Demonstratio. Idea Dei, quae in nobis est, est adaequata, & perfecta (per Prop. 46 & 47 p. 2); ade-

oque quatenus Deum contem-
plamur, eatenus agimus (per Prop.
3 p. 3), & consequenter (per
Prop. 59 p. 3) nulla potest dari
Tristitia concomitante idea Dei,
hoc est, (per Defin. 7 Affect.)
nemo Deum odio habere potest.
Q.E.D.

Corollarium. Amor erga Deum
in odium verti nequit.

Scholium. At objici potest, quod
dum Deum omnium rerum causam
intelligimus, eo ipso Deum
Tristitiae causam consideramus.
Sed ad hoc respondeo, quod quatenus
Tristitiae causas intelligimus,
eatenus (per Prop. 3 hujus)
ipsa desinit esse passio, hoc est
(per Prop. 59 p. 3), eatenus desinit
esse Tristitia; atque adeo, quatenus
Deum Tristitiae causam esse
intelligimus, eatenus laetamur.

Propositio XIX

*Qui Deum amat, conari non potest,
ut Deus ipsum contra amet.*

Demonstratio. Si homo id cona-
retur, cuperet ergo (per Coroll.
Prop. 17 hujus), ut Deus, quem
amat, non esset Deus, & consequenter
(per Prop. 19 p. 3), contris-
tari cuperet, quod (per Prop. 28
p. 3) est absurdum. Ergo, qui
Deum amat, &c. Q.E.D.

Propositio XX

*Hic erga Deum Amor, neque Invidia,
neque Zelotypiae affectu inquinari
potest; sed eo magis fovetur, quo
plures homines eodem Amoris vinculo
cum Deo junctos imaginamur.*

Demonstratio. Hic erga Deum
Amor summum bonum est, quod
ex dictamine rationis appetere
possumus (per Prop. 28 p. 4), &
omnibus hominibus commune
est (per Prop. 36 p. 4), & omnes,
ut eodem gaudeant, cupimus (per
Prop. 37 p. 4); atque adeo (per
Defin. 23 Affect.) Invidiae affectu
maculari nequit, neque etiam
(per Prop. 18 hujus, & Defin. Ze-
lotypiae, quam vide in Schol.
Prop. 35 p. 3) Zelotypiae affectu;
sed contra (per Prop. 31 p. 3) eo
magis foveri debet, quo plures
homines eodem gaudere imagi-
namur. Q.E.D.

yı ne denli düşünürsek o denli etkin oluruz (Bölüm 3, Ön. 3), ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 59) Tanrı ideasına eşlik eden hiçbir acı olamaz, ya da (Duyg. Tan. 7) hiç kimse Tanrıdan nefret edemez.—Q.E.D.

Sonurgu. Tanrıya karşı sevgi nefrete değişir.

Not. Ama buna karşılıklı olarak denebilir ki, Tanrıyı tüm şeylerin nedeni olarak anlarken, tam bu nedenle Tanrıyı acının nedeni olarak görürüz. Ama buna yanıtım şudur ki, acının nedenini anladığımız sürece acı (Bölüm 5, Ön. 3) bir tutku olmaya son verir, ya da (Bölüm 3, Ön. 59), bu düzeye dek acı olmaya son verir; ve öyleyse, Tanrıyı acının nedeni olarak anladığımız sürece o düzeye dek sevinç duyarız.

ÖNERME 19

Tanrıyı seven karşılık olarak Tanrının onu sevmesi için çabalayamaz.

Tanıt. Eğer insan bunu isteseydi, bu yüzden (Böl. 5, Ön. 17'ye Sonurgu) sevdiği Tanrının Tanrı olmamasını istemiş olurdu, ve dolayısıyla (Böl. 3, Ön. 19) acı duymayı isterdi, ki (Böl.3, Ön. 28) saçmadır. Öyleyse, Tanrıyı seven vs.—Q.E.D.

ÖNERME 20

Tanrıya yönelik bu sevgi haset ya da kıskançlık duygusu tarafından kirletilemez; ama insanların Tanrıya bu sevgi bağı ile bağlandıklarını ne denli imgelersek o denli beslenir.

Tanıt. Tanrıya yönelik bu sevgi usun buyruğuna göre isteyebileceğimiz en yüksek iyidir (Bölüm 4, Ön. 28), ve tüm insanlara ortaktır (Bölüm 4, Ön. 36), ve herkesin onunla sevinç duymasını isteriz (Bölüm 3, Ön. 37); ve dolayısıyla (Duyg. Tan. 23) haset duygusu tarafından lekelenemez, ne de kıskançlık duygusu tarafından (Bölüm 5, Ön. 18, ve bkz. Bölüm 3, Ön. 35'e Sonurguda Kıskançlık Tanımı); ama tersine, (Bölüm 3, Ön. 31) ne denli insanların ondan sevinç duyduklarını imgelersek o denli güçlenmelidir.—Q.E.D.

Not. Bu sevgiye doğrudan aykırı olarak onu yokedebilecek hiçbir duygunun olmadığını aynı yolda gösterebiliriz; ve böylece Tanrıya yönelik sevginin tüm duyguların en değişmezi olduğu, ve, beden ile ilişkili olduğu sürece, bedenin kendisi ile birlikte olmaksızın yok edilemeyeceği vargısını çıkarabiliriz. Ama yalnızca anlık ile ilişkili olduğu sürece hangi doğada olabileceğini daha sonra göreceğiz. Duygular için tüm çareleri, ya da salt kendinde görüldüğünde anlığın duygulara karşı yapabileceği herşeyi yukarıda söylenenlerde topladım; bunlardan görüldüğü gibi, anlığın duygular üzerindeki gücü şunlardan oluşur: 1. Duyguların bilgisinin kendisi (bkz. Bölüm 5, Ön. 4'e Not). 2. Duyguların karışık olarak imgelediğimiz dışsal nedenin düşüncesinden ayrılmaları (bkz. Bölüm 5, Ön 2 ve Notu, ve Ön. 4). 3. Anladığımız şeylerle ilişkileri olan duyguların karışık ve sakat olarak tasarladığımız şeylerle ilişkili olanlara üstün çıkma zamanı (bkz. Bölüm 5, Ön. 7). 4. Şeylerin ortak özellikleri ile ya da Tanrı ile ilişkileri olan duyguların beslenmesini sağlayan nedenler çokluğu (bkz. Bölüm 5, Ön. 9 ve 11). 5. Son olarak, içinde anlığın duygularını düzenleyebileceği ve birbiri ile ilişkilendirebileceği düzen (bkz. Bölüm 5, Ön. 10'a Not, ve ayrıca Ön. 12, 13 ve 14). Ama anlığın duygular üzerindeki bu gücünün daha iyi anlaşılabilmesi için burada ilk olarak belirtmek gerek ki, bir insanın duygusunu bir başkasınınki ile karşılaştırdığımız zaman, ve birinin bir duygunun saldırısına bir başkasından daha çok uğradığını gördüğümüz zaman, ya da bir duyguyu bir ve aynı insanın başka duyguları ile karşılaştırdığımız ve onun bir duygudan bir başkasından daha çok etkilendiğini ya da devindirildiğini gördüğümüz zaman, duygulara büyük deriz; çünkü (Bölüm 4, Ön. 5) duygunun kuvveti, bizimki ile karşılaştırma içinde, dışsal nedenin gücü tarafından tanımlanır. Ama anlığın gücü yalnızca bilgi tarafından tanımlanır; güçsüzlüğü ya da edilginliği yalnızca bilgi yoksunluğu tarafından hesaplanır, ya da idealara yetersiz denmesine yol

Scholium. Possumus hoc eodem modo ostendere, nullum dari affectum, qui huic Amori directe sit contrarius, a quo hic ipse Amor possit destrui; atque adeo concludere possumus, hunc erga Deum Amorem omnium affectuum esse constantissimum, nec, quatenus ad Corpus refertur, posse destrui, nisi cum ipso Corpore. Cujus autem naturae sit, quatenus ad solam Mentem refertur; postea videbimus. Atque his omnia affectuum remedia, sive id omne, quod Mens, in se sola considerata, adversus affectus potest, comprehendit; ex quibus apparet, Mentis in affectus potentiam consistere: I^o. In ipsa affectuum cognitione (vide Schol. Prop. 4 hujus). II^o. In eo, quod affectus a cogitatione causae externae, quam confuse imaginamur, separat (vide Prop. 2 cum eodem Schol. Prop. 4 hujus). III^o. In tempore, quo affectiones, quae ad res, quas intelligimus, referuntur, illas superant, quae ad res referuntur, quas confuse, seu mutilate concipimus (vide Prop. 7 hujus). IV^o. In multitudine causarum, a quibus affectiones, quae ad rerum communes proprietates, vel ad Deum referuntur, foveantur (vide Prop. 9 & 11 hujus). V^o. Denique in ordine, quo Mens suos affectus ordinare, & invicem concatenare potest (vide Schol. Prop. 10 & insuper Prop. 12, 13 & 14 hujus). Sed ut haec Mentis in affectus potentia melius intelligatur, venit apprimè notandum, quod affectus a nobis magni appellantur, quando unius hominis affectum cum affectu alterius comparamus, & unum magis, quam alium eodem affectu conflictari videmus; vel quando unius, ejusdemque hominis affectus ad invicem comparamus, eundemque uno affectu magis, quam alio affici, sive moveri comperimus: Nam (per Prop. 5 p. 4) vis cujuscunque affectus definitur potentia causae externae cum nostra comparata. At Mentis potentia sola cognitione definitur; impotentia autem, seu passio a sola cognitionis privatione, hoc est, ab eo, per quod ideae dicuntur inadaequatae, aestimatur; ex quo sequitur, Mentem

illam maxime pati, cujus maximam partem ideae inadaequatae constituunt, ita ut magis per id, quod patitur, quam per id, quod agit, dignoscatur; & illam contra maxime agere, cujus maximam partem ideae adaequatae constituunt, ita ut, quamvis huic tot inadaequatae ideae, quam illi insint, magis tamen per illas, quae humanae virtuti tribuuntur, quam per has, quae humanam impotentiam arguunt, dignoscatur. Deinde notandum, animi aegritudines, & infortunia potissimum originem trahere ex nimio Amore erga rem, quae multis variationibus est obnoxia, & cujus nunquam compotes esse possumus. Nam nemo de re ulla, nisi quam amat, sollicitus, anxiusve est, neque injuriarum, suspiciones, inimicitiae, & oriuntur, nisi ex Amore erga res, quarum nemo potest revera esse compos. Ex his itaque facile concipimus, quid clara, & distincta cognitio, & praecipue tertium illud cognitionis genus (de quo vide Schol. Prop. 47 p. 2), cujus fundamentum est ipsa Dei cognitio, in affectus potest, quos nempe, quatenus passiones sunt, si non absolute tollit (vide Prop. 3 cum Schol. Prop. 4 hujus), saltem efficit, ut minimam Mentis partem constituent (vide Prop. 14 hujus). Deinde Amorem gignit erga rem immutabilem, & aeternam (vide Prop. 15 hujus), & cujus revera sumus compotes (vide Prop. 45 p. 2), & qui propterea nullis vitis, quae in communi Amore insunt, inquinari, sed semper major, ac major esse potest (per Prop. 15 hujus), & Mentis maximam partem occupare (per Prop. 16 hujus), lateque afficere. Atque his omnia, quae praesentem hanc vitam spectant, absolvi. Nam quod in hujus Scholii principio dixi, me his paucis omnia affectuum remedia amplexum esse, facile poterit unusquisque videre, qui ad haec, quae in hoc Scholio diximus, & simul ad Mentis, ejusque affectuum definitiones, & denique ad Propositiones 1 & 3 Partis 3 attenderit. Tempus igitur jam est, ut ad illa transeam, quae ad Mentis durationem sine relatione ad Corpus pertinent.

açan şey tarafından; bundan şu çıkar ki, en büyük bölümü yetersiz idealardan oluşan anlık en edilgin olandır, öyle ki yaptığı tarafından olmaktan çok ona yapılan ile ayırddedilir; ve, buna karşı, büyük bölümü yeterli idealardan oluşan anlık en etkin olandır, öyle ki onda da birincide olduğu denli yetersiz ideaların olmasına karşın, gene de insan güçsüzlüğüne ait olanlarla olmaktan çok insan erdemine ait olanlarla ayırddedilir. Yine, belirtmek gerek ki anlığın bu rahatsızlıkları ve talihsizlikler kökenlerini çoğunlukla birçok değişikliğe açık olan ve hiçbir zaman iye olamayacağımız bir şey için aşırı sevgiye borçludur. Çünkü hiç kimse sevmediği birşey için kaygı ya da endişe duymaz, ne de haksızlıklar, kuşkular, düşmanlıklar vb. hiç kimse-nin gerçekten iye olamayacağı şey için sevgiden başka birşeyden doğarlar. Bundan kolayca açık ve seçik bir bilginin, ve özellikle temeli Tanrı bilgisi olan o üçüncü tür bilginin (bkz. Bölüm 2, Ön. 47'ye Not) duygular üzerinde neyi başara-bileceğini, daha açık bir deyişle, tutkular oldukları sürece onları saltık olarak ortadan kaldırmasa da (bkz. Bölüm 5, Ön. 3 ve Notu, Ön. 4), en azından anlığın en küçük bölümünü oluşturmalarını sağladığını kolayca görebiliriz (bkz. Bölüm 5, Ön. 14). Dahası, değişmez ve bengi olan (bkz. Bölüm 5, Ön. 15), ve gerçekten iye olabileceğimiz (Bölüm 2, Ön. 45) bir şeye karşı bir sevgi doğurur—bir sevgi ki, sıradan sevgide varolan herhangi bir kusur tarafından lekelenemez, ama her zaman giderek daha da büyür (Bölüm 5, Ön. 15) ve anlığın en büyük bölümünü kaplar (Bölüm 5, Ön. 16) ve onu yaygın olarak etkiler. Tüm bunlarla şimdiki yaşamı ilgilendiren herşeyi tamamlamış oldum. Çünkü, bu notun başında söylediğim şeyi, eş deyişle bu birkaç sözde duygular için tüm çareleri toparlamış olduğumu, bu notta söylediklerime ve aynı zamanda anlığın ve duygularının tanımlarına, ve son olarak Bölüm 3, Ön. 1 ve 3'e dikkat eden herkes kolayca görebilir. Şimdi beden ile ilişki olmaksızın anlığın süresi ile ilgili noktalara geçme zamanı geldi.

ÖNERME 21

Beden sürmedikçe anlık hiçbirşey imgeleyemez, ne de geçmiş şeyleri anımsayabilir.

Tanıt. Beden sürmedikçe anlık bedeninin edimsel varoluşunu anlatmaz, ne de bedenin değişikliklerini edimsel olarak kavrayabilir (Bölüm 2, Ön. 8'e Sonurgu), ve dolayısıyla (Bölüm 2, Ön. 26) kendi bedeni varolmadıkça hiçbir cismi edimsellikte var olarak kavramaz, ve böylece beden sürmedikçe hiçbirşey imgeleyemez (bkz. Bölüm 2, Ön. 17'ye Notta İmgelem Tanımı), ne de geçmiş şeyleri anımsayabilir (bkz. Bölüm 2, Ön. 18'e Notta Bellek Tanımı).—Q.E.D.

ÖNERME 22

Tanrıda gene de zorunlu olarak şu ya da bu insan bedeninin özünü bengilik türü altında anlatan bir idea vardır.

Tanıt. Tanrı yalnızca şu ya da bu insan bedeninin varoluşunun değil, ama özünün de nedenidir (Bölüm 1, Ön. 25), ki buna göre zorunlu olarak Tanrının özünün kendisi yoluyla kavranmalıdır (Bölüm 1, Belit 4), ve hiç kuşkusuz belli bir bengi zorunluk ile (Bölüm 1, Ön. 16); ve bu kavram zorunlu olarak Tanrıda olmalıdır (Bölüm 2, Ön. 3).—Q.E.D.

ÖNERME 23

İnsan anlığı insan bedeni ile saltık olarak yokedilemez; tersine bengi olan bir parçası kalır.

Tanıt. Tanrıda zorunlu olarak insan bedeninin özünü anlatan bir kavram ya da idea vardır (önceki Ön.), ki bu yüzden zorunlu olarak insan anlığının özüne ait birşeydir (Bölüm 2, Ön. 13). Buna karşın, süre aracılığıyla açıklanabilen ve zaman tarafından tanımlanabilen insan bedeninin edimsel varoluşunu anlatması dışında, insan anlığına zaman tarafından tanımlanabilen bir süre yüklemeyiz; başka bir deyişle (Bölüm 2, Ön. 8), beden sürmedikçe ona süre yüklemeyiz. Ama gene de belli bir

Propositio XXI

Mens nihil imaginari potest, neque rerum praeteritarum recordari, nisi durante Corpore.

Demonstratio. Mens actualem sui Corporis existentiam non exprimit, neque etiam Corporis affectiones, ut actuales, concipit, nisi durante Corpore (per Coroll. Prop. 8 p. 2), & consequenter (per Prop. 26 p. 2) nullum corpus, ut actu existens, concipit, nisi durante suo Corpore, ac proinde nihil imaginari (vide Imaginat. Defin. in Schol. Prop. 17 p. 2), neque rerum praeteritarum recordari potest, nisi durante Corpore (vide Defin. Memoriae in Schol. Prop. 18 p. 2). Q.E.D.

Propositio XXII

In Deo tamen datur necessario idea, quae hujus, & illius Corporis humani essentiam sub aeternitatis specie exprimit.

Demonstratio. Deus non tantum est causa hujus, & illius Corporis humani existentiae, sed etiam essentiae (per Prop. 25 p. 1), quae propterea per ipsam Dei essentiam necessario debet concipi (per Axiom. 4 p. 1), idque aeterna quadam necessitate (per Prop. 16 p. 1), qui quidem conceptus necessario in Deo dari debet (per Prop. 3 p. 2). Q.E.D.

Propositio XXIII

Mens humana non potest cum Corpore absolute destrui; sed ejus aliquid remanet, quod aeternum est.

Demonstratio. In Deo datur necessario conceptus, seu idea, quae Corporis humani essentiam exprimit (per Prop. praeced.), quae propterea aliquid necessario est, quod ad essentiam Mentis humanae pertinet (per Prop. 13 p. 2). Sed Mentis humanae nullam durationem, quae tempore definiri potest, tribuimus, nisi quatenus Corporis actualem existentiam, quae per durationem explicatur, & tempore definiri potest, exprimit, hoc est (per Coroll. Prop. 8 p. 2), ipsi durationem non tribuimus, nisi durante Corpore. Cum

tamen aliquid nihilominus sit id, quod aeterna quadam necessitate per ipsam Dei essentiam concipitur (per Prop. praeced.), erit necessario hoc aliquid, quod ad Mentis essentiam pertinet, aeternum. Q.E.D.

Scholium. Est, uti diximus, haec idea, quae Corporis essentiam sub specie aeternitatis exprimit, certus cogitandi modus, qui ad Mentis essentiam pertinet; quique necessario aeternus est. Nec tamen fieri potest, ut recordemur nos ante Corpus exstitisse, quandoquidem nec in corpore ulla ejus vestigia dari, nec aeternitas tempore definiri, nec ullam ad tempus relationem habere potest. At nihilominus sentimus, experimurque, nos aeternos esse. Nam Mens non minus res illas sentit, quas intelligendo concipit, quam quas in memoria habet. Mentis enim oculi, quibus res videt, observatque, sunt ipsae demonstrationes. Quamvis itaque non recordemur nos ante Corpus exstitisse, sentimus tamen Mentem nostram, quatenus Corporis essentiam sub aeternitatis specie involvit, aeternam esse, & hanc ejus existentiam tempore definiri, sive per durationem explicari non posse. Mens igitur nostra eatenus tantum potest dici durare, ejusque existentia certo tempore definiri potest, quatenus actualement Corporis existentiam involvit, & eatenus tantum potentiam habet rerum existentiam tempore determinandi, easque sub duratione concipiendi.

Propositio XXIV

Quo magis res singulares intelligimus, eo magis Deum intelligimus.

Demonstratio. Patet ex Coroll. Prop. 25 p. 1.

Propositio XXV

Summus Mentis conatus, summaque virtus est res intelligere tertio cognitionis genere.

Demonstratio. Tertium cognitionis genus procedit ab adaequata idea quorundam Dei attributorum ad adaequatam cognitionem essentiae rerum (vide hujus Defin. in Schol.

bengi zorunluk altında Tanrının özü yoluyla kavranan birşey olduğu için, anlığın özüne ait olan bu birşey zorunlu olarak bengi olacaktır.—Q.E.D.

Not. Dediğimiz gibi, bir bengilik türü altında bedeninin özünü anlatan bu idea belli bir düşünce kipidir ki, anlığın özüne aittir, ve zorunlu olarak bengidir. Ama bedenlerimizden önce varolmuş olduğumuzu anımsamamız olanaksızdır, çünkü bedende onun hiçbir izi yoktur, ve bengilik ne zaman tarafından tanımlanabilir ne de zaman ile herhangi bir ilişkisi olabilir. Ama gene de bengi olduğumuzu duyumsar ve yaşarız. Çünkü anlık anlayarak kavradığı şeyleri bellekte taşıdıklarından daha az duyumsamaz. Çünkü anlığın şeyleri görmesini ve gözlemesini sağlayan gözleri tanıtlamalardır. Böylece gerçi bedenden önce var olduğumuzu anımsamasak da, anlığımızın, bengilik türü altında bedeninin özünü içerdigi sürece, bengi olduğunu, ve varoluşunun zaman tarafından tanımlanamayacağını ya da süre tarafından açıklanamayacağını duyumsarız. Anlığımızın öyleyse ancak süreceği söylenebilir, ve varoluşu ancak bedeninin edimsel varoluşunu içerdigi sürece belli bir zaman tarafından tanımlanabilir, ve yalnızca bu düzeye dek şeylerin varoluşunu zaman yoluyla belirleme ve onları süre altında kavrama gücünü taşır.

ÖNERME 24

Tekil şeyleri ne denli anlarsak, Tanrıyı o denli anlarız.

Tanıt. Bölüm 1, Ön. 25'ten açıktır.

ÖNERME 25

Anlığın en büyük çabası ve en büyük erdemi şeyleri üçüncü tür bilgi yoluyla anlamaktır.

Tanıt. Üçüncü tür bilgi Tanrının belli yüklemelerinin yeterli ideasından şeylerin özünün yeterli bilgisine ilerler (bkz. Bölüm 2, Ön. 40'a Nottaki tanım), ve şeyleri ne denli bu yolda

anlarsak, (önceki Ön) Tanrıyı o denli çok anlarız; ve dolayısıyla (Bölüm 4, Ön. 28) anlığın en büyük erdemi, ya da (Bölüm 4, Tanım 8), anlığın gücü ya da doğası, ya da (Bölüm 3, Ön. 7) en büyük çabası, şeyleri üçüncü tür bilgiye göre anlamaktır.—Q.E.D.

ÖNERME 26

Anlık şeyleri üçüncü tür bilgi yoluyla anlamaya ne denli yatkınsa, şeyleri bu tür bilgi yoluyla anlamayı o denli çok ister.

Tanıt. Bu açıktır. Çünkü anlığı şeyleri bu tür bilgi yoluyla anlamaya yatkın olarak kavradığımız sürece, bu düzeye dek onu şeyleri aynı bilgi türü yoluyla anlamaya belirlenmiş olarak kavrarız, ve dolayısıyla (Duyg. Tan. 1) anlık bunun için ne denli yatkınsa, onu o denli çok ister.—Q.E.D.

ÖNERME 27

Bu üçüncü tür bilgiden anlığın olabilecek en büyük hoşnutluğu doğar.

Tanıt. Anlığın en büyük erdemi Tanrıyı bilmek (Bölüm 4, Ön. 28), ya da, şeyleri üçüncü tür bilgi yoluyla anlamaktır (Bölüm 5, Ön. 28); ve bu erdem anlık şeyleri ne denli bu tür bilgi yoluyla bilirse o denli büyüktür (Bölüm 5, Ön. 24); öyleyse şeyleri bu tür bilgi yoluyla bilen en yüksek insan eksiksizliğine geçer, ve sonuçta (Duyg. Tan. 2) en yüksek haz ile etkilenir, ve buna (Bölüm 2, Ön. 43) kendisinin ve erdeminin ideası eşlik eder; öyleyse (Duyg. Tan. 25) bu tür bilgiden olanaklı en büyük hoşnutluk doğar.—Q.E.D.

ÖNERME 28

Şeyleri üçüncü tür bilgi yoluyla bilme çabası ya da isteği birinci değil ama ikinci bilgi türünden doğabilir.

Tanıt. Bu önerme kendiliğinden açıktır. Çünkü açık ve seçik olarak anladığımızı ya kendisi yoluyla anlarız, ya da kendisi yoluyla

2 Prop. 40 p. 2); & quo magis hoc modo res intelligimus, eo magis (per Prop. praeced.) Deum intelligimus, ac proinde (per Prop. 28 p. 4) summa Mentis virtus, hoc est (per Defin. 8 p. 4), Mentis potentia, seu natura, sive (per Prop. 7 p. 3) summus conatus est res intelligere tertio cognitionis genere. Q.E.D.

Propositio XXVI

Quo Mens aptior est ad res tertio cognitionis genere intelligendum, eo magis cupit, res eodem hoc cognitionis genere intelligere.

Demonstratio. Patet. Nam quatenus concipimus Mentem aptam esse ad res hoc cognitionis genere intelligendum, eatenus eandem determinatam concipimus ad res eodem cognitionis genere intelligendum, & consequenter (per Defin. 1 Affect.), quo Mens ad hoc aptior est, eo magis hoc cupit. Q.E.D.

Propositio XXVII

Ex hoc tertio cognitionis genere summa, quae dari potest, Mentis acquiescentia oritur.

Demonstratio. Summa Mentis virtus est Deum cognoscere (per Prop. 28 p. 4), sive res tertio cognitionis genere intelligere (per Prop. 25 hujus); quae quidem virtus eo major est, quo Mens hoc cognitionis genere magis res cognoscit (per Prop. 24 hujus); adeoque qui res hoc cognitionis genere cognoscit, is ad summam humanam perfectionem transit, & consequenter (per Defin. 2 Affect.), summa Laetitia afficitur, idque (per Prop. 43 p. 2) concomitante idea sui, suaeque virtutis, ac proinde (per Defin. 25 Affect.) ex hoc cognitionis genere summa, quae dari potest, oritur acquiescentia. Q.E.D.

Propositio XXVIII

Conatus, seu Cupiditas cognoscendi res tertio cognitionis genere, oriri non potest ex primo; at quidem ex secundo cognitionis genere.

Demonstratio. Haec Propositio per se patet. Nam quicquid clare, & distincte intelligimus, id vel per se, vel per aliud, quod per se concipitur,

intelligimus, hoc est, ideae, quae in nobis clariae, & distinctae sunt, sive quae ad tertium cognitionis genus referuntur (vide Schol. 2 Prop. 40 p. 2), non possunt sequi ex ideis mutilatis, & confusis, quae (per idem Schol.) ad primum cognitionis genus referuntur, sed ex ideis adaequatis, sive (per idem Schol.) ex secundo, & tertio cognitionis genere; ac proinde (per Defin. 1 Affect.) Cupiditas cognoscendi res tertio cognitionis genere non potest oriri ex primo, at quidem ex secundo. Q.E.D.

Propositio XXIX

Quicquid Mens sub specie aeternitatis intelligit, id ex eo non intelligit, quod Corporis praesentem actualem existentiam concipit, sed ex eo, quod Corporis essentiam concipit sub specie aeternitatis.

Demonstratio. Quatenus Mens praesentem sui Corporis existentiam concipit, eatenus durationem concipit, quae tempore determinari potest, & eatenus tantum potentiam habet concipiendi res cum relatione ad tempus (per Prop. 21 hujus & Prop. 26 p. 2). At aeternitas per durationem explicari nequit (per Defin. 8 p. 1 & ipsius explicat.). Ergo Mens eatenus potestatem non habet concipiendi res sub specie aeternitatis; sed quia de natura rationis est res sub specie aeternitatis concipere (per Coroll. 2 Prop. 44 p. 2), & ad Mentis naturam etiam pertinet Corporis essentiam sub specie aeternitatis concipere (per Prop. 23 hujus), & praeter haec duo nihil aliud ad Mentis essentiam pertinet (per Prop. 13 p. 2); ergo haec potentia concipiendi res sub specie aeternitatis ad Mentem non pertinet, nisi quatenus Corporis essentiam sub specie aeternitatis concipit. Q.E.D.

Scholium. Res duobus modis a nobis ut actuales concipiuntur, vel quatenus easdem cum relatione ad certum tempus, & locum existere, vel quatenus ipsas in Deo contineri, & ex naturae divinae necessitate consequi concipimus. Quae autem hoc secundo modo ut verae, seu reales concipiuntur, eas sub aeternitatis specie concipimus, &

kavranan bir başkası yoluyla; başka bir deyişle, bizde açık ve seçik olan, ya da üçüncü bilgi türü ile ilişkili olan idealar (Bölüm 2, Ön. 40'a Not) birinci tür bilgi ile ilişkili sakat ve (aynı Not) karışık idealardan değil, ama yeterli idealardan ya da (aynı Not) ikinci ve üçüncü bilgi türlerinden doğabilirler; ve öyleyse (Duyg. Tan. 1) şeyleri üçüncü tür bilgi yoluyla bilme isteği birinci tür bilgiden değil ama ancak ikinci tür bilgiden doğabilir.—Q.E.D.

ÖNERME 29

Anlık bengilik türü altında anladığı herşeyi bedeninin şimdiki edimsel varoluşunu kavramasından değil, ama bedeninin özünü bengilik türü altında kavramasından anlar.

Tanıt. Anlık bedeninin şimdiki edimsel varoluşunu kavradığı düzeye dek zaman yoluyla belirlenebilen süreyi kavrar, ve bu düzeye dek yalnızca şeyleri zaman ile ilişki içinde kavrama gücünü taşır (Bölüm 5, Ön. 21 ve Bölüm 2, Ön. 26). Ama bengilik süre yoluyla açıklanamaz (Bölüm 1, Tanım 8 ve açıklaması). Öyleyse anlık bu düzeye dek şeyleri bengilik türü altında kavrama gücünü taşımaz; ama usun doğası şeyleri bengilik türü altında kavramak olduğuna göre (Bölüm 2, Ön. 44, Sonurgu 2), ve bedeninin özünü bengilik türü altında kavramak anlığın doğasına ait olduğuna göre (Bölüm 5, Ön. 23), ve bu iki şey dışında hiçbirşey anlığın özüne ait olmadığına göre (Bölüm 2, Ön. 13), şeyleri bengilik türü altında kavramak için bu güç bedeninin özünü bengilik türü altında kavramadığı sürece anlığın özüne ait değildir.—Q.E.D.

Not. Şeyler bizim tarafımızdan iki yolda edimsel olarak kavranır, ya onların belli bir zaman ve uzay ile ilişki içinde varolduklarını kavradığımız sürece, ya da onları Tanrıda kapsanıyor ve tanrısal doğanın zorunluluğundan doğuyor olarak kavradığımız sürece. Ama bu ikinci yolda gerçek ya da olgusal olarak kavranan şeyleri belli bir bengilik türü altında kavrarız, ve bunla-

rın ideaları Tanrının bengi ve sonsuz özünü içerir—ki bunu Bölüm 2, Ön. 45’te gösterdik; ayrıca bkz. aynı Ön. için Not.

ÖNERME 30

Anlığımız, kendisini ve bedenini bengilik türü altında bildiği sürece, bu düzeye dek zorunlu olarak Tanrının bilgisini taşır, ve Tanrıda olduğunu ve Tanrı yoluyla kavrandığını bilir.

Tanıt. Bengilik Tanrının kendisinin özüdür, ama ancak bu öz zorunlu varoluşu içerdiği ölçüde (Böl. 1, Tan. 8). Buna göre, şeyleri bengilik türü altında kavramak onları Tanrının özü yoluyla olgusal kendilikler olarak kavrandıkları sürece kavramak, ya da Tanrının özü yoluyla varoluş içerdikleri ölçüde kavramaktır; ve öyleyse anlığımız, kendini ve bedenini bengilik türü altında kavradığı sürece, bu düzeye dek zorunlu olarak Tanrının bir bilgisini taşır, vs.—Q.E.D.

ÖNERME 31

Üçüncü bilgi türü, anlığın kendisinin bengi olması ölçüsünde, biçimsel nedeni olarak ona bağımlıdır.

Tanıt. Anlık kendi bedeninin özünü bengilik türü altında kavramadıkça (Bölüm 5, Ön. 29), eş deyişle (Bölüm 5, Ön. 21 ve 23), bengi olmadıkça, hiçbirşeyi bengilik türü altında kavramaz; ve öyleyse (önceki Ön.) anlık bengi olduğu sürece Tanrının bir bilgisini taşır ve bu bilgi zorunlu olarak yeterlidir (Bölüm 2, Ön. 46); ve öyleyse anlık, bengi olduğu sürece, Tanrının bu verili bilgisinden doğabilecek her şeyi bilmeye, eş deyişle, şeyleri üçüncü bilgi türü ile bilmeye yatkındır (bkz. Bölüm 2, Ön. 40, Not 2’deki tanımı); öyleyse anlık (Bölüm 3, Tan. 1), bengi olduğu sürece, bunun yeterli ya da biçimsel nedenidir.—Q.E.D.

Not. Buna göre, herkes bu bilgi türünde nednli güçlü ise, kendisinin ve Tanrının o denli bilincindedir, eş deyişle, o denli eksiksiz ve kutludur, ve bu aşağıdaki önermelerden daha açık olarak görülecektir. Ama burada belirtmek gerek ki, şimdi anlığın şeyleri bengilik türü al-

earum ideae aeternam, & infinitam Dei essentiam involvunt, ut Propositione 45 Partis 2 ostendimus, cujus etiam Scholium vide.

Propositio XXX

Mens nostra, quatenus se, & Corpus sub aeternitatis specie cognoscit, eatenus Dei cognitionem necessario habet, scitque se in Deo esse, & per Deum concipi.

Demonstratio. Aeternitas est ipsa Dei essentia, quatenus haec necessarium involvit existentiam (per Defin. 8 p. 1). Res igitur sub specie aeternitatis concipere, est res concipere, quatenus per Dei essentiam, ut entia realia, concipiuntur, sive quatenus per Dei essentiam involvunt existentiam; adeoque Mens nostra, quatenus se, & Corpus sub specie aeternitatis concipit, eatenus Dei cognitionem necessario habet, scitque &c. Q.E.D.

Propositio XXXI

Tertium cognitionis genus pendet a Mente, tanquam a formali causa, quatenus Mens ipsa aeterna est.

Demonstratio. Mens nihil sub aeternitatis specie concipit, nisi quatenus sui Corporis essentiam sub aeternitatis specie concipit (per Prop. 29 hujus), hoc est (per Prop. 21 & 23 hujus), nisi quatenus aeterna est; adeoque (per Prop. praeced.) quatenus aeterna est, Dei habet cognitionem, quae quidem cognitio est necessario adaequata (per Prop. 46 p. 2), ac proinde Mens, quatenus aeterna est, ad illa omnia cognoscendum est apta, quae ex data hac Dei cognitione consequi possunt (per Prop. 40 p. 2), hoc est, ad res tertio cognitionis genere cognoscendum (vide hujus Defin. in Schol. 2 Prop. 40 p. 2), cujus propterea Mens (per Defin. 1 p. 3), quatenus aeterna est, causa est adaequata, seu formalis. Q.E.D.

Scholium. Quo igitur unusquisque hoc cognitionis genere plus pollet, eo melius sui, & Dei conscius est, hoc est, eo est perfectior, & beator, quod adhuc clarius ex seqq. patebit. Sed hic notandum,

quod, tametsi jam certi sumus, Mentem aeternam esse, quatenus res sub aeternitatis specie concipit, nos tamen, ut ea, quae ostendere volumus, facilius explicetur, & melius intelligantur, ipsam, tanquam jam inciperet esse, & res sub aeternitatis specie intelligere jam inciperet, considerabimus, ut huc usque fecimus; quod nobis absque ullo erroris periculo facere licet, modo nobis cautio sit nihil concludere, nisi ex perspicuis praemissis.

Propositio XXXII

Quicquid intelligimus tertio cognitionis genere, eo delectamur, & quidem concomitante idea Dei, tanquam causa.

Demonstratio. Ex hoc cognitionis genere summa, quae dari potest, Mentis acquiescentia (per Prop. 27 hujus), hoc est (per Defin. 25 Affect.), Laetitia oritur, eaque concomitante idea sui, & consequenter (per Prop. 30 hujus) concomitante etiam idea a Dei, tanquam causa. Q.E.D.

Corollarium. Ex tertio cognitionis genere oritur necessario Amor Dei intellectualis. Nam ex hoc cognitionis genere oritur (per Prop. praeced.) Laetitia concomitante idea Dei, tanquam causa, hoc est (per Defin. 6 Affect.), Amor Dei, non quatenus ipsum ut praesentem imaginamur (per Prop. 29 hujus), sed quatenus Deum aeternum esse intelligimus, & hoc est, quod amorem Dei intellectualem voco.

Propositio XXXIII

Amor Dei intellectualis, qui ex tertio cognitionis genere oritur, est aeternus.

Demonstratio. Tertium enim cognitionis genus (per Prop. 31 hujus, & Axiom. 3 p. 1) est aeternum; adeoque (per idem Axiom. p. 1) Amor, qui ex eodem oritur, est etiam necessario aeternus. Q.E.D.

Scholium. Quamvis hic erga Deum Amor principium non habuerit (per Prop. praeced.), habet tamen omnes Amoris perfectiones, perinde ac si ortus fuisset, sicut in Coroll. Prop. praec. fmimus. Nec ulla hic est differentia,

tunda kavraması ölçüsünde bengi olduğundan pekin olmamıza karşın, gene de, göstermeyi istediğimizin daha kolay açıklanabilmesi ve daha kolay anlaşılabilmesi için, buraya dek yaptığımız gibi, onu sanki varolmaya şimdi başlamış ve şeyleri bengilik türü altında anlamaya şimdi başlamış gibi göreceğiz; ve eğer yalnızca açık öncüllerden olmanın dışında hiçbir vargı çıkarmazsak, bunu hiçbir yanlışlı tehlikesi olmaksızın kolayca yapabiliriz.

ÖNERME 32

Üçüncü bilgi türü yoluyla bildiğimiz herşeyden sevinç duyuruz, ve buna nedeni olarak Tanrı ideası eşlik eder.

Tanıt. Bu tür bilgiden anlığın olanaklı en büyük hoşnutluğu (Bölüm 5, Ön. 27), eş deyişle (Duyg. Tan. 25), haz doğar, ve buna kendinin ideası, ve dolayısıyla (Bölüm 5, Ön. 30) ayrıca Tanrının ideası neden olarak eşlik eder. — Q.E.D.

Sonurgu. Üçüncü bilgi türünden Anlıksal Tanrı Sevgisi zorunlu olarak doğar. Çünkü bu tür bilgiden (önceki Ön.) nedeni olarak Tanrı ideasının eşliğinde haz, eş deyişle (Duyg. Tan. 6) Tanrı Sevgisi doğar, ama onu bulunuyor olarak imgelediğimiz sürece değil (Bölüm 5, Ön. 29), tersine bengi olarak anladığımız sürece; ve anlıksal Tanrı sevgisi dediğimiz şey budur.

ÖNERME 33

Üçüncü bilgi türünden doğan Anlıksal Tanrı Sevgisi bengidir.

Tanıt. Üçüncü bilgi türü (Bölüm 5, Ön. 31, ve Bölüm 1, Belit 3) bengidir; öyleyse (Bölüm 1, aynı Belit) ondan doğan sevgi de zorunlu olarak bengidir.—Q.E.D.

Not. Tanrıya yönelik bu sevginin hiçbir başlangıcı olmasa da (önceki Ön.), gene de sevginin tüm eksiksizliklerini taşır, tıpkı önceki önermenin sonurgusunda varsaydığım yolda doğmuş gibi. Ne de burada anlığın şimdi ona ait olduğunu varsaydığımız tüm o aynı eksik-

sizlikleri bengilikten bu yana, ve dahası bengi neden olarak Tanrı ideasının eşliğinde taşımış olmasının dışında herhangi bir ayırım vardır. Bu yüzden eğer haz daha büyük eksiksizliğe geçmekten oluşuyorsa, kutluluk açıktır ki anlığın eksiksizliğinin kendisi ile donatılı olmasından oluşuyor olmalıdır.

ÖNERME 34

Anlık tutkularla ilişkili duygulara ancak beden sürdükçe açıktır.

Tanıt. İmge anlığın herhangi bir şeyi buluyor olarak görmesini sağlayan ideadır (bkz. Bölüm 2, Ön. 17'ye Nottaki tanımı), ki gene de dışsal cismin doğasından çok insan bedeninin şimdiki durumunu belirtir (Bölüm 2, Ön. 16, Sonurgu). Bu yüzden duygu (Gen. Duyg. Tan.) bedeninin şimdiki durumunu belirttiği sürece bir imgedir; ve öyleyse (Bölüm 5, Ön. 21) anlık ancak beden sürdükçe tutkulara bağlı olan duygulara açıktır.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki anlıksal sevgiden başka hiçbir sevgi bengi değildir.

Not. Eğer insanların ortak görüşlerine dikkat edersek, anlıklarının bengiliğinin bilincinde olduklarını göreceğiz; ama bengiliği süre ile karıştırırlar ve ölümden sonra sürdüğüne inandıkları imgelem ya da belleğe yüklerler.

ÖNERME 35

Tanrı kendini sonsuz anlıksal sevgi ile sever.

Tanıt. Tanrı saltık olarak sonsuzdur (Bölüm 1, Tan. 6), eş deyişle (Bölüm 2, Tan. 6), Tanrının doğası sonsuz eksiksizliğin hazzını duyar, ve bu (Bölüm 2, Ön. 3) kendinin ideasının, eş deyişle (Bölüm 1, Ön. 11 ve Tan. 1) kendi nedeninin ideasının* eşliğindedir, ki Bölüm

nisi quod Mens easdem has perfectiones, quas eidem jam accedere finximus, aeternas habuerit, idque concomitante idea Dei tanquam causa aeterna. Quod si Laetitia in transitione ad maiorem perfectionem consistit, beatitudo sane in eo consistere debet, quod Mens ipsa perfectione sit praedita.

Propositio XXXIV

Mens non nisi durante corpore obnoxia est affectibus, qui ad passiones referuntur.

Demonstratio. Imaginatio est idea, quia Mens rem aliquam ut praesentem contemplatur (vide ejus Defin. in Schol. Prop. 17 p. 2), quae tamen magis Corporis humani praesentem constitutionem, quam rei externae naturam indicat (per Coroll. 2 Prop. 16 p. 2). Est igitur affectus (per gen. Affect. Defin.) imaginatio, quatenus Corporis praesentem constitutionem indicat; atque adeo (per Prop. 21 hujus) Mens non nisi durante corpore obnoxia est affectibus, qui ad passiones referuntur. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur nullum Amorem praeter Amorem intellectualem esse aeternum.

Scholium. Si ad hominum communem opinionem attendamus, videbimus, eos suae Mentis aeternitatis esse quidem conscios; sed ipsos eandem cum duratione confundere, eamque imaginationi, seu memoriae tribuere, quam post mortem remanere credunt.

Propositio XXXV

Deus se ipsum Amore intellectuali infinito amat.

Demonstratio. Deus est absolute infinitus (per Defin. 6 p. 1), hoc est (per Defin. 6 p. 2), Dei natura gaudet infinita perfectione, idque (per Prop. 3 p. 2) concomitante idea sui, hoc est (per Prop. 11 & Defin. 1 p. 1), idea suae causae, & hoc est, quod in Coroll. Prop. 32

*[“idea suae causae,” ya da “Tanrı’nın nedeninin ideası” hemen yukarıdaki “kendinin ideası”dır; Tanrı bağlamında neden söz konusu olduğu sürece Tanrı causa sui olarak tanımlanır (Bölüm 1, Tan. 1).—Öte yandan, Tanrının “haz duyması” daha küçük bir eksiksizlikten daha büyük bir eksiksizliğe geçişidir, ve “haz duyması” gibi “kendini sevmesi” de Ön. 17’ye aykırıdır. Mantuklu biricik yorum Tanrının öz-sevgisinin saltık bilgiyi (üçüncü sezgisel bilgi türü) kavrayan felsefecideki, Spinoza’nın kendisindeki gerçeklik bilincinin Tanrı için Anlıksal Sevgi olarak görül-

hujus Amorem intellectualem esse diximus.

Propositio XXXVI

Mentis Amor intellectualis erga Deum est ipse Dei Amor, quo Deus se ipsam amat, non quatenus infinitus est, sed quatenus per essentiam humanae Mentis, sub specie aeternitatis consideratam, explicari potest, hoc est, Mentis erga Deum Amor intellectualis pars est infiniti amoris, quo Deus se ipsam amat.

Demonstratio. Hic Mentis Amor ad Mentis actiones referri debet (per Coroll. Prop. 32 hujus, & per Prop. 3 p. 3), qui proinde actio est, qua Mens se ipsam contemplantur, concomitante idea Dei tanquam causa (per Prop. 32 hujus, & ejus Coroll.), hoc est (per Coroll. Prop. 25 p. 1 & Coroll. Prop. 11 p. 2), actio, qua Deus, quatenus per Mentem humanam explicari potest, seipsum contemplantur, concomitante idea sui; atque adeo (per Prop. praeced.) hic Mentis Amor pars est infiniti amoris, quo Deus seipsum amat. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur, quod Deus, quatenus seipsum amat, homines amat, & consequenter quod amor Dei erga homines, & Mentis erga Deum Amor intellectualis unum, & idem sit.

Scholium. Ex his clare intelligimus, qua in re nostra salus, seu beatitudo, seu Libertas consistit, nempe in constanti, & aeterno erga Deum Amore, sive in Amore Dei erga homines. Atque hic Amor, seu beatitudo in Sacris codicibus Gloria appellatur, nec immerito. Nam sive hic Amor ad Deum referatur, sive ad Mentem, recte animi acquiescentia, quae revera a Gloria (per Defin. 25 & 30 Affect.) non distinguitur, appellari potest. Nam quate-

5, Ön. 32'de anlıksal Sevgi olduğunu söylediği-miz şey budur.

ÖNERME 36

Anlığın Tanrıya doğru anlıksal Sevgisi, sonsuz olduğu sürece değil ama bengilik türü altında görülen insan anlığının özü yoluyla açıklanabildiği sürece Tanrının onunla kendini sevdiği sevgidir; eş deyişle, anlığın Tanrıya doğru anlıksal sevgisi Tanrının onunla kendini sevdiği sonsuz sevginin parçasıdır.

Tanıt. Anlığın bu sevgisi anlığın eylemleri ile ilişkilendirilmelidir (Bölüm 5, Ön. 32'ye Sonurgu, ve Bölüm 3, Ön. 3), ve öyleyse bir eylemdir ki onunla anlık bir neden olarak Tanrı ideasının eşliğinde kendini gözler (Bölüm 5, Ön. 32 ve Sonurgusu), eş deyişle (Bölüm 1, Ön. 25'e Sonurgu ve Bölüm 2, Ön. 11'e Sonurgu), bir eylemdir ki onunla Tanrı, insan anlığı yoluyla açıklanabildiği sürece, kendini kendi ideası eşliğinde gözler; öyleyse (önceki Ön.) bu ansal sevgi Tanrının onunla kendini sevdiği sonsuz sevginin bir parçasıdır.—Q.E.D.

Sonurgu. Bundan şu çıkar ki, Tanrı, kendini sevdiği sürece, insanları sever, ve dolayısıyla Tanrının insanlar için sevgisi ve anlığın Tanrıya yönelik sevgisi bir ve aynıdır.

Not. Bundan esenliğimizin, ya da kutluluğumuzun, ya da özgürlüğümüzün neden oluştuğunu açıkça anlarız: Tanrı için değişmez ve bengi sevgi, ya da Tanrının insanlar için sevgisi. Ve bu sevgi ya da kutluluğa Kutsal Yazılarda gurur denir* ve bu hiç kuşkusuz nedensiz değildir. Çünkü bu sevgi ister Tanrı ile ister Anlık ile ilgili olsun, ona haklı olarak anlığın hoşnutluğu denebilir, ki gerçekte gururdan (Duyg. Tan. 25 ve 30) ayırdedilemez. Çünkü Tanrı ile ilgili olduğu sürece, eğer gene de sözcüğü kullanmamıza izin

mesidir (gerçeklik duygu olarak kutluluktur). Aslında bir sonraki Önermede ve Sonurguda, Spinoza'nın kendisi sorunu açıklar ve anlatımın görünürdeki ikirciminin bilincindedir ("gene de sözcüğü (haz) kullanmamıza izin verilebilir" der). Küm kaygısı gerçekliğin kutlulukla, kut-sallıkla, ve tanrısallıkla birliği karşısında insanın durumu olarak görünür. Bkz. ayrıca 36S.]

*[Spinoza Eski Ahit'te sık sık Tanrının yüklemi olarak gösterilen 'çabod' (כבוד) sözcüğü-nün göz önünde tutuyor ki, genellikle 'onur' ya da 'şeref' anlamına gelir. (Jacob Stern'in notu.)]

verilebilirse, kendinin ideası eşliğindeki hazırdır (Bölüm 5, Ön. 35), tıpkı anlığa bağlı olduğu sürece de olduğu gibi (Bölüm 5, Ön. 27). Yine, anlığımızın özünün yalnızca bilgiden oluşması ölçüsünde, ki bunun ilkesi ve temeli Tanrıdır (Bölüm 1, Ön. 15 ve Bölüm 2, Ön. 47'ye Not), bu yüzden hangi yolda ve hangi bakımdan anlığımızın öz ve varoluş açısından tanrısal doğadan doğduğu ve sürekli olarak Tanrıya bağımlı olduğu bizim için bütünüyle açıktır; bunu burada belirtmeye değer buldum, çünkü bu örnekte tekil şeylerin sezgisel bilgi ya da üçüncü türden bilgi (bkz. Bölüm 2, Ön. 40'a Not) dediğim bilgilerinin neyi yapabileceğini, ve ikinci türden dediğim evrensel bilgiden ne denli güçlü olduğunu gösterebileceğimi düşündüm. Çünkü Birinci Bölümde genel olarak tüm şeylerin (ve dolayısıyla ayrıca insan anlığının) öz ve varoluş açısından Tanrıya bağımlı olduklarını göstermiş olmama karşın, bu tanıtlama, bütünüyle geçerli ve her tür kuşkunun üstünde olsa da, anlığı etkilemesi Tanrıya bağımlı olduğunu söylediğim herhangi bir tekil şeyin özünden çıkarsandığı zaman olduğu gibi değildir.

ÖNERME 37

Doğada bu anlksal sevgiye aykırı ya da onu ortadan kaldıracabilecek hiçbirşey yoktur.

Tanıt. Bu anlksal sevgi Tanrının doğası yoluyla bengi bir gerçeklik olarak görüldüğü sürece anlığın doğasından zorunlu olarak doğar (Bölüm 5, Ön. 33 ve 29). Öyleyse, eğer buna aykırı herhangi birşey varsa, gerçek olana aykırı olmalıdır, ve dolayısıyla bu sevgiyi ortadan kaldıracabilecek herşey gerçek olanın yanlış olmasını sağlayacaktır, ki (kendiliğinden açık olduğu gibi) saçmadır. Öyleyse doğada vs.—Q.E.D.

Not. Dördüncü Bölümün Beliti belli bir zaman ve yer ile ilişkili olarak görüldükleri ölçüde tekil şeylerle ilgilidir, ki bundan hiç kimsenin kuşku duymayacağına inanıyorum.

nus ad Deum refertur, est (per Prop. 35 hujus) Laetitia, liceat hoc adhuc vocabulo uti, concomitante idea sui, ut & quatenus ad Mentem referur (per Prop. 27 hujus). Deinde quia nostrae Mentis essentia in sola cognitione consistit, cuius principium, & fundamentum Deus est (per Prop. 15 p. 1 & Schol. Prop. 47 p. 2): hinc perspicuum nobis fit, quomodo, & quare ratione Mens nostra secundum essentiam, & existentiam ex natura divina sequatur, & continuo a Deo pendeat; quod hic notare operae pretium duxi, ut hoc exemplo ostenderem, quantum rerum singularium cognitio, quam intuitivam, sive tertii generis appellavi (vide Schol. 2 Prop. 40 p. 2), polleat, potiorque sit cognitione universalis, quam secundi generis esse dixi. Nam quamvis in Prima Parte generaliter ostenderim, omnia (& consequenter Mentem etiam humanam) a Deo secundum essentiam, & existentiam pendere, illa tamen demonstratio, tametsi legitima sit, & extra dubitationis aleam posita, non ita tamen Mentem nostram afficit, quam quando id ipsum ex ipsa essentia rei cujuscunque singularis, quam a Deo pendere dicimus, concluditur.

Propositio XXXVII

Nihil in natura datur, quod huic Amori intellectuali sit contrarium, sive quod ipsum possit tollere.

Demonstratio. Hic intellectualis Amor ex Mentis natura necessario sequitur, quatenus ipsa, ut aeterna veritas, per Dei naturam consideratur (per Prop. 33 & 29 hujus). Siquid ergo daretur, quod huic Amori esset contrarium, id contrarium esset vero, & consequenter id, quod hunc Amorem posset tollere, efficeret, ut id, quod verum est, falsum esset, quod (ut per se notum) est absurdum. Ergo nihil in natura datur, &c. Q.E.D.

Scholium. Partis Quartae Axioma res singulares respicit, quatenus cum relatione ad certum tempus, & locum considerantur, de quo neminem dubitare credo.

Propositio XXXVIII

Quo plures res secundo, & tertio cognitionis genere Mens intelligit, eo minus ipsa ab affectibus, qui mali sunt, patitur, & mortem minus timet.

Demonstratio. Mentis essentia in cognitione consistit (per Prop. 11 p. 2); quo igitur Mens plures res cognoscit secundo, & tertio cognitionis genere, eo major ejus pars remanet (per Prop. 23 & 29 hujus), & consequenter (per Prop. praeced.) eo major ejus pars non tangitur ab affectibus, qui nostrae naturae sunt contrarii, hoc est (per Prop. 30 p. 4), qui mali sunt. Quo itaque Mens plures res secundo, & tertio cognitionis genere intelligit, eo major ejus pars illaesa manet, & consequenter minus ab affectibus patitur, &c. Q.E.D.

Scholium. Hinc intelligimus id, quod in Schol. Prop. 39 p. 4 attingi, & quod in hac Parte explicare promisi; nempe, quod mors eo minus est noxia, quo Mentis clara, & distincta cognitio major est, & consequenter, quo Mens magis Deum amat. Deinde, quia (per Prop. 27 hujus) ex tertio cognitionis genere summa, quae dari potest, oritur acquiescentia, hinc sequitur Mentem humanam posse ejus naturae esse, ut id, quod ejus cum corpore perire ostendimus (vide Prop. 21 hujus), in respectu ad id, quod ipsius remanet, nullius sit momenti. Sed de his mox prolixius.

Propositio XXXIX

Qui Corpus ad plurima aptum habet, is Mentem habet, cujus maxima pars est aeterna.

Demonstratio. Qui Corpus ad plurima agendum aptum habet, is minime affectibus, qui mali sunt, conflictatur (per Prop. 38 p. 4), hoc est (per Prop. 30 p. 4), affectibus, qui naturae nostrae sunt contrarii, atque adeo (per Prop. 10 hujus) potestatem habet ordinandi, & concatenandi Corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum, & consequenter efficiendi (per Prop. 14 hujus), ut

ÖNERME 38

Anlık şeyleri ne denli ikinci ve üçüncü bilgi türleri yoluyla anlarsa, kötü olan duygular tarafından o denli az etkilenir, ve ölümden o denli az korkar.

Tanıt. Anlığın özü bilgiden oluşur (Bölüm 2, Ön.-11); buna göre anlık ikinci ve üçüncü bilgi türleri yoluyla ne denli çok şeyi anlarsa, süren parçası o denli büyük olacaktır (Bölüm 5, Ön. 23 ve 29), ve dolayısıyla (önceki Ön.) doğamıza aykırı olan, eş deyişle (Bölüm 4, Ön. 30) kötü olan duygular tarafından dokunulmayan parçası o denli büyük olacaktır. O zaman, anlık şeyleri ne denli ikinci ve üçüncü bilgi türleri yoluyla anlarsa, incinmemiş kalan parçası o denli büyük olur, ve dolayısıyla duygular tarafından o denli az etkilenir, vs.—Q.E.D.

Not. Burada Bölüm 4, Ön. 39'a Notta değindiğim ve bu bölümde açıklama sözünü verdiğim şeyi anlayabiliriz; daha açık olarak, anlığın bilgisinin açık ve seçik olması ölçüsünde ölüm daha küçük bir zarardır, ve dolayısıyla anlık Tanrıyı o denli çok sever. Yine, (Bölüm 5, Ön. 27) üçüncü bilgi türünden olabilecek en büyük hoşnutluğun doğması ölçüsünde, insan anlığı öyle bir doğada olabilir ki, onun beden ile birlikte yokolduğunu gösterdiğimiz parçası (Bölüm 5, Ön. 21) geri kalanlarla ilişki içinde hiçbir önem taşımayabilir. Ama bu noktayı daha tam olarak az sonra ele alacağım.

ÖNERME 39

Birçok şeye yatkın bir bedeni olan birinin en büyük parçası bengi olan bir anlığı vardır.

Tanıt. Birçok şeyi yapmaya yatkın bir bedeni olan biri kötü olan duyguların (Bölüm 4, Ön. 38), eş deyişle (Bölüm 4, Ön. 30) doğamıza aykırı olan duyguların saldırısına daha az uğrar, ve buna göre (Bölüm 5, Ön. 10) bedenin değişikliklerini anlıksal düzene göre düzenleme ve bağmtılama ve dolayısıyla (Bölüm 5, Ön. 14) bedenin değişikliklerinin tümünün Tanrı ideası ile ilişkili olmasını sağlama gücünü taşır; sonuç-

ta (Bölüm 5, Ön. 15) Tanrı sevgisi tarafından etkilendir, ve bu sevgi (Bölüm 5, Ön. 16) anlığın en büyük parçasını doldurmalı ya da oluşturmalıdır; öyleyse (Bölüm 5, Ön. 33) en büyük parçası bengi olan bir anlığı vardır.—Q.E.D.

Not. İnsan bedenleri birçok şeye yatkın olmaları ölçüsünde hiç kuşkusuz öyle bir doğada olabilirler ki, kendilerinin ve Tanrının büyük bir bilgisini taşıyan ve en büyük ya da birincil parçaları bengi olan ve dolayısıyla ölümden kolay kolay ürkmeyen anlıklar ile ilişkili olabilirler. Ama bunların daha açık olarak anlaşılabilmesi için belirtmek gerek ki, sürekli değişim altında yaşarız ve daha iyiye ya da daha kötüye doğru değişmemize göre mutlu ya da mutsuz olduğumuz söylenir. Çünkü bir çocuk ya da genç olmaktan bir ceset olma durumuna geçene mutsuz denir, ve tersine bütün yaşam süresini sağlıklı bir anlık ve sağlıklı bir beden ile yaşayabilen mutlu sayılır. Ve gerçekte çok az şeye yatkın ve çoğunlukla dışsal şeylere bağımlı bedeni olan biri, örneğin bir çocuk ya da bir genç, öyle bir anlık taşır ki, salt kendinde görüldüğünde, kendisinin, Tanrının ya da şeylerin hemen hemen hiçbir bilincini taşımaz; oysa birçok şeye yetenekli bir bedeni olan birinin öyle bir anlığı vardır ki, yalnızca kendinde görüldüğünde, kendisinin, Tanrının ve şeylerin büyük ölçüde bilincindedir. O zaman bu yaşamda birincil çabamız bir çocuğun bedeninin, doğası izin verdiği ve yatkın olduğu ölçüde, birçok şeye yetenekli olan ve Tanrının, kendisinin, ve başka şeylerin büyük ölçüde bilincinde bir anlıkla ilişkili olan bir bedene değişmesidir; ve öyle bir yolda ki, bellek ya da imgelemi ile ilişkili herşey anlığı açısından hemen hemen önemsiz olmalıdır; önceki Önermeye Notta söylediğim gibi.

ÖNERME 40

Herhangi bir şey ne denli eksiksizlik taşırsa, o denli etkindir ve o denli az edildir; ve tersine, ne denli etkinse, o denli eksiksizdir.

Tanıt. Herhangi bir şey ne denli eksiksiz ise,

omnes Corporis affectiones ad Dei ideam referantur, ex quo fiet (per Prop. 15 hujus), ut erga Deum afficiatur Amore, qui (per Prop. 16 hujus) Mentis maximam partem occupare, sive constituere debet, ac proinde (per Prop. 33 hujus) Mentem habet, cujus maxima pars est aeterna. Q.E.D.

Scholium. Quia Corpora humana ad plurima apta sunt, non dubium est, quin ejus naturae possint esse, ut ad Mentes referantur, quae magnam sui, & Dei habeant cognitionem, & quarum maxima, seu praecipua pars est aeterna, atque adeo ut mortem vix timeant. Sed ut haec clarius intelligantur, animadvertendum hic est, quod nos in continua vivimus variatione, & prout in melius, sive in pejus mutamur, eo felices, aut infelices dicimur. Qui enim ex infante, vel puero in cadaver transiit, infelix dicitur, & contra id felicitati tribuitur, quod totum vitae spatium Mente sana in Corpore sano percurrere poterimus. Et revera qui Corpus habet, ut infans, vel puer, ad paucissimum aptum, & maxime pendens a causis externis, Mentem habet, quae in se sola considerata nihil fere sui, nec Dei, nec rerum sit conscia; & contra, qui Corpus habet ad plurimum aptum, Mentem habet, quae in se sola considerata multum sui, & Dei, & rerum sit conscia. In hac vita igitur apprimè conamur, ut Corpus infantiae in aliud, quantum ejus natura patitur, eique conducit, mutetur, quod ad plurimum aptum sit, quodque ad Mentem referatur, quae sui, & Dei, & rerum plurimum sit conscia; atque ita ut id omne, quod ad ipsius memoriam, vel imaginationem refertur, in respectu ad intellectum vix alicujus sit momenti, ut in Schol. Prop. praeced. jam dixi.

Propositio XL

Quo unaquaeque res plus perfectionis habet, eo magis agit, & minus patitur, & contra, quo magis agit, eo perfectior est.

Demonstratio. Quo unaquaeque

res perfectior est, eo plus habet realitatis (per Defin. 6 p. 2), & consequenter (per Prop. 3 p. 3 cum ejus Schol.) eo magis agit, & minus patitur; quae quidem Demonstratio inverso ordine eodem modo procedit, ex quo sequitur, ut res contra eo sit perfectior, quo magis agit. Q.E.D.

Corollarium. Hinc sequitur partem Mentis, quae remanet, quantacunque ea sit, perfectionem esse reliqua. Nam pars Mentis aeterna (per Prop. 23 & 29 hujus) est intellectus, per quem solum nos agere dicimur (per Prop. 3 p. 3); illa autem, quam perire ostendimus, est ipsa imaginatio (per Prop. 21 hujus), per quam solam dicimur pati (per Prop. 3 p. 3 & gen. Affect. Defin.), atque adeo (per Prop. praeced.) illa, quantacunque ea sit, hac est perfectior. Q.E.D.

Scholium. Haec sunt, quae de Mente, quatenus sine relatione ad Corporis existentiam consideratur, ostendere constitueram; ex quibus, & simul ex Prop. 21 p. 1 & aliis apparet, quod Mens nostra, quatenus intelligit, aeternum cogitandi modus sit, qui alio aeterno cogitandi modo determinatur, & hic iterum ab alio, & sic in infinitum; ita ut omnes simul Dei aeternum, & infinitum intellectum constituent.

Propositio XLI

Quamvis nesciremus, Mentem nostram aeternam esse, Pietatem tamen, & Religionem, & absolute omnia, quae ad Animositatem, & Generositatem referri ostendimus in Quarta Parte, prima haberemus.

Demonstratio. Primum, & unicuique virtutis, seu recte vivendi rationis fundamentum (per Coroll. Prop. 22 & per Prop. 24 p. 4) est suum utile quaerere. Ad illa autem determinandum, quae ratio utilia esse dictat, nullam rationem habuimus Mentis aeternitatis, quam demum in hac Quinta Parte novimus. Quamvis igitur tum temporis ignoraverimus, Mentem esse

o denli olgusalılık taşır (Bölüm 2, Tan. 6), ve dolayısıyla (Bölüm 3, Ön. 3 ve Notu) o denli etkin ve o denli az edilgendir; bu tanıtlama evrik düzende de aynı yolda ilerler, ve bundan evrik olarak birşeyin ne denli etkin ise o denli eksiksiz olduğu sonucu çıkar.—Q.E.D.

